This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

LEXICON MANVALE GRAECO-LATINVM IN LIBROS NOVI TESTAMENTI

AVCTORE

CAROLO GOTTLIEB BRETSCHNEIDER,

PHILOS. ET THEOL. DOCTORE,

CONSIST. SVPR. GOTHANI CONSIL. ET MINISTRORVM VERBI DIVINI IN DVCATV GOTH. ANTISTITE PRIMARIO.

TOMVS PRIMVS.

A — K.

LIPSIAE,

SVMPTIBVS IO. AMBROS. BARTHII.

MDCCCXXIV.

110

BIBLIOTHECA · BODLEIANA

PRAEFATIO.

Non dubito futuros esse sat multos, qui, ubi primum hoc novum Lexicon N. T. conspexerint, inutilem post diligentissimas S. V. *Schleusneri* curas me dicant suscepisse laborem. Neque ego ullo modo de huius auctoris summa eruditione admirandaque assiduitate quicquam detrahere vel ipse ausim, vel quae in eius opere minus commode se habere idonei harum literarum arbitri publice edixerunt, parum modeste repetam, vel denique in libro viri, jure meritoque domi et foris magnopere celebrati, vituperando aliquam meo libro commendationem apud lectores parare velim. Eiusmodi enim nullo modo opus est artibus, quum libri a me editi non hoc sit consilium, ut occupet locum operis Schleusneriani, quod maximi a viris doctis nunquam non habebitur, quippe thesauri philologici speciem referens, in quo admirandae eruditionis ope aurum multorum annorum studio ex veterum monumentis effossum, diligenter dispositum reperitur. Mihi potius propositum fuit, quotidianis theologiae studiosorum, candidatorum, ac scholarum ecclesiaeque ministrorum necessitatibus *manuali* lexico succurrere. Cavi igitur, ne in tantam liber excresceret molem, ut illorum, quibus maxime inservire vellem, vires cum communi temporis calamitate, tum publicis adeo hic illic vectigalibus immutae, ei comparando non sufficerent. Abesse itaque jussi, cum quae commentario in N. T. magis relinquenda, quam lexico inferenda, tum vero etiam quae in grammatica N. T.

potius quam in lexico excutienda videbantur [1]); quanquam interdum, maxime in praepositionibus et particulis, vix fieri poterat, quin nonnulla ad scholas grammaticas spectantia inserentur [2]). Eadem de causa abstinui a disputationibus criticis et exegeticis, item a laudandis titulis librorum singularium vel rariorum, paucissimis tantum consulendorum.

Ratio autem, quam in elaborando hoc opere sequutus sum, haec fere fuit.

Primum N. T. loca, in quibus occurrit vox graeca, ducibus concordantiis *Schmidii*, editis a *Cypriano* [3]), evolvi *omnia*, adnotavi, totumque argumentum in ordinem, qui optimus videbatur, redegi, et posthaec demum lexicographos priores consului. Immensus profecto labor et taedii plenissimus! quem autem subterfugere nec volui nec potui, quoniam apud me constitueram, nunquam, quantum fieri posset, ab aliorum auctoritate pendere, sed ubique meo judicio uti meaque stare sententia. Locorum N. T. plenioren adjeci indicem, quum non solum interpretis haud parum saepius interfit, omnes, quibus vocabulum aliquod aliis nectitur, modos uno loco simul ob oculum positos conspi-

---

[1]) Ablegavi lectores maxime ad scripta grammatica *Matthiae* Altenburgensis, et *Rostii*, Gothani, et inde a litera K etiam ad librum haud exigua eruditione multaque diligentia conscriptum, nec non dignum, qui in omnium discentium sit manibus, scilicet: „Grammatik des neutestamentl. Sprachidioms, — bearbeitet von Ge. Bened. *Winer*. Leipz. 1822. 8.

[2]) Quae ad grammaticam N. T. pertinent prolixius et satis subtiliter exposuit quoque *Wahlii* clavis N. T. philologica (Lipsiae 1822. vol. I. et II. 8.) particularum potissimum et praepositionum usum diligenter persequens, ubique collatis grammaticorum ad prosanos scriptores adnotationibus.

[3]) Novi Test. graeci ταμεῖον, aliis concordantiae, — opera *Erasm. Schmidii*, — revisum, — repurgatum. Accedit nova praefatio Ern. Sal. *Cypriani*. Gothae et Lipsiae 1717. fol.

cere, sed etiam N. T. concordantiae modo paucissimis eorum, in quorum utilitatem scripti, in promptu sint. Ubi igitur pauciora adscripta sunt in libro nostro loca, ibi omnia commemorata esse putes, si vel non addita sit formula: *saepius non legitur*; quae, ubi legitur, ideo posita est, ut indicetur, vocem aliquam in *novi test.* libris praeterea non legi, cum haec verba: „saepius non legitur *in codice sacro*", simul referenda sint ad versionem V. T. alexandrinam et libros apocryphos. Caeterum, ubi adscripsi ea verba, fidem habui concordantiis *Schmidii* (in quibus vero, ut passim animadverti, unus et alter locus N. T. desideratur), et quod ad V. T. attinet, concordantiis *Trommii*, simulque thesauro philologico *Bielii* et supplementis, quibus idem auctus est.

In ipso vero N. T. textu *Griesbachii* recensionem, quippe optimam et a plerisque nunc N. T. editoribus adoptatam, sequutus sum, ita tamen, ut, in quibus vulgatam lectionem repudiavit, loda adscriberem quidem, sed signis his [ ] circumsepta, lectiones vero ab eo in textum receptas, suo loco notarem. Quas autem ille lectiones pro genuinis quidem habuit, at in textum non recepit, sed ei proxime subjecit, eas suum locum in ordine vocabulorum alphabetico occupare jussi. Idem jam fecerat *Schleusnerus* in editione novissima (quarta) Lexici sui; at nonnullae tamen voces ab eo omissae hic accesserunt, v. c. *Βαρύθω*, *Γῆρος*, *Δέος*, *Διεξέρχομαι*, *Δοκιμασία*, *Ἐκβαίνω*, *Καρχηδὼν*, *Κλινίδιον* etc., etiam *Ὀλίγως*, quod deest in *Schleusneri* et *Wahlii* libris, at receptum a *Griesbachio*. Quae contra *Schleusnerus* ex varia lectione, a *Griesbachio* collecta, operi suo inseruit vocabula, ea omittenda esse censui, v. c. *Ἀναπράσσω*, *Αἰτιόομαι*, *Ἀπαρθρόω*, *Ἐντόνως* etc. — Nomina propria hominum, urbium, fluviorum etc. omittere nolui, cum quoniam non ita magnus eorum est numerus, cum quia lexicographi priores ea quoque recensuerunt; quare

si ea silentio transmissa fuissent, operi nostro aliquid deesse videri potuisset.

Singularum porro vocum significationes secundum eam, quam et natura rei et usus loquendi monstrarunt, seriem disposui, diligenterque cavi, ne divellerem, quae essent inter se juncta, nec sensum cum significatione permiscerem, atque sic significationum numerum praeter necessitatem augerem. Usum autem cuiusque vocabuli, quo legitur in N. T., sedulo notavi et literis latinis minoribus, a, b, c etc., maxime distinxi; quare monitus sit lector benevolus, ne in his diversas significationes me voluisse afferre putet. Fatendum tamen est, me ab initio quidem v. c. in vocabulis *αἷμα*, *ἄνθρωπος*, sensum interdum quoque numeris, ut significationes, non vero literis distinxisse, quod ut Lector benevole ignoscat, humanissime sit rogatus. Ad usum linguae hebraicae, ubi cum dicendi genere N. T. convenit, diligenter ubique respexi; significationes autem, quae ex hebraico loquendi more repetendae videbantur, ut ab iis, quae in profanorum libris graecis deprehenduntur, *ubique* et *certo* distinguerem, nec satis commode nec in tanto librorum profanorum numero satis tuto etiam fieri posse censui. Quas autem notavi singulas vocabulorum suo cuiusque loco significationes, eas ne putes me temere adscripsisse, sed justa, quae mihi videbatur, ratione ductum; neque ubi communem interpretum sententiam deserui, quod passim est factum, opineris, me eorum argumenta vel ignorasse, vel neglexisse, vel rerum novarum studio temere indulsisse. Haud enim quidquam, quod non exploratum et perpensum esset, literis mandare volui, quanquam, quibus ductus fuerim argumentis, e scriptoris ingenio temporisque et orationis contextae ratione repetitis, quominus exponerem, consilium libri prohibuit.

Illud autem maxime curavi, ut loquendi usus

in N. T. libris obvius ex ipſorum librorum indole, nec non ex iis explicaretur ſcriptoribus, qui ipſi Judaei fuiſſent, et aevo ſervatoris proximi vixiſſent. Quem in finem prae caeteris contuli verſionem V. T. alexandrinam ſimulque libros V. T. apocryphos et pſeudepigraphos et Flavii Joſephi ſcripta. In conferenda verſione alexandrina non theſauro *Bielii* ſolo, ſed etiam Concordantiis *Trommii* utendum eſſe cenſui. In particulis, et praepoſitionibus, a *Trommio* aeque ac *Bielio* praeter quam fas eſt neglectis, quae legendo jam pridem collegeram ipſe, in uſum vocavi. Caeterum in laudanda verſione alexandrina (LXX., ut brevitatis gratia plerumque ſcripſi) textum vaticanum, a *Lamb. Boſio* et *Millio* editum, et a *Reineccio* deinde repetitum, et ratione capitum et verſuum editionem Reineccianam ſequutus ſum, quippe quae iis, in quorum uſus ſcripſi, omnium frequentiſſime ad manus eſſe ſoleat. Quartum librum Maccabaeorum, olim a me jam collatum cum N. T., laudavi ſecundum textum *Breitingeri* in eiusdem editione verſionis alexandrinae. Sciant autem tirones, eundem librum etiam editum eſſe ſimul cum operibus *Flavii Joſephi*, qui olim, ſed perperam, eius auctor habebatur. *Pſeudepigrapha* V. T., a nemine fere hactenus in uſum vocata, quanquam multa notatu digniſſima habent, jam pridem eo perlegeram conſilio, ut quae inde poſſent repeti ad dicendi genus N. T. illuſtrandum et res ipſas explicandas, ex iis colligerem. In quibus prae caeteris *teſtamentum duodecim patriarcharum*, et *Pſalterium Salomonis*, (tomo primo Codicis Pſeudepigraphorum Fabriciani) multa mihi praebuerunt, quae ut transſcriberentur digna videbantur. Vid. e. g. *Αἰχμαλωσία*, *Γραφή*, *Ἐγκράτεια*, *Ἐξαιτέω*, *Θρόνος* etc. *Flavii Joſephi* libros, e quibus *Krebſius* multa jam hauſerat [4]), maximam partem

---

4.) Jo. Tob. *Krebſii* obſervationes in N. T. e Flavio Joſepho, Lipſ. 1755. 8.

denuo perlegi ipse, quaeque res et verba N. T. possent illustrare, adnotavi, multaque eorum huic libro inserui. *Philonis* autem scripta, quanquam Judaei et aevo Jesu proximi, post *Loesnerum*, *Carpzovium*[5]) aliosque conferre, nec tempus mihi concessum permisit, nec adeo necessarium visum est, quum Philonis dicendi ratio a N. T. multum recedat. In comparandis cum N. T. Rabbinis sequutus sum unice cum *Buxtorfii* lexicon hebraicum, chaldaicum et talmudicum, tum *Lightfooti et Schoettgenii* horas hebraicas et talmud. in N. T.

In his autem libris, versione nimirum alexandrina, apocryphis et pseudepigraphis V. T., scriptis Josephi et usu loquendi Rabbinorum prae caeteris mihi videbatur quaerenda esse auctoritas historica in comprobando dicendi genere N. T. scriptoribus peculiari. Rarius igitur excitavi exempla e scriptis profanorum, potissimum eorum, qui classicorum nomine veniunt, quanquam facili hoc in plurimis vocibus fieri potuisset negotio, quum a multis jam pridem e profanis auctoribus diligentissime collecta sint, quae illustrando scribendi generi in N. T. libris obvio inservire posse ipsis visa fuissent, v. c. *Wolfio*, *Elsnero*, *Raphelio*, *Munthio*, *Kypkio*[6])

---

[5]) Christoph. Frid. *Loesneri* observationes ad N. T. e Philone Alexandrino, Lipf. 1777. 8. Jo. Ben. *Carpzovii* sacrae exercitationes in Pauli epist. ad Hebraeos ex Philone Alexandr. Helmst. 1701. 8.

[6]) J. C. *Wolfii* curae philologicae et criticae, Basil. 1741. V Tomi, 4. Jac. *Elsneri* observationes sacrae in N. T. libros. Traj. ad Rhen. 1720. 28. 8. G. *Raphelii* annotationes in N. T. e Xenophonte collectae, edit. 2. Hamb. 1720. 8. *Ejusd.* annotationes in N. T. e Polybio et Arriano collectae. Hamb. 1715. C. F. *Munthe*, obss. philologicae in sacros N. T. libros e Diodoro Siculo collectae. Hafn. et Lipf. 1755. G. D. *Kypke*, observationes sacrae in Novi Foed. libros ex auctoribus potissimum graecis et antiquitatis. Wratislav. 1755. II Tomi, 8.

aliisque, (quorum libros possideo ipse, saepiusque tractavi,) et praeter hos etiam a *Schleusnero* in lexico. Mihi vero est persuasum, *dialectum communem*, quam etiam *macedonicam* quosdam appellasse constat, qua N. T. auctores usi sunt, accuratius cognosci aptiusque probari e libris, nisi prorsus eadem, certe tamen longe simillima dialecto conscriptis, quam e classicorum monumentis. Istos libros fontes *primarios*, classicorum autem scripta fontes *secundarios* in explicando scribendi genere novi Test. habui. Attamen ubi vel vocabulum aliquod rarius occurrens describendum erat, vel eius significatio e fontibus primariis probari non poterat, profanorum etiam libros adferre haud neglexi.

E quibus tamen libris quae ad illustrandam scriptorum N. T. dicendi rationem commode repeti possunt, magna cum diligentia graecique sermonis scientia collecta et disposita habet *Wahlii* Clavis N. T. philologica, qui quidem liber inter illud ipsum tempus prodiit, quo ego in hoc lexico concinnando occupatus fui, atque haud exiguam praebebit iis utilitatem, qui, quo modo sese habeat dicendi genus novi Test. ad classicorum Graeciae auctorum dictionem, adcuratius voluerint cognoscere.

Eorum autem, quae ad confirmandum loquendi usum N. T. e versione Alexandrina, apocryphis, Josepho aliisque collegeram, paucissima quidem adferre decreveram, ne justam voluminis mensuram liber transgrederetur; quare etiam in vocabulis a literis *A*, *B*, *Γ*, *Δ* incipientibus haud adeo multa reperies. At, cum opus e prelo prodire incepisset ipseque intellexissem, plura addi commode posse, ita, ut ultra modum auctum esse nemini facile videretur, largiori, quae habebam, dedi manu, ac nonnulla quoque additamenta ad literas priores calci libri subjicere statui, a quovis lectore suis locis facile notanda.

Silentio autem transmittere non possum *Goldhornii*, Doctoris Lipsiensis, mihi amicissimi, de hoc libro merita, quippe qui non solum, quae manu scripseram, recognovit, sed etiam singula folia impressa, a typothetae peccatis ea purgaturus, perlustravit. Paucos igitur hactenus inveni errores, in numeris capitum et versuum maxime conspicuos; quos, ne rigidius vituperet lector, cogitet, quaeso, in tanta numerorum multitudine interdum falli nemini hominum non accidere *).

Quid denique hoc libro praestiterim, de eo judicium sit penes homines doctos et aequos. Mihi tamen acquiescendum esse in eo confido, quod verissime affirmare licet, me adhibita omni, qua demum potui, diligentia, constantia et patientia hoc opus elaborasse, quanquam infitias ire nolo, vires laborando auctas esse, ideoque literas Δ et sequentes melius accuratiusque tractatas mihi videri, quam priores, Α—Γ. Caeterum non defuturos esse, qui haec illave sint reprehensuri, (quod in eiusmodi opere facillime profecto fit), bene quidem scio; at extituros etiam esse spero non nimis paucos, aequos laborisque, quem sustinui, et ipsos peritos judices, qui non solum notaturi sint, quae vitiosa deprehenderint, sed etiam quae recte et accurate exposita censuerint, professuri.

Omnium autem maximum laboris exantlati praemium hoc habebo, si qui, usi hoc libro, eam quam speraverant utilitatem ex eo se percepisse senserint, et adcuratam librorum divinorum cognitionem (quod faxit Deus!) hoc meo opere auctam et promotam esse judicaverint.

---

*) Quid, quod vel post quartas curas in *Schleusneri* Lexico in literis Α—Δ fere centum errores casu annotavi.

A — ΑΒΙ.

Α, prima alphabeti Graecorum litera, hebr. א respondens, Apoc. 1, 8. (11). 21, 6. 22, 13. Mysticae Dei, sive potius nominis Jehovah, descriptioni inservit, significatque *primum omnium rerum auctorem, a quo principium.* Το Α και το Ω i. e. *primus et ultimus, sempiternus, semper idem.* Explicatur per ἀρχὴ καὶ τέλος Apoc. 21, 6. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος Apoc. 22, 13. cf. Jes. 41, 4. 44, 6. 48, 2.

Ἀαρών, *Aaron*, nomen propr. indeclinab. fratris Mosis, primi Israëlitarum sacerdotis summi. Exod. 6, 20. Act. 7, 40. Hebr. 5, 4. 7, 11. 9, 4. — *Stirps Aaronitica*, Luc. 1, 5.

Ἀβαδδών, nomen hebr. אבדון, vastatio, *pernicies, mors;* etiam *infernus* Prov. 15, 11. Job. 28, 22. Legitur Apoc. 9, 11. tanquam nomen poëticum angeli tartari, lue punientis, et explicatur ibid. per ὁ ἀπολλύων, hebr. מלאך Exod. 12, 23. ὁ ὀλοθρεύων Sap. 18, 25. *mortem peste inferens.* cf 1 Cor. 9, 10.

Ἀβαρής, ές, ές, ὁ, ἡ, ex ἀ et βάρος, 1) *gravi pondere carens;* 2) *non molestus.* Ita 2 Cor. 11, 9. de stipendium non poscente. De eadem re ἐπιβαρῆσαι 1 Thess. 2, 9. coll. 4. 6.

Ἀββᾶ, nomen hebr. אב, *pater*, forma chaldaica אבא. Ter legitur Marc. 14, 36. Rom. 8, 15. Gal. 4, 6.

Ἄβελ, *Abel*, nomen propr. indeclinabile filii Adami, secundo loco nati. Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 11, 4. 12, 24. coll. Gen. 4, 2. 4.

Ἀβιά, ὁ, *Abia*, nomen propr. indeclinabile. Duo commemorantur; *alter* rex Judaeorum Matth. 1, 7. coll. 1 Reg. 14, 30; *alter* sacerdos e stirpe Aaronitica Luc. 1, 5. coll. 1 Chron. 24, 10.

Ἀβιάθαρ, ὁ, *Abiathar*, nomen propr. indeclin. sacerdotis summi Judaeorum, de quo vid. 1 Sam. 22, 21. — Ἐπὶ Ἀβιάθαρ Marc. 2, 26: *tempore Abiathari.*

Ἀβιλήνη, ῆς, ἡ, scl. χώρα (in codd. quoque Ἀβιλίνη et Ἀβιλιάνη), nomen regionis in Syria Libanum inter et Hermonem, cui praefectus erat Lysanias, tetrarcha, ab urbe Abela nomen nactae. Legitur Luc. 3, 1. Silent de Ly-

ſania eiusque tetrarchia Joſephus aliique ſcriptores antiquiſſimi.

Ἀβιοὺδ, ὁ, *Abiud*, nomen propr. indeclinabile filii Sorobabelis Matth. 1, 13. commemorati, ſed 1 Chron. 3, 19. omiſſi.

Ἀβραὰμ, ὁ, *Abraham*, nomen propr. indeclin. auctoris gentis Judaeorum. De nominis ſenſu vid. Gen. 17, 5; de viro ipſo Gen. 11, 26 ſqq. Legitur Matth. 1, 2. Jo. 8, 39. Rom. 4, 12. 9, 7. Gal. 3, 7; alibi. — Quidam Ἀβραάμ Act. 7, 16. patronymice pro Abrahamide ſcl. Jacobo poſitum eſſe putant, ne locus contradicat Gen. 33, 19. At memoria lapſus videtur Lucas.

Ἄβυσσος, ου, ὁ, ἡ, adject. (ex ἀ et βύσσος, quod ionice pro βύθος) *fundo carens*. LXX de maris profunditate. In N. T. ἡ ἄβυσσος ſcl. χώρα, de *tartaro*, ſive ᾅδῃ, quatenus in terrarum profunditate cogitabatur, mortuorum receptaculo Rom. 10, 7., ac daemonum quoque carcere, legitur Luc. 8, 31. Apoc. 9, 1. 2. 11. 11, 7. 17, 8. 20, 1. 3.

Ἄγαβος, ου, ὁ, *Agabus*, nom. propr. prophetae, commemorati Act. 11, 28. 21, 10., de quo praeterea nihil conſtat.

Ἀγαθοεργέω, *beneficia colloco*, *beneficus ſum*, ſecundum Phavorinum i. q. εὐεργετῶ. Legitur 1 Tim. 6, 18. (coll. Gal. 6, 10.) et Act. 14, 17. in codd. pro ἀγαθοποιέω.

Ἀγαθοποιέω, 1) facio quod aliis utile et jucundum eſt, *benefacio*, i. q. εὐεργετέω, Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. 33. 35. Act. 14, 17. LXX pro hebr. הֵיטִיב. — 2) *rectum* et *honeſtum facio*; 1 Petr. 2, 15. 20. 3, 6. 17. 3 Jo. v. 11.

Ἀγαθοποιΐα, ας, ἡ, *beneficentia*. Semel legitur 1 Petr. 4, 19. ubi hanc ipſam *beneficentiam* indicare videtur, praeſertim, ſi lectio ἀγαθοποιοῦντες ibi praefertur. Beneficiorum enim collationi tribuitur remiſſio peccatorum ib. verſ. 8. Sirac. 3, 14. 17, 22. 29, 8 — 13. 40, 17. 24. Tob. 14, 10. Cf. Matth. 25, 35 ſqq. et laudes beneficentiae teſt. XII. patriarch. ap. *Fabr.* Cod. Pſeud. I, p. 638 — 642. — Poteſt vero etiam eſſe *honeſtatis ſtudium*, *recte facta*, potiſſimum ſi legitur ἀγαθοποιοῦντα. Hunc ſenſum confirmat uſus verbi ἀγαθοποιεῖν in epiſtola Petrina. Eodem ſenſu habetur in teſt. XII. Patr. ap. Fabric. Cod. Pſ. T. I. p. 722.

Ἀγαθοποιὸς, οῦ, ὁ, ἡ, 1) beneficia exhibens; 2) *honeſte agens*. Ita 1 Petr. 2, 14. cf. ἀγαθοποιΐα.

Ἀγαθὸς, ἡ, ὸν, *bonus*, eadem ſignificationis varietate, qua Romanorum *bonus* et noſtrum *gut*. Primum *ſenſu transitivo* eſt 1) *utilis*, *ſalutaris*, vel ſua natura, vel effectu fortuito; v. c. δένδρον arbor utilis, i. e. fructus faciens, Matth. 7, 17. 18. γῆ Luc. 8, 8. — δό-

ματα ἀγαθὰ Matth. 7, 11. Luc. 11, 13 munera salubria; δόσις Jac. 1, 17. ἐντολὴ Rom. 7, 12. λόγος Eph. 4, 29. — 2) utilia libenter praestans, *beneficus, benevolus, benignus*, Matth. 5, 45. 12, 34. 35. 20, 15. Luc. 6, 45. 1 Thess. 3, 6. vid. etiam 1 Pet. 2, 18. Tit. 2, 5. ubi verti potest *mansuetus*. — *Sensu intransitivo* 1) τὸ ἀγαθὸν, τὰ ἀγαθὰ sunt *salubre, salus ipsa*, Luc. 6, 45. Rom. 7, 12. 13. 8, 28. 13, 4. 1 Thess. 5, 15. — *beneficium*, Rom. 10, 15. 12, 21. Gal. 6, 10. Phil. 1, 6. quare et religio christiana ipsa appellatur τὸ ἀγαθὸν Rom. 14, 16. Ἔργα ἀγαθὰ, opera beneficentiae Act. 9, 36. 2 Cor. 9, 8. καρποὶ ἀγαθοὶ, fructus benevolentiae sive misericordiae Jac. 3, 17. Quum utilia soleant quoque esse suavia, significat etiam: 2) *suavis, jucundus*, v. c. ἐλπὶς 2 Thess. 2, 16. — ἡμέραι ἀγαθαὶ 1 Petr. 3, 10. — τὰ ἀγαθὰ, vitae commoda, quae vitam suavem reddunt, *opes, facultates*, Luc. 1, 53. 16, 25. 12, 18. 19. — τὰ ἀγαθὰ μέλλοντα, futura gaudia, beatitas, Hebr. 9, 11. 10, 1. — Quum tantum ea sint utilia, quae recte sunt comparata, sincera, sine dolo et fraude, est 3) *recte comparatus*, qui praestat, quod praestare debet, *sinceras*, Matth. 22, 10. 25, 21. 23. Luc. 19, 17. Jo. 7, 2. Tit. 2, 10. Hinc etiam συνείδησις ἀγαθὴ Act. 23, 1. animi sinceritatem videtur indicare. — 4) recte comparatus sensu morali, *probus, justus, virtutis studiosus*, Rom. 5, 7. 12, 35. Luc. 23, 50. Act. 11, 24. καρδία καλὴ καὶ ἀγαθὴ Luc. 8, 15. — τὸ ἀγαθὸν et τὰ ἀγαθὰ, *bona* sensu morali, recte factum, pietatis studium, *pietas* ipsa, Jo. 5, 29. Rom. 3, 8. 7, 18. 19. 9, 11. 12, 2. 9. 16, 19. 2 Cor. 5, 10. 3 Jo. vers. 11. 1 Petr. 3, 11. 13. τὰ ἀγαθὰ Gal. 6, 6. bona ad animum emendandum spectantia. — Ἔργα ἀγαθὰ, opera legi consentanea, facta pietatis Rom. 2, 7. 13, 3. Eph. 2, 10. 6, 8. Col. 1, 10. 2 Thess. 2, 17. 1 Tim. 5, 10. 2 Tim. 2, 21. 3, 17. Tit. 1, 16. 3, 1. Hebr. 13, 21. — συνείδησις ἀγαθὴ, conscientia recte factorum, 1 Tim. 1, 5. 19. 1 Petr. 3, 16. 21. coll. 1 Tim. 3, 9. — ἀγαθὴ ἀναστροφὴ, vita secundum morum praecepta instituta, 1 Petr. 3, 16. — Denique quum, quae ita sunt comparata, etiam in magno pretio habeantur, est 5) *praestans, magni faciendus*, Matth. 19, 16. 17. Marc. 10, 17. 18. Luc. 10, 42. 18, 18. Jo. 1, 47.

Ἀγαθουργέω, ῶ, fut. ήσω i. q. ἀγαθοεργέω, *beneficia collaco, benefacio*. Act. 14, 17. in codd. quibusd.

Ἀγαθωσύνη, ης, ἡ, animus erga alios benevolus, *studium benefaciendi*. Gal. 5, 22. Eph. 5, 9. Hinc transitive *bona* spiritualia, potissimum Christianis a Deo exhibita. Rom. 15, 14. 2 Thess. 1, 11.

Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, 1) *exsultatio* prae gaudio, hebr. גיל; — 2) *gaudium* ipsum et quidem *magnum*. Luc. 1, 14. 44. Act. 2, 46. Jud. vers. 24. — Hebr. 1, 9. ἔλαιον ἀγαλλιά-

σεως i. e. dona felicissima, quibus Jesus ad munus gerendum instruebatur et quasi sacrabatur, ut reges oleo. Saepius non legitur.

Ἀγαλλιάω, ῶ, sive ἀγαλλιόομαι (ex ἄγαν valde et ἅλλομαι salio): 1) *prae gaudio exsulto*, hebr. גיל et עָלַץ; 2) *valde gaudeo*, Matth. 5, 12. Luc. 10, 21. Act. 16, 34. Jo. 8, 56. 5, 35. Apoc. 19, 7. (additur χαρᾷ pleonastice 1 Petr. 1, 6. 8. 4, 13.). — Ex adjuncto: *celebro beneficia*, quibus exhilaratus sum, Luc. 1, 47. LXX. ita hebr. רָנַן et חָגִיר. Act. 2, 26. Saepius non legitur.

Ἄγαμος, ου, ὁ, ἡ (ex ἀ priv. et γάμος nuptiae), *in conjugio non vivens, coelebs*, et qui nunquam in matrimonio vixit, 1 Cor. 7, 32. 34. et qui secundum non inivit, ibid. v. 8. 11.

Ἀγανακτέω, ῶ, fut. ήσω, (ab ἄγαν valde et ἄχθος, dolor) 1) *valde doleo, dolores sentio*; 2) *aegre fero* Matth. 21, 15. 26, 8. Marc. 10, 14. Luc. 13, 14. — Cum περὶ construitur Matth. 20, 24. Marc. 10, 41. — 3) *aegritudinem, indignationem*, gestibus vel verbis *significo*, Marc. 14, 4.

Ἀγανάκτησις, εως, ἡ, *indignatio*, 2 Cor. 7, 11.

Ἀγαπάω, ῶ fut. ήσω, 1) *amo*, magna benevolentia sive desiderio amplector. hebr. אהב. Ita Matth. 6, 24. 19, 19. Jo. 3, 16. Luc. 7, 5. Rom. 9, 13. 13, 8. alibi saepissime, eodemque sensu Marc. 10, 21. ubi non est blandis aliquem verbis compellare, sed simpliciter amare, benevolentia amplecti. Optabat enim Servator, ut in suorum societatem veniret juvenis, quare ut abdicaret divitiis suis eum adhortabatur. 2) *amo ita, ut benivolentiae documenta exhibeam*, Eph. 5, 25. Col. 3, 19. *benefacere*, 2 Cor. 9, 7. coll. Sir. 30, 23. Sic et in formula ἀγαπᾶν τοὺς ἐχθρούς, Luc. 6, 27. 32. 35. Matth. 5, 43. 44. 46. Quum, quae amamus, et desideremus, est 3) *desidero, expeto*, Luc. 11, 43. 2 Tim. 4, 8. Hebr. 1, 9. 1 Petr. 3, 10. 1 Jo. 2, 15. — eademque de causa 4) *magni facio*, benevole curo, et si ad Deum et Christum refertur, *colo, veneror*. Jo. 14, 21. 23. 8, 42. Eph. 6, 24. Matth. 22, 37. Marc. 12, 33. 1 Cor. 2, 9. 8, 3. 1 Joh. 4, 20. denique, quia, quae amamus, aliis praeferimus, est: 4) *praefero, majoris facio, diligo prae caeteris*; ita Jo. 21, 7. 15. 16. 20. 19, 26. Rom. 9, 25. Apoc. 20, 9. 12, 11. Jo. 13, 23. — Inde Christiani dicuntur οἱ ἠγαπημένοι i. q. alibi οἱ ἐκλεκτοί, Coloss. 3, 12. 1 Thess. 1, 4. 2 Thess. 2, 13. — Christus dicitur ἠγαπημένος Eph. 1, 6. Vid. Ἀγαπητός.

Ἀγάπη, ης, ἡ 1) *amor, benevolentia*, cum tanquam animi sensus, tum tanquam effidax factis. Rom. 5, 8. 13, 10. 1 Cor. 13, 4. 16, 14. 2 Cor. 13, 13. 1 Jo. 4, 9. 10. 16. — ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, 2 Cor. 5, 14. amor erga Christum. — ἡ

θεὸς ἀγάπη ἐστὶ 1 Jo. 4, 8. 16. i. e. in Deo amor est summus et sincerrimus. — In specie: 2) *amor fraternus*, *caritatis vinculum inter Christianos*, 1 Cor. 13, 1. Jo. 13, 35. Phil. 2, 2. 1 Jo. 4, 7. Hebr. 10, 24. 1 Petr. 5, 14. — ἀγάπη τοῦ πνεύματος, Rom. 15, 30. amor christianus, religiosus, qualem religio Christiana instillat animis. Hinc ἀγάπαι, ῶν, αἱ, *agapae*, convivia mutuam caritatem significantia et augentia. Commemorantur semel Jud. vers. 12. et 2 Petr. 2, 13. in codd.; caeterum ad ea referenda sunt loca Act. 2, 42. 46. 6, 2. 1 Cor. 11, 16 sqq. In his conviviis pauperes simul cum divitibus discumbebant, cibumque a divitibus allatum sumebant, invicem sese ad mutua amoris officia et fidei constantiam adhortantes simulque Deum et Christum celebrantes. Vid. Tertull. apologet. c. 39. Vetuit sec. 4. Concil. Laodic. haec convivia. — 3) *amoris officio*, *fructus* et *documenta*, 2 Petr. 1, 7. 1 Cor. 14, 1. 1 Jo. 3, 1. 1 Thess. 1, 3. — 5, 13. ἀγάπη τῆς ἀληθείας, i. e. verum beneficium a Deo per Christum exhibitum. Rom. 5, 5. Philem. vers. 5. 7. Eph. 3, 9. ἐπιβάλλουσα τῆς γνώσεως ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ, i. e. beneficium sapientiae nobis a Christo exhibitum. — 4) *Tenerrimum rei desiderium*, sollers eius cura, 1 Jo. 2, 15. 2 Cor. 16, 24. Si refertur ad Deum et Christum saepe est *veneratio et pietas*, Jo. 5, 42. Luc. 11, 42. — *fides et obsequium*, eiusque constantia, Matth. 24, 12. Hebr. 6, 10. Jo. 15, 9. 10. 13. Rom. 8, 35. 39. Apoc. 2, 4.

Ἀγαπητός, ή, όν, 1) *amatus* Act. 15, 25. 2) *amatus prae caeteris*, *tenerrime amatus*, Marc. 12, 6. Rom. 16, 5. 8. 1 Cor. 4, 17. Ita Christus ὁ ἀγαπητὸς υἱὸς θεοῦ Matth. 3, 17. 12, 18. 17, 5. Luc. 3, 22. 9, 35. 20, 13. Marc. 1, 11. 9, 7. 2 Petr. 1, 17.; multi in his locis ἀγαπ. putant esse μονογενής, ut etiam Hesychius habet: ἀγαπητὸν· μονογενῆ. Sed potius notio dilecti adjuncta est notioni unigeniti, quia filios unigenitos majori parentes solent amplecti amore. Paulus Coloss. 1, 13. υἱὸν ἀγαπ. interpretatur per υἱὸν τῆς ἀγάπης. Caeterum cf. Jes. 42, 1. et Πρωτόνομος. — 3) *amore fraterno*, *christiano junctus*, *tanquam christianus amandus*, 1 Tim. 6, 2. Philem. v. 16. Inde ἀγαπητοί, sive etiam ἀγαπητοὶ ἐν κυρίῳ, *carissimi*, frequentissima est Apostolorum allocutio in epistolis, v. c. Hebr. 6, 9. — ἀγαπητοὶ θεοῦ i. q. ἠγαπημένοι, ἐκλεκτοί, christiani amore Dei electi ad salutem, Rom. 1, 7. 11, 28.

Ἄγαρ, ἡ, *Agar*, nom. propr. indecl. servae Abrahami, ex qua Ismaëlem suscepit. Vid. Gen. 16. Quum *Agar* in lingua arabica significet montem et κατ' ἐξοχὴν montem sinaiticum, tanquam altissimum, Paulus Gal. 4, 24. 25. vetus foedus, sive oeconomiam mosaicam allegorice appellat ἄγαρ, ut servilem Dei timorem, quem lex mosaica instillaret Judaeis, significaret.

Ἀγγαρεύω, f. εύσω, 1) ἄγγαρον mitto. Ἄγγαρος enim est vocabulum perficum, significans tabellarium regium. Instituerat Cyrus major, Persarum rex, ut literae regiae per singulos curfores (ἀγγάρους), quorum stationes unius diei itinere distabant, quam citissime in omnes imperii regiones perferrentur. Licitum erat his nuntiis quodvis vehiculum, equum, navigium sibi vindicare, ut tanto citius iter stationis suae perficerent. cf. *Herod.* 8, 98. et *Xenoph.* Cyropaed. 8, 6. 9. — Hinc ἀγγαρεύειν 2) ἀγγάρου instar itineris adminicula cogere, vel simpliciter: *alium cogere*, ut nos in re quacunque perficienda adjuvet, fere nostrum: *requirirent*. Ita legitur ter in N. T. Matth. 5, 41. 27, 32. Marc. 15, 21. Caeterum ἄγγαρος et vocabula derivata non solum in Graecorum sed etiam in Iudaeorum linguam transierunt, et אנגריא Rabbinis est coactio ad currendum, ferendum onus aut faciendum opus publicum. V. *Buxtorf.* lex. p. 131.

Ἀγγείον, είου, τὸ, (diminutivum a τὸ ἄγγος) *vas quodcunque*, hebr. כלי in versione LXX respondens. Legitur Matth. 13, 48. 25, 4.

Ἀγγελία, ας, ἡ, *id, quod nuntii interventu cognoscitur*, vel ut sciamus simpliciter, ubi *denuntiatio*, *institutio*, vel ut faciamus, ubi est *mandatum*. Priori sensu legitur 1 Jo. 1, 5. ubi edit. vulg. mendose ἐπαγγελία habet; posteriori ib. 3, 11. cf. 3, 23. 4, 21. Jo. 15, 12.

Ἄγγελος, ου, ὁ, ut hebr. מלאך, 1) *nuntius quivis*, qui mandata vel defert ad alios vel ipse ea exsequitur; *legatus*; Luc. 9, 52. Matth. 11, 10. Jac. 2, 25. cf. Jos. 6, 17. 25. Marc. 1, 2. Luc. 7, 24. 27. Apoc. 22, 16. Judith. 1, 11. 3, 1. 1 Macc. 1, 44. — 2) *nuntii coelestes*, spiritus homine ἰσχύι καὶ δυνάμει μείζονες, 2 Petr. 2, 11. — πνεύματα λειτουργικὰ Hebr. 1, 14. — Dei legati et ministri, quare ἄγγελοι θεοῦ f. κυρίου dicuntur, Matth. 1, 20. 2, 13. 19. Luc. 1, 11. 13. 28. 12, 8. 9. 15, 10. Act. 12, 7. 7, 30. 10, 3. 27, 23. Gal. 4, 14. Hebr. 1, 6. itemque ἅγιοι (Matth. 25, 31.) Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. Apoc. 14, 10. et ἐκλεκτοὶ 1 Tim. 5, 21. cf. Tob. 8, 15. 12, 15. — apud Deum in coelo versantes et, si ministerium praestant, de coelo descendentes, Matth. 22, 30. 24, 36. 28, 2. 5. Marc. 12, 25. 13, 32. Luc. 2, 15. 22, 43. Hebr. 12, 22. Jo. 1, 52. Gal. 1, 8. — filio quoque Dei subiecti 1 Petr. 3, 22. eiusque ministri et comites, ἄγγελοι Χριστοῦ, Matth. 13, 39. 41. 49. 16, 27. 24, 31. 2 Thess. 1, 7. Cogitabantur corpore subtilissimo, lucido, igni simili praediti, Luc. 2, 9. Jo. 20, 12. 2 Cor. 11, 14. Act. 6, 15. 7, 30. 35. Hebr. 1, 7. Luc. 20, 36. cf. Sir. 45, 2. Tob. 3, 16. 2 Macc. 3, 25. 11, 8. quare etiam a scriptoribus judaeis fulgura, quorum interventu lex data legitur, angeli ha-

bebantur, Gal. 3, 19. Act. 7, 38. 53. Hebr. 2, 2. — Commemorantur caeterum simpliciter Matth. 4, 11. 26, 53. Jo. 12, 29. 5, 4. Rom. 8, 38. Coloss. 12, 8. Gal. 4, 14. 1 Cor. 6, 3. 13, 1. 4, 9. Hebr. 2, 5. 7. 16. 1, 4, 5. alibi. — Praefecti putabantur singuli singulis populis, regionibus, locis, elementis, Apoc. 16, 5. ἀγγ. ὑδάτων, c. 14, 18. ἀγγ. πυρὸς coll. Apoc. 7, 1. 2. ut etiam habebantur singuli *genii tutelares* singulorum hominum, ita Matth. 18, 10. Act. 12, 15. Matth. 4, 6. Luc. 4, 10. 16, 22. eodemque modo septem angeli septem ecclesiarum sunt angeli tutelares Apoc. 1, 20. 2, 1. 8. 12. 18. 3, 1. quanquam alii antistites harum ecclesiarum significari maluerunt, quae interpretatio confirmari posset loco 3 Esdr. 1, 50. 51. ubi prophetae ἄγγελοι dicuntur. De classibus angelorum, quae quoque Rom. 8, 38. commemorantur, extat locus primarius in testam. XII. patriarch. vid. Fabric. Cod. Pseud. V. T. I, p. 546—548., e quo etiam intelligitur, ἀγγέλους τοῦ προσώπου τοῦ θεοῦ, quorum mentio fit Matth. 18, 10. esse superioris ordinis, λειτουργοῦντας καὶ ἐξιλασκομένους πρὸς κύριον ἐπὶ πάσας ταῖς ἀγνοίαις τῶν δικαίων. cf. Tob. 12, 15. Inde commemorantur septem primarii Apoc. 8, 2. 6. 15, 1. 6. 16, 1. 17, 1. 21, 9. coll. Tob. 12, 15. et Apoc. 12, 7. Μιχαὴλ καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ i. e. angeli, quibus praefectus est. Ἄγγ. ἰσχυρὸς Apoc. 5, 2. 18, 21. De numero angelorum vid. Hebr. 12, 22. Apoc. 5, 11. — Nomine ἀγγέλων veniunt quoque 3) *genii mali*, κακοδαίμονες, in N. T. alibi simpliciter δαιμόνια dicti, itaque ἄγγελος pro ἄγγελος σατᾶν, ut legitur 2 Cor. 12, 7. intelligi debet 1 Cor. 6, 3. 1 Tim. 3, 16. ubi verba ὤφθη ἀγγέλοις ad descensum ad inferos referenda puto, et 1 Cor. 11, 10. ubi mulieres daemonum causa caput velare jubentur. Perperam hic alii ἀγγέλους pro κατασκόπους, i. e. speculatores a magistratibus ethnicis missos acceperunt. Putabant enim tum temporis Judaei, daemones ad libidinem pronos (Tob. 3, 8. 6, 14. 18, 3.), ac propterea de coelo et e beatorum statu dejectos esse, quod foeminarum humanarum pulchritudine allecti, officio suo defuissent, stationem coelestem deseruissent et rem cum illis mulieribus habuissent. Vid. versio LXX ad Genes. 6, 2. et Joseph. antiq. lib. 3. c. 3. De hoc angelorum peccato sermo est 2 Petr. 2, 4. Jud. vers. 6. — Utrum ἄγγελοι Hebr. 2, 16. et Act. 12, 23. sint boni an mali, incertum videtur. Caeterum maxime a duce, diabolo, appellantur ἄγγελοι τοῦ διαβόλου. Matth. 25, 41. Apoc. 12, 7. 2 Cor. 12, 7. Ἄγγ. ἀβύσσου Apoc. 9, 11. est angelus pestem ex inferis educens.

Ἄγε, proprie imperativus verbi ἄγω, deinde adverbialiter: *age*, *agedum*, quod etiam apud profanos ad plures (pro ἄγετε) dicitur. Ita bis Jac. 4, 13. 5, 1.

Ἀγέλη, ης, ἡ, *grex*; de pecore et hominibus. — In N T. de porcis Matth. 8, 30 sqq. Marc. 5, 11. 13. Luc. 8, 32. 33.

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ, ἡ, *genealogia carens, de cuius prosapia nihil constat*; (ex ἀ priv. et γενεαλογέω). — Semel legitur Hebr. 7, 3. de Melchisedeco, ita dicto, quod Cananaeus, neque secundum praeceptum Levit. 21, 10. γενεαλογούμενος erat ἐκ τῶν Λευΐ, ut vers. 6. legitur.

Ἀγενής, ές, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et γένος) *genere carens*, i. e. *vel* prolem non habens, *vel* maiorum nomine destitutus, i. e. cuius majores sunt ignobiles, obscuri. Inde: *humili loco natus, ignobilis*; ita semel 1 Cor. 1, 28. et opponitur ib. v. 26. εὐγενής.

Ἁγιάζω, f. άσω, ut hebr. קִדֵּשׁ 1) *ab usu communi et profano ad usum honorificum, potissimum sacrum, secerno* sive *eligo*. Non solum de rebus ad sacra pertinentibus, ut 2 Tim. 2, 21. Matth. 23, 17. 19, sed etiam de hominibus dicitur, qui a Deo ad res magnas et honorificas perficiendas eliguntur et instruuntur. Sir. 45, 4. 49, 7. 2 Macc. 1, 25. Jes. 13, 3. Ita Jo. 17, 17. ubi ἁγ. ἐν τῇ ἀλ. est: instruere ad veritatem docendam, eligere doctores religionis. cf. vers. sq. — Quum, quae Deo et sacris dicabantur, solemni quodam vel ritu vel declaratione purgarentur, et sine maculis esse deberent, est 2) lustro, ut קִדֵּשׁ Num. 6, 11. Hebr. 9, 13. ubi vers. 14. commutatur cum καθαρίζειν, — *purum, sacrum facio ritu solemni*, Hebr. 9, 13. 1 Tim. 4, 5. Rom. 15, 16. ἐν πνεύμ. ἁγ. per spiritum sanctum in baptismo ipsis datum. — Deinde, quum, quae ita purgabantur et Deo sacrabantur, venerandа redderentur, est 3) *venerabile aliquid facere*, ut Jo. 10, 36. Matth. 6, 9. Luc. 11, 2. ubi ἁγιάσθ. τὸ ὄν. σου est: venerabile fiat hominibus numen tuum; 1 Petr. 3, 15. θεὸν ἁγιάζ. ἐν τῇ καρδίᾳ, Deum pia mente venerari. Similiter Sir. 33, 4. — Denique quum ἁγιάζ. saepissime diceretur de victimis ad mactandum electis (Lev. 22, 2. 3. Deut. 15, 9.), est 4) *morti me devoveo, victimae instar*, Jo. 17, 19. et Hebr. 2, 11. ubi subintelligendum σεαυτὸν. — Christiani dicuntur ἡγιασμένοι, vel quatenus a communi et profana multitudine segregati ad colendum Deum electi sunt, ut sit i. q. ἐκλεκτοί, Act. 20, 32. 26, 18. 1 Cor. 1, 2. Jud. vers. 1. vel quatenus per Christum ab immunditie profana idololatriae et peccatorum purgati sunt 1 Cor. 6, 11. 7, 14. Eph. 5, 26. coll. vers. 27. Hebr. 2, 11. 10, 10. 14. 13, 12. 1 Thess. 5, 23. Apoc. 22, 11. Saepius non legitur in N. T.

Ἁγιασμός, οῦ, ὁ, proprie: *actus, quo aliquid ab usu profano separatur et Deo dicatur*; ita 2 Thess. 2, 13. et 1 Petr. 1, 2. ubi ἁγ. ἐν πνεύματι indicat id, quod spiritus san-

ctus, in baptismo acceptus, christianos cultui Dei sacravit, adjuncta notione purificationis. Eodem sensu 1 Cor. 1, 30. Jesus ipse dicitur ἁγιασμός, quatenus nos Deo sacravit. — Deinde est: status hominis Deo sacrati, *puritas*, et quidem ab iis vitiis, quae cum patrantur corpus polluunt. Ita 1 Thess. 4, 3. 4. 7.; eodem sensu videtur accipiendum Rom. 6, 19. 22. et Hebr. 12, 14. *Castitatem* significat 1 Tim. 2, 15. Saepius non legitur in N. T.

Ἅγιος, ία, ον, ut hebr. קדוש, 1) *sacer*, opposit. τῷ κοινῷ, separatus ab usu communi et Deo atque cultui eius sacratus, vel dicatus. Luc. 2, 23. Rom. 11, 16. 1 Cor. 3, 17. 2) *cultui Dei inservions, ad cultum Dei, et religionem omnino pertinens.* Ita dicuntur ἅγια: a) *loca* Act. 6, 13. 7, 33. 21, 18. Matth. 4, 5. 24, 15. 27, 53. 2 Petr. 1, 18. Apoc. 11, 2. 21, 2. 10. 19. Inde τὸ ἅγιον *templum*, Hebr. 9, 1. (Joseph. ant. l. 3. c. 6, 4. ὁ μὲν πας νεως Ἅγιον ἐκαλειτο). — Τὰ ἅγια sanctuarium Hebr. 9, 2. 3. cf. 8, 2. Putabant Judaei, templi Hierosolymitani et sacrorum πρωτότυπον existere in coelis; inde τὰ ἅγια sanctuarium coeleste Hebr. 9, 12. coll. v. 24. 10, 19. coll. v. 20 sq. et Sap. 5, 5. 10, 10. Test. XII. patriarch. Fabric. Cod. Pseud. Vol. I, p. 550 sq. — b) *osculum fraternum*, christianorum Rom. 16, 16. 1 Cor. 16, 20. 2 Cor. 13, 12. 1 Thess. 5, 26. — c) *sacerdotium* 1 Petr. 2, 5. — d) *prophetae*, Act. 3, 21. Luc. 1, 70. 2 Petr. 1, 21. 3, 2. — e) *apostoli*, quatenus cultui Dei promovendo sese dicaverant, Eph. 3, 5. 8. Apoc. 18, 20. — f) *angeli*, quatenus Deo in coelis ministrant, eumque colunt, Matth. 25, 31. Marc. 8, 38. Luc. 9, 26. Act. 10, 22. 1 Thess. 3, 13. Jud. vers. 14. — g) *christiani*, quatenus ad cultum Dei sunt electi, *Deo dicati, Dei cultores.* Vid. Coloss. 3, 12. 2 Thess. 1, 10. Hebr. 3, 1. Act. 9, 13. 1 Petr. 2, 9. Caeterum saepissime, v. c. Hebr. 6, 10. 13, 24. Apoc. 11, 18. Act. 9, 32. 41. 14, 33. 26, 10. Rom. 1, 7. 8, 27. 12, 13. 16, 15. cf. Cant. tri. puer. v. 11. In quibusdam locis 1 Cor. 6, 1. 2. 7, 14. Apoc. 13, 7. 10. 20, 6. 9. adjuncta est notio puritatis ab idololatria, in aliis notio puritatis ab improbitate, Eph. 5, 3. Coloss. 1, 12. Apoc. 19, 18. In Apocalypsi c. 16, 6. 17, 6. 18, 24. ἅγιοι *martyres* significat. — Quoniam quae Deo dicabantur, pura esse debebant, vel purificanda erant, ἅγιος est: 3) *purus a labe, immaculatus*; ita de victimis Rom. 12, 1. — 4) *purus a vitiis, sanctus sensu morali, pius in Deum, virtutis studiosus*, 1 Petr. 1, 15. 16. 3, 5., ubi explicatur per ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν θεόν, 2 Petr. 3, 11. Marc. 6, 20. 1 Cor. 7, 34. Eph. 1, 4. 5, 27. Coloss. 1, 22. Apoc. 22, 11. — De Deo: *sanctus* i. q. ὅσιος, Apoc. 6, 10. Ita Rom. 7, 12. lex mos. dicitur ἁγία i. q. δίκαια, — 2 Petr. 2, 21. religio christiana, quatenus a Deo profecta est et nil falsi vel impii conti-

met; 2 Tim. 1, 9. κλῆσις ἁγία, vocatio per Christum ad sanctitatem et cultum Dei veri. — Quum porro quae ad religionem spectabant venerabilia redderentur, est 5) *venerabilis, colendus;* ita Deus Jo. 17, 11. Luc. 1, 49. Apoc. 3, 7. 4, 8. cf. Jes. 6, 3. Hos. 11, 9. — libri Vet. Test. Rom. 1, 2. — vid. praeterea Matth. 7, 6. Jud. vers. 20. — Jesus dicitur κατ' ἐξοχὴν: ὁ ἅγιος, vel *purus, justus,* ut Act. 3, 14., vel: *minister* Dei *summus* idemque *maxime colendus*, Luc. 4, 34. Marc. 1, 24. Act. 4, 27. 30. 1 Jo. 2, 20. — Sic 5 Esdr. 8, 70. Jacob ὁ ἅγιος, et 1 Macc. 1, 48. sacerdotes et Levitae οἱ ἅγιοι appellantur. — Πνεῦμα ἅγιον, vid. πνεῦμα.

Ἁγιότης, ητος, ἡ, *sanctitas, sanctimonia.* Semel Hebr. 12, 10. et praeterea 2 Macc. 15, 2.

Ἁγιωσύνη, ης, ἡ, *morum sanctitas*, i. q. σωφροσύνη, 2 Cor. 7, 1. 1 Thess. 3, 13. Deinde: ea rei natura, qua venerabilis est, vel venerabilem aliquem facit. Ita Rom. 1, 4. πνεῦμα ἁγιωσύνης esse videtur: πνεῦμα, quod Jesum venerabilem, colendum fecit. Alii h. l. intelligunt majestatem divinam, excitantque vers. LXX., qui ita reddiderunt hebr. קדש Ps. 145, 4. 5.

Ἀγκάλη, ης, ἡ, *sinus brachii, ulna.* Semel Luc. 2, 28. coll. Marc. 9, 36.

Ἀγκιστρον, ου, τὸ, *hamus piscatorius.* Semel Matth. 17, 27.

Ἄγκυρα, ας, ἡ, 1) *ancora.* Cum verbis ῥίπτειν, jacere Act. 27, 29. — ἐκτείνειν demittere, ib. vers. 30. — περιαίρειν, solvere, ib. vers. 40. — vel ἄειρειν simpliciter Act. 27, 13. ubi subaud. ἀγκύρας. 2) metaphorice *quodvis salutis fulcrum et praesidium*, Hebr. 6, 19.

Ἄγναφος, ου, ὁ, ἡ, (quidam codd. ἄνναφος, ex ἀ priv. et γνάφω, fullonum more purgo) 1) *fullonem nondum expertus, a fullone non purgatus.* 2) *novus*, sordes non habens, *adhuc integer;* ita Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. i. q. καινὸς ut legitur in loco parall. Luc. 5, 36.

Ἁγνεία, ας, ἡ, puritas a sceleribus, potissimum a voluptate venerea; *castitas.* Ita bis 2 Tim. 4, 12. 5, 1.

Ἁγνίζω, ίσω, *lustro; purifico, sordes removeo.* In N. T. 1) de lustratione religiosa ex praeceptis legis mosaicae, Jo. 11, 55. ἁγνίζειν ἑαυτὸν, cf. LXX. ad Num. 31, 23. Exod. 19, 10. — 2) de purificatione a vitiis, Jac. 4, 8. ἁγνίζ. τὴν καρδίαν, — 1 Petr. 1, 22. ἁγν. τὰς ψυχὰς, — 1 Jo. 3, 3. ἁγν. ἑαυτὸν. — 3) de singulari puritate, quae in abstinentia a vino, cibis delicatioribus, ornatu corporis et concubitu cernebatur, de *castimonia*, ad quam qui voto sese obstrinxerant, Nasiraei dicebantur. Quare et LXX. in hebr. נזר Num. 6, 2. 3. — Ἁγνίζεσθαι ita est: *castimoniam suscipio.* Ita Act. 21, 24. 26. 24, 18. Saepius non legitur.

Ἁγνισμός, οῦ, ὁ, *castimonia*, de qua vid. ἁγνίζω. Semel Act. 21, 26.

Ἀγνοέω, ῶ, fut. ήσω, 1) *nescio, ignoro, non cognosco* (ex ἀ priv. et νοέω), Act. 17, 23. Rom. 10, 3. 1 Tim. 1, 13. 2 Petr. 2, 12. ἀγνοούμενος ignotus, *non visus* Gal. 1, 22., — deinde ex adjuncto: *ignobilis, vilis* 2 Cor. 6, 9. — 2) *non intelligo, non capio*, Marc. 9, 32. Luc. 9, 45. Act. 13, 27. Rom. 6, 3. 7, 1. et c. 2, 4. — Οὐκ ἀγνοεῖν, *bene scire*, bene cognitum habere, *perpendere*, 2 Cor. 1, 8. 2, 11. 1 Cor. 10, 1. 12, 1. Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Thess. 4, 13. — 3) *inscius, imperitus sum*, 1 Cor. 14, 38. et ex adjuncto: *erro, ex insciti peccato*; ita Hebr. 5, 2. et saepius in versione τῶν ὁ, ubi respondet hebr. שגג et שגה. — In loco Sir. 5, 15. est: inconsiderate agere. Saepius non legitur.

Ἄγνόημα, τος, τὸ, *ignorantia, error* ex ignorantia, sive imprudentia, — *peccatum*, aberratio a recto. Hoc sensu semel Hebr. 9, 7. cf. Sir. 23, 2. 1 Macc. 13, 39. Tob. 3, 3. Judith. 5, 20.

Ἄγνοια, ας, ἡ, 1) *ignorantia, insciti*a, Act. 3, 17. 2) singulariter *ignorantia veri Dei, superstitio, idololatria*, Act. 17, 30. Eph. 4, 18. 1 Petr. 1, 14. cf. Sap. 14, 22.

Ἁγνός, ἡ, ὸν, 1) purus, 2) sensu morali: *vitiis non maculatus*, Phil. 4, 8. 1 Tim. 5, 22. 2 Cor. 7, 11. Hinc Deus 1 Jo. 3, 3. et sapientia coelestis Jac. 3, 17. ita appellantur, quatenus omnis vitii, labis et erroris sunt expertes et sua natura lucis instar claritate et puritate gaudent. cf. Jac. 1, 17. et Sap. 7, 22 — 30. — specialiter 3) libidine veneres non maculatus, *castus*, Tit. 2, 5. 2 Cor. 11, 2. et nisi fallor, 1 Petr. 3, 2.

Ἁγνότης, ητος, ἡ, *innocentia, vitae integritas*. Semel 2 Cor. 6, 6.

Ἁγνῶς, adv. *sincere, sincero animo*. Legitur Philipp. 1, 16. 18.

Ἀγνωσία, ας, ἡ, *ignorantia, insciti*a; deinde ut alia verba ignorantiam significantia transfertur ad *pravam*, ex ignorantia rei ortam, *agendi rationem*. Ita 1 Cor. 15, 34. ἄγνω. θεοῦ contemtus Dei, 1 Petr. 2, 15. ἄγνω. criminationes ex inscitia ortae. Saepius non legitur. cf. Sap. 13, 1. et LXX. in Job. 35, 16.

Ἄγνωστος, ον, ὁ, ἡ, *ignotus, non cognitus*. Semel Act. 17, 23. Ἀγνώστῳ θεῷ, Deo cuivis nobis adhuc non cognito. Puto aram inscriptam fuisse: ἀγνώστοις θεοῖς, Diis aliarum gentium Athenienfibus adhuc ignotis, eo consilio, vel ut peregrini in ista ara Diis suis sacra facere, vel ut Athenienses ipsi, peregrinaturi, exterarum regionum Deos colere et eorum favorem sibi conciliare possent.

Ἀγορά, ᾶς, ἡ, (ab ἀγείρω congrego) 1) *locus quivis*

congregandae multitudini aptus vel destinatus; hinc *forum*, ubi *judicia*, Act. 16, 19., et *concciones* ad populum habebantur, Act. 17, 17. vel res venales, potissimum cibi, exponebantur, Marc. 7, 4. ubi formula ἀπὸ ἀγορᾶς ἐσθίουσι respondet nostro: *vom Markte essen*, i. e. cibos in foro coëmtos. 2) *locus* urbis *quivis publicus*, ubi multi versari solent, v. c. plateae (LXX. hebr. רחוב, gr. *platea*) Matth. 11, 16. 20, 3. 23, 7. Marc. 6, 56. 12, 38. Luc. 7, 32. 11, 43. 20, 46.

Ἀγοράζω, fut. άσω, in foro versor emendi causa, *emo* simpliciter, Matth. 13, 44. 46. 14, 15. 21, 12. 27, 7. Ap. 13, 17. 18, 11. 3, 18. alibi. Quum in foro captivi et servi venderentur et emerentur, transfertur in N. T. ad redemtionem per Christum factam et est: *redimo* pretio soluto, *vindico in libertatem* scl. a potestate vitiositatis 1 Cor. 6, 20. vel legis mosaicae 1 Cor. 7, 23. 2 Petr. 2, 1. vel humanae superstitionis et idololatriae Apoc. 5, 9. 14, 3. 4.

Ἀγοραῖος, αίου, ὁ, ἡ, 1) qui in foro versatur et quidem a) vel mercaturae causa, — *mercator*, b) vel judicii causa, — *patronus causarum*, *causam dicens* Act. 19, 38., — c) vel desidiae causa, — *otiosus*, forum et plateas otiose frequentans, Latinorum *subbasilicanus*, *subrostranus*, nostrum: *Pflastertreter*, Act. 17, 5. — Distinxerunt Grammatici quidam sed minus recte inter ἀγοραῖος et ἀγόραιος, putaruntque interpretes Act. 19, 38. ἀγόραιοι (ut etiam edidit Griesb.) scl. ἡμέραι esse dies forenses, judicia in foro. Habet enim *Suidas*: προσπαροξυτόνως δὲ ἀγόραιος, ἡ ἡμέρα ἐν ᾗ ἡ ἀγορὰ τελεῖται, — et *Hesych.* ἀγοραίαν· δικαιολογίαν. At mentra glossa nostrum spectat locum, ubi potius vertendum est: „patroni causarum adducantur, proconsules s. judices adsint"; i. e. judicii legitima forma servetur.

Ἄγρα, ας, ἡ, *captura*, *venatio*. In N. T. bis legitur Luc. 5, 4. 9. de captura piscium.

Ἀγράμματος, ὁ, ἡ, (ex ἀ privat. et γράμμα) *illiteratus*, *literarum rudis*, *indoctus*. Semel Act. 4, 13. ubi est literarum hebraicarum et sacrarum (doctrinae legisperitorum) cognitione non imbutus. cf. Jo. 7, 15.

Ἀγραυλέω, ῶ, fut. ήσω, (ex ἀγρός, *ager* et αὐλή, aula, stabulum, ovile) *sub dio ago*, cum interdiu, tum noctu; *excubo*. Ita semel Luc. 2, 8.

Ἀγρεύω, fut. εύσω (ab ἄγρα) 1) *capio feras*, *venor*; 2) aliquem *insidiis* et *dolo circumvenio*, ut eum possim perdere. Ita Marc. 12, 13.

Ἀγριέλαιος, αίου, ἡ, (ex ἄγριος *sylvestris* et ἐλαία *olea*) *oleaster*, *olea agrestis*, quae nullum fere fructum ferre solet, cui opponitur Rom. 11, 24. καλλιέλαιος. Bis legitur Rom. 11, 17. 24. ubi gentiles ecclesiae christianae inserti comparantur cum olea agrestis surculo, καλλιέλαιον insero.

Ἄγριος, ία, ον, *agrestis, sylvestris*, et quidem a) quatenus in sylvis sponte et absque cura hominum nascitur et crescit, ut *μέλι ἄγριον mel sylvestre* ab apibus sine hominum interventu paratum, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. cf. 1 Sam. 14, 25., — b) quatenus in sylvis vivit, *ferus, saevus* instar bestiarum sylvaticarum. Sic Jud. 13. *κύματα ἄγρια θαλάσσης*, saevi fluctus maris; et eodem sensu Sap. 14, 1. coll. 2 Macc. 11, 9. 14, 30. et 3 Macc. 5, 2.

Ἀγρίππας, α, ὁ, *Agrippa*. Duo hujus nominis regnarunt post Christum reguli Judaeorum, alter, *major* dictus, filius Aristobuli, Herodis Magni nepos, qui non commemoratur in N. T., quum quae de ejus morte habeat Josephus Antiq. 19, 17. Lucas in Actis c. 12. adscripserit Herodi regi, — alter, *minor* appellatus, sive *Herodes Agrippa*, filius majoris et Herodis M. abnepos, ultimus Judaeorum rex, qui commemoratur Act. 25, 13. 22. 26. 26, 1. 7. 19. 27. 28. 32.

Ἀγρός, οῦ, ὁ, Latinor. *ager*, 1) *ager*, qui arando colitur, Matth. 13, 24. 27. 31. 36. 37. 2) *campus*, rus, agrum et prata continens Matth. 6, 28. 30. 13, 44. Luc. 12, 28. 14, 18. 15, 15. — *campus apertus*, quatenus domicilio opponitur Matth. 24, 18. Luc. 15, 25. 17, 7. 23, 26. — *agrorum complexus*, quatenus fundum vel villam constituunt, Matth. 19, 29. Marc. 10, 29. 30. Act. 4, 37. (ubi *Vulg.* villa). 3) agri, quatenus urbi opponuntur, *pagus* in medio campo situs, ut מִחוּץ Deut. 28, 3. Marc. 5, 14. 6, 36. 56. 16, 12.

Ἀγρυπνέω, ῶ, fut. ήσω, 1) *insomnis sum, vigilo*. Inde 2) *invigilo*, apertis oculis *attendo*, vel *prospicio*; ita de rebus futuris Marc. 13, 33. Luc. 21, 36. — 3) *assiduam rei gero curam*, sequente εἰς Eph. 6, 18. seq. ὑπὲρ Hebr. 3, 17. cf. Sap. 6, 15. 3 Esdr. 8, 59.

Ἀγρυπνία, ίας, ἡ, 1) *insomnia, vigiliae*. 2) metonymice: *cura assidua*, f. *ansia*. 2 Cor. 6, 5. Sir. 38, 26—30. 42, 10.

Ἄγω, fut. ἄξω, 1) moveo aliquid *e loco suo*, — *abduco*, Act. 20, 12. Luc. 22, 54, — *educo, prodire facio*, Jo. 19, 4. 13. 1 Thess. 4, 14. Act. 19, 38. — intransitive: moveo me, *abeo, eo*, Matth. 26, 46. Marc. 1, 38. Jo. 11, 7. 15. 14, 31. — 2) moveo aliquid *in alium locum, deduco, adduco*, Matth. 21, 2. 7. Luc. 4, 9. 10, 34. Jo. 1, 43. 7, 45. 10, 16. 18, 28. Act. 8, 32. 9, 2. 21. 21, 34. — adduco lubentem et sponte euntem, *mecum duco*, 2 Tim. 4, 11. vel etiam *comitor*, Act. 11, 25. 17, 15. 23, 10. — nolentem et invitum, i. e. *abripio*, i. q. ἁρπάζομαι, Matth. 10, 18. Marc. 13, 11. Luc. 4, 1. 21, 12. 23, 1. Act. 17, 5. 19. 18, 12. — 3) omissa notione loci: *moveo* simpliciter, *impello, incito, duco*, Rom. 2, 4. 8, 14. 1 Cor. 12, 2. Gal. 5, 18. 2 Tim. 3, 6. — 4) improprie: *facio*, ut *aliquid fit* et *eveniat*, ut aliquis

aliquid habent, nostrum: *ich führe herbey*, Hebr. 2, 10, Act. 13, 23. ubi in textu vulg. ἤγειρε e glossemate. — LXX ita vertunt hebr. הוציא Exod. 3, 1. Lev. 13, 2. Num. 5, 15. — 5) De *tempore*: ἄγει τρίτην ἡμέραν, Luc. 24, 21. tertius dies agitur, ubi ἄγει impersonaliter positum est pro passivo; — de diebus festis: *celebro*, Matth. 14, 6., LXX hebr. חגג eodem sensu 3 Esdr. 1, 1. 19—21. 2 Macc. 1, 9. 18. 2, 16.

Ἀγωγή, ῆς, ἡ, proprie *manuductio*; inde 1) educatio, institutio, *disciplina*, et 2) hujus effectus: *mores*, *vitae ratio* et *disciplina*. Semel 2 Tim. 3, 10. cf. 2 Macc. 4, 16. 6, 8. 11, 24.

Ἀγών, ῶνος, ὁ, *certamen*, certamen ludorum. cf. Sap. 10, 12. 2 Macc. 4, 18. 10, 28. In N. T. est *pugna* cum religionis adversariis et eorum persecutionibus. Coloss. 2, 1. ἡλίκον ἀγῶνα ἔχω, quanta mala perferam. Phil. 1, 30. 1 Thess. 2, 2. 1 Tim. 6, 12. ἀγὼν τῆς πίστεως pugna fidei causa sustinenda. 2 Tim. 4, 7. Hebr. 12, 1. τρέχειν ἀγῶνα currere in certamine, i. pugna, i. e. pugnam constanter sustinere, mala perferre.

Ἀγωνία, ας, ἡ, *angor*, *trepidatio*, proprie ejus, qui in certamen est descensurus; deinde angor quilibet ex instantibus gravibus malis. Ita Luc. 22, 44. Praeterea non nisi 2 Macc. 3, 14. 16. 19. legitur. LXX ἀγωνιάω Dan. 1, 10. pro hebr. ירא *timeo*.

Ἀγωνίζομαι, 1) *certamen publicum ineo*, 1 Cor. 9, 25. 2) *pugno* simpliciter, Jo. 18, 36. 3) metaphorice ut Latinor. *pugnare*; omnibus viribus *contendo*, graviter *laboro*, *pericula subeo*, Luc. 13, 24. Col. 1, 29. 4, 12. 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. (1 Tim. 4, 10. codd.) cf. Sir. 4, 31. 2 Macc. 8, 16.

Ἀδάμ, ὁ, *Adam*, nom. propr. indecl. primi hominis, communis parentis generis humani. 1 Tim. 2, 13. cf. Genes. 1. 27. sqq. et Act. 17, 26. — Rom. 5, 14. 1 Cor. 15, 22. 1 Tim. 2, 13. 14. Jud. vers. 14. — Jesus 1 Cor. 15, 45—47. appellatur ὁ δεύτερος Ἀδάμ tanquam restaurator salutis per Adamum olim amissae. Rabbini Messiam appellabant אדם האחרון.

Ἀδάπανος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et δαπανάω *sumtus facio*), *sine sumtu*, *gratuitus*. Semel 1 Cor. 9, 18. εὐαγγ. ἀδάπ. doctrina gratis tradita.

Ἀδδί. Nom. propr. indecl. viri ex majoribus Christi, de quo praeterea nil constat. Luc. 3, 28.

Ἀδελφή, ῆς, ἡ, foemininum ab ἀδελφός, 1) *soror*, Matth. 19, 29. Luc. 10, 39. 14, 26. Jo. 11, 1. 3. 5. 28. 19, 25. — Disputatum est, num ἀδελφαὶ Jesu, quae Matth. 13, 56. et Marc. 6, 3. commemorantur, sint vel sorores uterinae, vel comprivignae, vel cognatae, *consanguineae* simpliciter.

Hebr. אחים dicitur quidem de cognatis, v. c. Gen. 24, 59. 12, 13. 19. 26, 7. 9. sed praefero hic notionem fororis germanae. Vid. ἀδελφός. — 2) *tanquam soror cara et amata*, Matth. 12, 50. Rom. 16, 1. 1 Tim. 5, 2. ita אחות Prov. 7, 4. Job. 17, 14. — 3) *christiana*, ut ἀδελφὸς christianus, quum christiani tenerrimo amore esse deberent juncti; 1 Cor. 7, 15. 9, 5. Jac. 2, 15. 2 Jo. 13.

Ἀδελφός, οῦ, ὁ, 1) *frater*, vel *germanus*, ab eodem patre et matre, vel *comprieignus*, ab eodem patre genitus, vel *uterinus*, ab eadem matre natus. Matth. 1, 2. 4, 18. 14, 3. 22, 25. Marc. 6, 17. 18. Luc. 3, 1—19. Jo. 11, 2. sqq. Interdum ut hebr. אח omittitur, Luc. 6, 16. Act. 1, 13. *Fratres Jesu*, qui Matth. 12, 46. 13, 55. 28, 10. Jo. 7, 3. Act. 1, 14. Gal. 1, 19. fortasse etiam Jo. 20, 17. commemorantur, multi interpretati sunt: *consanguinei*; *cognati*, ut אח legi putatur Gen. 24, 27. Lev. 25, 48. Deut. 2, 4. 8. Tob. 3, 7. Malo *fratres uterinos* intelligere. Vid. Matth. 13, 55. Jo. 2, 12. Matth. 1, 20. 25. — 2) *tanquam frater amandus* s. *amatus*, *amicus* i. q. φίλος, Matth. 5, 47. 12, 49. 2 Thess. 3, 15. Act. 21, 20. 1 Tim. 5, 1. Ita אח 2 Sam. 1, 26. Cantic. 5, 1. — Inde a) *popularis*, *civis*, quatenus hi praecaeteris sunt amandi et a communi originem ducunt parente, (ut אח Deut. 15, 2. 3. Job. 22, 30) Act. 2, 29. 37. 3, 17. 22. 7, 2. 23. 25. 26. 9, 17. 13, 26. 22, 5. 28, 21. Huc etiam refero loca Matth. 5, 22—24. 7, 3. 18, 15. 21. 35. et Hebr. 2, 11. ubi i. q. πολίτης. — b) *christianus*, fraterno amore invicem junctus, ejusdemque politiae spiritualis civis, (ἀδελφοὶ ἐν κυρίῳ) Matth. 25, 40. 23, 8. Jo. 21, 23. Apoc. 1, 9. 12, 10. Rom. 8, 29. Act. 6, 3. 9, 30. 10, 23. 11, 29. 1 Cor. 5, 11. 15, 6. Phil. 1, 14. Eph. 6, 23. Col. 1, 2. — c) christianus ad tradendum propagandumque evangelium cum aliis conjunctus, *collega*, *muneris socius*, 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 2, 12. Eph. 6, 21. Coloss. 1, 1. Apoc. 6, 11. ἀδελφοὶ et σύνδουλοι conjunguntur. coll. c. 19, 10. 22, 9. אחים Esdr. 3, 2. 2 Sam. 15, 20. 1 Reg. 13, 10.

Ἀδελφότης, τητος, ἡ, *fraternitas*, ut nostrum *Brüderschaft*, de fratrum coetu; — *christianorum coetus*, christiani religionis vinculo arcte juncti. Ita bis 1 Petr. 2, 17. 5, 9. cf. 1 Macc. 12, 10. 17.

Ἄδηλος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et δῆλος) *non manifestus*, partim quia obtegitur, unde *occultus*, *tectus*, Luc. 11, 44. coll. LXX. ad Ps. 51, 7. partim quia distingui ab aliis rebus non potest, et in se est obscurus; ita *non distinctus*, et de sono *incertus*, *fuscus*, 1 Cor. 14, 8.

Ἀδηλότης, τητος, ἡ, *obscuritas*, *incertitudo* (cf. ἄδηλος). Semel 1 Tim. 6, 17. ubi est vel veri splendoris i. e. pretii

defectus; *vanitas*, vel: ea ratio rei, quae mox evanescit, *inconstantia*, *fragilitas*.

Ἀδήλως, adv. 1) *obscure*, *inconstanter*, 2) *incertum*, quatenus rei eventus non est liquidus. Semel 1 Cor. 9, 26. coll. 2 Macc. 7, 34.

Ἀδημονέω, ῶ, fut. ήσω, (ἄδος, *taedium*) *gravissime angor*, *luctor*. Matth. 26, 37. Marc. 14, 33. Phil. 2, 26. In versione Symmachi Ps. 61, 3. hebr. אנוח, ἐν τῷ ἀδημονεῖν, et Ps. 116, 11. אנח ἀδημονῶν.

Ἄδης, ου, ὁ, (ab εἴδω et ἀ priv.) 1) quod sine luce est, *locus tenebricosus*. In N. T. sequitur significationes hebr. שאול, ideoque est 1) *sepulchrum* ipsum; ita Act. 2, 27. 31. ubi i. q. διαφθορά. εἰς ᾅδου (subintell. τόπον sive δόμα), in sepulchri domicilium. Hom. Il. lib. 15, V. 251. Odyss. lib. 11, V. 149. 626. lib. 12, V. 21 et LXX ad Gen. 42, 38. 44, 29. — Job. 31, 13. Ps. 140, 9. — 2) locus subterraneus, tenebricosus et tristis, in quo manes post mortem inclusi putabantur, *orcus*, *inferna*, Apoc. 1, 18. 20, 13. 14. Prov. 5, 5. et saepissime in V. T. Putabatur esse in intimis terrae recessibus, Matth. 11, 23. Ezech. 31, 16. 18. Amos. 9, 2. Coelum et hades igitur tanquam remotissima sibi opponuntur Luc. 10, 15. — Apoc. 6, 8. ᾅδης non locum sed manes, spectra orci significare videtur. cf. Jes. 14, 9. — 3) *locus poenarum* in inferno, ubi animae impiorum castigantur, Luc. 16, 23, cujus princeps et rex putabatur esse diabolus, 1 Cor. 15, 55. coll. Sap. 1, 14. 16. 2, 24. Hebr. 2, 14. Hinc in test. 12 patriarchar. (*Fabric.* Cod. Pseud. I, p. 549.) ᾅδης dicitur σκυλευόμενος ἐπὶ τῷ πάθει τοῦ ὑψίστου, spoliatus, scil. animis damnandorum, per passionem filii Dei. — Πύλαι ᾅδου Matth. 16, 18. i. e. potestas diaboli, principis τοῦ ᾅδου. Vid. Πύλη. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀδιάκριτος, ίτου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et διακρίνομαι, *rixor*, *litigo*), *is*, *cum quo non est rixa*. Semel Jac. 3, 17 sensu activo: *a rixa alienus*. Ita plurimi. Possit vero etiam esse: nihil dubitans i. e. *fiducia plenissimus*. Vid. Διακρίνω.

Ἀδιάλειπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et διαλείπω, *cesso*) *non cessans*, *perpetuus*. Bis Rom. 9, 2. 2 Tim. 1, 3. coll. 1 Macc. 12, 11.

Ἀδιαλείπτως, *sine intermissione*, *indefinenter*; hyperbolice pro: *saepissime*. Ita Rom. 1, 9. 1 Thess. 1, 3. 2, 13. 5, 17. — 3 Macc. 6, 33. 2 Macc. 15, 7.

Ἀδιαφθορία, ίας, ἡ, (ex ἀ priv. et διαφθείρω *corrumpo*) *incorruptibilitas*; *integritas*. Semel Tit. 2, 7. de doctrina, ubi est doctrinae *sanitas* et *sincerritas*, i. q. in aliis locis Paulinis διδασκαλία ὑγιαίνουσα, ὑγιαίνοντες λόγοι. Vid. ὑγιαίνω. — Lectio quorundam codd., qui ἀφθορίαν habent, non est spernenda.

Ἀδικέω, ῶ, fut. ήσω, 1) leges violo, *injuste ago, crimen committo*, Act. 25, 10. 11. 2 Cor. 7, 12. Coloss. 3, 25. Apoc. 22, 11. LXX hebr. חָטָא Jer. 37, 17. מָעַל 2 Chron. 16, 16. — 2) *injuria alium afficio*, Matth. 20, 13. Act. 7, 26. 27. 1 Cor. 6, 8. 2 Cor. 7, 2. Gal. 4, 12. Phil. 18. Ἀδικέομαι, *injuria afficior*, Act. 7, 24. et in medio: *injuria affici patior*, 1 Cor. 6, 7. — Metonymice: 3) *laedo, noceo, vim infero*, Luc. 10, 19. Apoc. 2, 11. 6, 6. 7, 2. 3. 9, 4. 10. 19. 11, 5. LXX hebr. יָנָה Jes. 51, 23. נָכָה Jes. 10, 20 et עָשַׁק Levit. 6, 2. coll. Sap. 14, 29. Saepius non legitur.

Ἀδίκημα, τος, τὸ, *injuste factum, crimen, scelus*. Act. 18, 14. 24, 20. Apoc. 18, 5. In vers. Alex. hebr. חָמָס 2 Sam. 22, 49. עָוֹן Jes. 59, 12.

Ἀδικία, ας, ἡ, 1) *injustitia*, Rom. 9, 14. Luc. 18, 16. ubi κριτὴς τῆς ἀδικίας i. q. κριτὴς ἄδικος, judex injustus cf. vers. 2. — 2) *injuria illata*, 2 Cor. 12, 13. Quum haec coram judice non nisi dolo et fraude inferatur, est 3) *fraus, dolus, fraudulenta improbitas*, Jo. 7, 18. Act. 1, 18. 1 Cor. 13, 6. LXX hebr. מִרְמָה *fallacia*, Hos. 12, 7. שֶׁקֶר *mendacium* Deut. 19, 18. Ps. 51, 3. cf. Ezech. 18, 18. Hinc μαμωνᾶς τῆς ἀδικίας; vel μαμ. ἄδικος Luc. 16, 8. 9. 11. sunt *opes per fraudem* (de qua vid. vers. 1. et 5—7) *partae*. Eodem sensu *Eurip.* Helen. vers. 911. et Electr. vers. 943. πλοῦτον ἄδικον dixit, et Sirac. 34, 18. θυσιάζειν ἐξ ἀδίκου coll. vers. 20. Alii interpretes: opes caducae, fragiles, quo sensu putant legi ἄδικος 3 Esdr. 4, 31, qui vero locus ambiguus est. — 4) *scelus, impie factum quodcunque*, Luc. 13, 27. Act. 8, 23. 1, 18. Rom. 1, 29. 3, 5. 6, 13. 2 Tim. 2, 19. Jac. 3, 6. 2 Petr. 2, 13. Hebr. 8, 12. 1 Jo. 5, 17. Ita et 1 Jo. 1, 9. ubi sensus: Deus, qui ipse est δίκαιος, non solum peccata remittet, sed etiam hominem δίκαιον, i. e. sanctum reddet. — Denique dicitur 5) de *idololatria*, vel quatenus idololatria est maxima fraus, vel quatenus est gravissimum scelus; igitur et *errores* et *scelera idololatriae*, ἀλήθεια autem, quae τῇ ἀδικίᾳ opponitur, est: veri Dei et cognitio et cultus; ita Rom. 1, 18. 2, 8. 2 Thess. 2, 10. 12. 2 Petr. 2, 15. cf. quoque Ἀλήθεια. Sic et 2 Sam. 7, 10. בְּנֵי־עַוְלָה *filii iniquitatis* videntur esse gentes idololatriae deditae. Saepius non legitur.

Ἄδικος, ου, ὁ, ἡ, 1) *injustus*, 2) *injuste agens erga alios*, Luc. 18, 11. Rom. 3, 5. Hebr. 6, 10. 3) *fraudulentus*, fraude aliis nocens, Luc. 16, 10. 11. Vid. Ἀδικία. 4) *impius, peccator omnino*, quippe leges Dei nihili faciens, Matth. 5, 45. Act. 24, 15. 1 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18. et 2 Petr. 2, 9. ubi τοῖς ἀδίκοις opponuntur οἱ εὐσεβεῖς. Deinde, ut ἀδικία, quod vid., transfertur ad idololatriam, et significat

quoque 5) *idololatram*, adiuncta notione improbitatis. Ita 1 Cor. 6, 1. coll. verf. 6. Saepius non legitur.

Ἀδίκως, adv. *injuste, immerito.* 1 Petr. 2, 19. πάσχων ἀδίκως, patiens sine culpa. LXX. hebr. חנם Prov. 1, 11. 17. cl. Sap. 12, 13. 2 Macc. 7, 16.

Ἀδόκιμος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et δόκιμος, *probatus*, metaphora ducta ab auro et aurifabris) 1) *non probatus, rejectaneus, adulterinus;* LXX ἀδόκιμον. ἀργύριον Prov. 25, 4. Jes. 1, 22. — Metaphorice: 2) *reprobandus, rejiciendus, malus*, 1 Cor. 9, 27. 2 Cor. 13, 5. 6. 7. 2 Tim. 3, 8. Rom. 1, 28. νοῦς ἀδόκιμος, mores reprobandi, mali; et quum moneta non genuina fit, inutilis et emendo inepta 3) *ineptus*, Tit. 1, 16. ἀδόκιμος πρὸς ἔργον ἀγαθὸν, — Hebr. 6, 8. γῆ ἀδόκιμος, terra frugibus proferendis non apta. Hesych.: ἀδόκιμον· πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον. Saepius non habetur in N. T.

Ἄδολος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ pr. et δόλος) *doli expers;* deinde: *cui nil mali inest, non noxius, purus.* Ita semel 1 Petr. 2, 2. γάλα ἄδολ. lac sincerrimum, salubberrimum, i. e. doctrina ad veram virtutem ducens.

Ἀδραμυττηνὸς, ὁ, ἡ, τὸ, *Adramyttenus*, adjectivum patronymicum. Adramyttum vel Adrumetum fuit urbs maritima in Aeolia sita. cf. Herod. 7, 42. Pomp. Mel. 1, 17. Act. 27, 2. πλοῖον ἀδραμυττηνὸν, navis adramyttena.

Ἀδρίας, ου, ὁ, scl. πόντος, *mare adriaticum*, non, qui nunc ita dicitur, sinus inter Italiam et Dalmatiam, sed quod comprehendebat quoque maria Ionicum, Creticum, Siculum. Hesych.: Ἰόνιον πέλαγος· ὃ νῦν Ἀδρίας. Legitur Act. 27, 27.

Ἀδρότης, τητος, ἡ, (ab ἁδρὸς, *multus, magnus*) *abundantia, copia.* Semel 2 Cor. 8, 20. de pecuniae copia.

Ἀδυνατέω, ῶ, f. ήσω, proprie: *non possum, non valeo.* Ita Sap. 13, 16. Deinde impersonaliter: *est impossibile, quod fieri non potest.* Sic bis Matth. 17, 20. Luc. 1, 37. In vers. alex. Genes. 18, 14. Job. 42, 2. —

Ἀδύνατος, ου, ὁ, ἡ, qui non habet δύναμιν, *infirmus, debilis*, vel corpore, ut Act. 14, 8. ἀδύνατος τοῖς ποσὶν, coll. Job. 36, 17. vel mente et judicio, ut Rom. 15, 1., vel opibus, ut sit *egenus*, hebr. אביון Job. 5, 14. coll. Baruch. 6, 27. — τὸ ἀδύνατον vel *passive: quod fieri non potest, impossibile est*, vel *videtur*, cum absolute tum hypothetice, ut Hebr. 6, 4. 18. 10, 4. 11, 6. — vel *active: quod efficere quis non potest;* Rom. 8, 3. τὸ ἀδύνατον τοῦ νόμου, quod lex efficere non valuit. Matth. 19, 26. Marc. 10, 27. Luc. 18, 27. ἀδύνατον παρὰ ἀνθρώποις, quod homines efficere non possunt. — Saepius non legitur.

Ἄδω, pro ἀείδω, fut. ᾄσω, 1) *cano, canto*, Apoc. 5, 9. 14, 3. 15, 3. 2) *celebro cantu, laudo*, Eph. 5, 19. Coloss. 3,

16. cf. LXX ad Hos. 6, 2. Jer. 30, 19. Saepius non habetur.

Ἀεὶ, adv. *semper, perpetuo,* 2 Cor. 6, 10. — *quovis tempore* 1 Petr. 3, 15. Deinde hyperbolice pro: *saepissime, fere semper, plerumque,* Act. 7, 51. 2 Cor. 4, 11. Tit. 1, 12. Hebr. 3, 10. 2 Petr. 1, 12. — ἀεὶ ποιεῖν Marc. 15, 8. *solere.* Saepius non legitur.

Ἀετὸς, οῦ, ὁ, *aquila;* LXX hebr. נֶשֶׁר Job. 9, 26. Jes. 40, 31. Legitur Matth. 24, 28. Luc. 27, 37. Apoc. 4, 7. 8, 13. 12, 14. In loco Matth. 24, 28. Luc. 27, 37. vero est *vultur,* cum aquilae cadavera non petant, nec aquilae sed vultures in Palaestina reperiantur. Sensus proverbii est: ubi foeda impietas, ibi vindicta de coelis certissime et repente advolabit.

Ἄζυμος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ζύμη, *fermentum*) *non fermentatus.* Οἱ ἄζυμοι scl. ἄρτοι panis non fermentatus, ut in LXX Exod. 29, 2. τὰ ἄζυμα scl. λάγανα placentae non fermentatae, ut LXX habent Lev. 2, 4. 1 Paral. 23, 19. hebr. מצה. Pane infermentato Judaei uti debebant per septem dies festi paschalis. cf. Exod. 2, 14. sqq. Inde in N. T. ἑορτὴ τῶν ἀζύμων Luc. 22. 1. αἱ ἡμέραι τῶν ἀζύμων Luc. 22, 7. Act. 12, 3. 20, 6. τὰ ἄζυμα Marc. 14, 1. festum paschatos significant. cf. quoque Matth. 26, 17. Marc. 14, 12. Metaphorice 2) *expers fermento cupiditatum, purus corde.* Ita 1 Cor. 5, 7. καθὼς ἐστε ἄζυμοι, siquidem puros a libidine vos esse decet. — et versu 8. τὰ ἄζυμα, puritas, sinceritas. cf. ζύμη. Saepius in N. T. non legitur.

Ἄζωρ, ὁ, *Asor;* nom. propr. indecl. viri ex majoribus Christi, de quo praeterea nil constat. Matth. 1, 13. 14.

Ἄζωτος, ου, ἡ, *Azotus,* hebr. אַשְׁדּוֹד, *Asdod* (LXX Ἀσηδώθ) urbs Palaestinae maritima, inter Ascalonem, Gazam et Jamniam, quae Act. 8, 40. commemoratur. Caeterum vid. Jos. 15, 46. 1 Sam. 5. Judith 2, 18. 1 Macc. 10, 77. Joseph. Antiq. Jud. lib. 5. c. 1. f. 22.

Ἀηδία, ας, ἡ, 1) injucunditas, fastidium, 2) *odium, dissensio.* Luc. 23, 12. ubi codd. quidam pro ἐν ἐχθρᾷ ὄντες habent ὄντες δὲ ἐν ἀηδίᾳ. Est additamentum serius adscriptum.

Ἀήρ, έρος, ὁ, 1) *aër,* elementum spirabile. Ita in N. T. tantum in formulis quibusdam, quae in proverbia abierant, scl. ἀέρα δέρειν, *aërem caedere,* quod fit ictu aberrantibus, quare est: frustra aliquid conari, *nil efficere,* 1 Cor. 9, 26. — εἰς ἀέρα λαλεῖν, *ventis verba profundere* (Lucret. IV, 929.) i. e. frustra verba facere, ut nostrum: „es ist in den Wind gesprochen". 1 Cor. 14, 9. — 2) σφαῖρα *aëris elata super terram,* ubi nubes, quare etiam *Aquila* et *Theodot.* Job. 35, 11. pro hebr. שְׁחָקִים posuerunt. Ita

Act. 22, 23. Apoc. 9, 2. 16, 17. 18. 1 Theſſ. 4, 17. — Diabolus Eph. 2, 2. appellatur ἄρχων τῆς ἐξουσίας τοῦ ἀέρος, ubi alii aërem i. e. ſphaeram aëris intellexerunt, quia Judaei daemones in aëre inferiori verſantes putaſſent, alii autem maluerunt ἀέρα hic notionem habere *caliginis* ſive *tenebrarum*, graecis ſcriptoribus profanis uſitatam. Commemoratur quoque in teſt. duod. patr. (Fabr. Pſeudep. V. T. I. p. 729.) ἀέριον πνεῦμα τοῦ Βελιάρ, ubi vero non liquet, utrum ἀέριος ſit caliginoſus an in aëre verſans. Saepius non legitur.

Ἀθανασία, ας, ἡ, *immortalitas*, *incorruptibilitas*. 1 Cor. 15, 53. ubi i. q. ἀφθαρσία, 1 Tim. 6, 16. coll. Sap. 3, 4. 15, 3.

Ἀθέμιτος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et θέμις, *lex*, *fas*) qui contra leges agit, legibus contrarius, *nefandus*. Ita idololatria 1 Petr. 4, 3. — ἀθέμιτον ἐστι Act. 10, 28. *nefas eſt*. Saepius non legitur in N. T. cf. 2 Macc. 6, 5. 7, 1. 10, 34.

Ἄθεος, ου, ὁ, ἡ, *atheus* (ex ἀ priv. et θεὸς), qui Deum nec cognoſcit, nec colit, *idololatra*, adjuncta notione impietatis, quae in ſcriptura ſ. ubique cum idololatria conjungitur. Sic ſemel Eph. 2, 12. Ἄθεοι ἐν τῷ κόσμῳ, idololatrae in impiorum ſocietate.

Ἄθεσμος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et θέσμος *lex*) et qui ſine lege eſt, et qui legem contemnit. 2) *impius*, *injuſtus*, *nefarius*. In N. T. bis 2 Petr. 2, 7. 3, 17. de hominibus flagitioſis; graecis rarius de hominibus maxime autem de rebus dicitur, ut etiam 3 Macc. 6, 26. ἄθεσμοι αἰκίαι, injuſta tormenta, et c. 5, 12. ἄθεσμος πρόθεσις, improbum conſilium.

Ἀθετέω, ῶ, f. ήσω, (ex ἀ priv. et θετὸς poſitus, quod eſt a τίθημι) proprie: *dejicio de ſtatu ſuo, loco ſuo moveo*, quam notionem ubique retinet, quanquam pro varietate rerum, de quibus dicitur, vario modo verti poteſt. Itaque 1) de *legibus* et pactis eſt vel *abrogare*, Gal. 3, 15., vel *violare*, *non obſervare*, Marc. 7, 9. 1 Theſſ. 4, 8. Hebr. 10, 28. cf. Jeſ. 24, 17. Ezech. 22, 26. et ibi LXX. interpretes. 2) de iis, qui in auctoritate ſunt: *repudiare*, *ſpernere*, Luc. 10, 16. Jo. 12, 48. Jud. 8. Gal. 2, 21. coll. 1 Reg. 12, 19. Jeſ. 1, 2. — 3) de fide: *fidem fallere*, *perfide agere*. 1 Tim. 5, 12. cf. LXX. ad Pſ. 14, 6. 4) de conſiliis ſive ſpe: *irritum facere*, Luc. 7, 30. Marc. 6, 26. 1 Cor. 1, 19. cf. LXX. ad Pſ. 32, 10. — Saepius non habetur.

Ἀθέτησις, εως, ἡ, (vid. ἀθετέω) *motio rei e loco*; inde de lege, *abrogatio*, Hebr. 7, 18. de peccatis eorumque culpa: *abolitio* ſcl. per expiationem. Hebr. 9, 26.

Ἀθῆναι, ῶν, αἱ, *Athenae*, urbs Graeciae olim celeberrima et nobiliſſima, a Cecrope condita, et a Minerva

(Ἀθῆναι) nomen nacta. Commemoratur Act. 17, 15. 16. 18, 1. 1 Theſſ. 3, 1. (5, 29. et 2 Theſſ. 3, 18.).

Ἀθηναῖος, αῖα, αῖον, *Atheniensis*. Act. 17, 21. 22.

Ἀθλέω, ῶ, f. ήσω, *certo, certamen ineo in ludis publicis*. Semel 2 Tim. 2, 5. Coronabantur qui victores diſcefferant e certaminibus. Ἆθλον, praemium certaminis, legitur Sap. 4, 2.

Ἄθλησις, εως, ἡ, 1) *certamen*, 2) *conflictatio* cum calamitatibus et malis. Ita tropice Hebr. 10, 32.

Ἀθυμέω, ῶ, f. ήσω, *animum abjicio, deſpero, moerore, triſtitia perturbor*. Semel Coloſſ. 3, 21. ubi vertendum eſt: *ne nimis perterreantur*; Lutherus bene: damit ſie nicht ſchen werden. Alii: ne vobis iraſcantur; ſed minus recte. Etenim hebr. חרה, quod LXX. 1 Sam. 15, 11. 2 Sam. 6, 8. 1 Chron. 13, 11. per ἀθυμεῖν verterunt, ibi non eſt *iraſci*, ſed animo valde *perturbari*, confundi.

Ἀθῶος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et θωή, *poena impoſita, mulcta perſolvenda*), 1) *qui poena vacat*, deinde cauſa pro effectu: qui *culpa vacat*, *inſons, innocens*. LXX. hebr. נקי *innocens*, Deut. 24, 5. et alibi. Ita Matth. 27, 4. ubi multi codd. ex interpretamento pro ἀθ. habent δίκαιον, et verſ. 24. in formula: ἀθῶος εἰμὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος, hebr. נקי אנכי מדם 2 Sam. 3, 28. nullam habeo, vel habere volo caedis culpam. cf. quoque Gen. 24, 41.

Αἰγέιος, ου, ὁ, ἡ, (ab αἶξ, αἰγὸς, *capra, caper*) *hircinus, caprinus*, LXX. hebr. עז *capra*, Num. 21, 20. Semel Hebr. 11, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν, induti veſtibus e caprinis pellibus confectis.

Αἰγιαλὸς, οῦ, ὁ, *littus, ora maritima*. Matth. 13, 2. 48. Jo. 21, 4. Act. 21, 5. 27, 39. 40.

Αἰγύπτιος, ία, ιον, (nomen gentile ab Αἴγυπτος) *Aegyptius*, vel e gente Aegyptiorum, Act. 7, 24. 28. Αἰγύπτιοι incolae Aegypti, Act. 7, 22. Hebr. 11, 29., vel: *in Aegypto habitans, ex Aegypto oriundus*. Ita Act. 21, 38. ubi ὁ αἰγύπτιος eſt Judaeus quidam ex Judaeis in Aegypto habitantibus, qui inde venerat in Palaeſtinam, ſeque pro Meſſia venditaverat. Joſephus Ant. Jud. lib. 20. cap. 8. ſect. 6. et de bello Jud. lib. 2. c. 13. ſect. 5. rem narrat, nomen vero viri quoque non affert, ſed ſimpliciter dicit: ὁ αἰγύπτιος ψευδοπροφήτης, falſus ille propheta, qui ex Aegypto venerat. Felix, Judaeae procurator, manum quidem ab eo collectam brevi diſſipavit, ipſe autem evaſit.

Αἴγυπτος, ου, ἡ, *Aegyptus*, nobiliſſima Africae regio, a Nilo irrigata, inter Arabiam petraeam, Aethiopiam, Lybiam et mare mediterraneum ſita, et inde ab antiquiſſimis temporibus agricultura, mercatura, artibus et ſcientia illuſtris, nomen (at refert Euſeb. in chron.) ab Aegypto,

Beli filio, nacta, Hebraeis autem מצרים dicta, a filio Chami secundo, quem Israëlitae gentis aegyptiacae auctorem habebant. Commemoratur in N. T. Matth. 2, 13. 14. 15. 19. Act. 2, 10. 7, 9. Hebr. 3, 16. 11, 26. 27. et saepius; et plene γῆ Αἰγύπτου Act. 7, 36. 40. 13, 17. Hebr. 8, 9. Jud. 5. In loco Apoc. 11, 8. inservit mysticae Hierosolymorum sive potius reipublicae judaicae descriptioni, et innuit improbam et pertinacem adversus Dei consilia inobedientiam, violentamque proborum persecutionem, qua conspicui fuerunt veteres Aegyptii, Dei populum persequuti.

Ἀΐδιος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἀεὶ *semper*) *sempiternus*, *perpetuus*. Rom. 1, 20. ἀΐδιος δύναμις sempiterna i. e. immutabilis et aeterna virtus. cll. Sap. 7, 26. — Jud. vers. 6. δεσμοὶ ἀΐδιοι, perpetua, nunquam solvenda vincula.

Αἰδώς, ούς, οῦς, ἡ, (ab ἄ priv. et εἴδω, *video*) 1) proprie: quod oculis non exponendum sed obtegendum est, pudenda; inde 2) *pudor* ipse, quo velantur, quae conspici non decet, *verecundia*. 1 Tim. 2, 9. ubi mulieres κοσμεῖν ἑαυτὰς jubentur μετὰ αἰδοῦς, *verecunde*, ita ut non denudentur obtegenda. coll. 3 Mac. 1, 19. ubi mulieres τὴν αἰδῶ παραλειποῦσαι, pudicitiam abjicientes commemorantur. 3) *pudor quivis*, qua illicitum facere erubescimus, *reverentia*. Ita Hebr. 12, 28. λατρεύειν τῷ θεῷ μετὰ αἰδοῦς, *reverenter*, ita ut mali nos pudeat. Similiter in test. XII. patr. (ap. Fabr. Cod. Pseud. I, p. 705.): αἰδέσθητι τὸν κύριον, καὶ μὴ ποιήσῃς τὴν πράξιν τὴν πονηράν.

Αἰθίοψ, οπος, ὁ, (ab ὤψ *facies* et αἴθομαι *uror*, ut putant, qui adusta est facie) *Aethiops*, hebraeis כושי a Cusch, Chami filio. Semel legitur Act. 8, 27. coll. Jer. 13, 23. 38, 7.

Αἷμα, τος, τὸ, (apud LXX. hebr. דם respondens) — 1) *sanguis*, qui est in corporibus cum hominum tum animalium. Luc. 22, 44. — Ubi conjungitur cum σαρκί, utrumque *corpus humanum*, vel *visibilem hominis naturam*, indicat, adjuncta plerumque notione imbecillitatis. Matth. 16, 17. 1 Cor. 15, 50. Gal. 1, 16. Eph. 6, 2. Hebr. 2, 14. coll. Sir. 14, 18. — Quum veteres animam sive spiritum vitalem putarent esse in sanguine (Gen. 9, 4. Levit 17, 11. Deut. 12, 33), αἷμα Act. 17, 26. et αἵματα Jo. 1, 13. (etiam apud profanos, ut quoque latinor. *sanguis* et nostrum Blut) indicat *vim genitricem*, *semen naturale*. — 2) *sanguis*, quatenus profunditur, seu profluit; et quidem a) *animalium* mactatorum, potissimum *victimarum*, Act. 15, 20. 29. 21, 25. Hebr. 9, 7. 12. 13. 18—25. c. 10, 4. 11, 28. 13, 11. — b) *hominum*. Luc. 13, 1. Jo. 19, 34. Apoc. 14, 20. (ubi quidam interpretes sanguinem *uvae*, αἷμα σταφυλῆς subintelligunt, ut Deut. 32, 14. Gen. 49, 11. Sirac. 39, 26.) Apoc. 17, 6. — Singu-

lariter sanguis *mulierum* e matrice profluens, Marc. 5, 25. 29. Luc. 8, 43. 44. — *Αἷμα* conjunctum cum *ἐκχύνειν*, est *caedem committere*, vel *caedes commissa*, Luc. 11, 50 sq. Act. 22, 20. Rom. 3, 15. Apoc. 16, 6. Ita hebr. דם נפש. Gen. 37, 21. Ez. 18, 10. Inde *αἷμα* et *αἵματα* simpliciter posita, ut saepissime etiam apud profanos, et דם in Vet. Test. coll. Sir. 34, 25. α) *caedes*, Matth. 23, 30. 27, 6. 8. 24. Act. 1, 19. Apoc. 6, 10. 18, 24. 19, 7. β) *mortis periculum*, Hebr. 12, 4. γ) *caedis culpa et poena*, Matth. 23, 35. 27, 25. Act. 5, 28., unde etiam dicitur δ) de gravi et *exitiali poena*, sive *exitiali calamitate*, Act. 18, 6. (coll. Num. 35, 27. Jos. 2, 19.) c. 20, 26. — c) *sanguis Christi* in cruce profusus, *αἷμα τοῦ Χριστοῦ* (*αἷμα τοῦ ἀρνίου* Apoc. 7, 14. 12, 11. 19, 13.), et quidem α) ratione *sacrae coenae* a Christo institutae, Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 10, 16. 11, 25. 27. quibus etiam adnumerandus est locus Jo. 6, 53—56., fortasse etiam 1 Jo. 5, 6. 8. β) quatenus eo profuso sive vi mortis Christi *coetus Christianorum* colligebatur, Act. 20, 28. Coloss. 1, 20. Eph. 2, 13. et γ) *expiatio* hominum efficiebatur, Rom. 3, 25. 5, 9. Eph. 1, 7. (Coloss. 1, 14. in text. vulg.) Hebr. 9, 12. 14. 10, 19. 1 Petr. 1, 2. 19. 1 Jo. 1, 17. Apoc. 1, 5. 5, 9. vel foedus expiationis pangebatur, Hebr. 10, 29. 12, 24. 13, 20. collatis locis de sacra coena agentibus. — 3) *sanguis* non naturalis, sed *miraculosus*, miraculo effectus, ut sit *σημεῖον* magnarum calamitatum, Act. 2, 19. (coll. Joel. 3, 3.) Apoc. 8, 7. 8. 11, 6. 16, 3. 4. — Formula *εἰς αἷμα* Act. 2, 20. de luna, posita est pro *ὡς αἷμα*, ut legitur Apoc. 6, 12. et referenda ad nigrescentem sanguinis colorem; — et *αἷμα δίκαιον* Matth. 23, 35. *αἷμα ἀθῶον* Matth. 27, 4. est dictum pro *αἷμα τῶν δικαίων, τοῦ ἀθώου*. — Saepius non legitur in N. T.

Αἱματεκχυσία, ίας, ἡ, (ab *αἷμα* et *ἔκχυσις*, hic in *ἐκχυσία*, quod nullo in loco legitur, mutatum, ad indicandum, non de uno actu, sed de iterata sanguinis profusione esse, sermonem) *sanguinis profundendi ritus*. Non nisi Hebr. 9, 22. habetur.

Αἱμορροέω, ῶ, fut. *ήσω,* (ab *αἷμα* et *ῥόος*) *sanguinis profluvio laborare*. In N. T. semel, Matth. 9, 20. ubi de muliere dicitur profluvio sanguinis e matrice laborante. — LXX. Levit. 15, 33.

Αἰνέας, ου, ὁ, Aeneas, nomen propr. viri caeterum ignoti, Act. 9, 33 sqq.

Αἴνεσις, εως, ἡ, in versione LXX. hebr. תודה saepissime respondens, 1) *celebratio*, laudandi *actus*, 2) *laudes ipsae*, 3) laudes ob beneficia accepta, *gratiarum actio*. Semel in N. T. Hebr. 13, 15. *θυσία αἰνέσεως* i. e. Dei eiusque

beneficiorum celebratio, quae ore fit et sacrificii loco est. cf. Judith. 16, 1. Sir. 32, 2. et Ps. 107, 22.

Αἰνέω, ῶ, fut. *έσω* et *ήσω*, *praedico*, *hymnis celebro*; in versione LXX. hebr. בָּרַךְ, שִׁיר, הָלַל. In N. T. legitur Luc. 2, 13. 20. 19, 37. 24, 53. Act. 2, 47. 3, 8. 9. Rom. 5, 11. Apoc. 19, 5. et quidem non nisi de Dei celebratione.

Αἴνιγμα, τος, τὸ, *aenigma* (ab *αἰνίττομαι*, *obscure aliquid significo*), *sermo*, *cuius sensus non patet*, Sir. 39, 3. 47, 15. Sap. 8, 8. 1 Reg. 10, 1. 2) quaelibet *obscura rei* alicuius *significatio*. Sic Num. 12, 8. opponitur τῷ εἴδει, eodemque sensu in N. T. semel 1 Cor. 13, 12. ubi est: videmus non res coelestes ipsas sed earum obscuras imagines, earum symbola, ut speculum non rem ipsam sed ejus imaginem, et quidem plerumque ex parte, repraesentare solet.

Αἶνος, ου, ὁ, profanis est 1) narratio, fabula, 2) sententia, 3) assensio et inde *laus*, *celebratio*. Sic in vers. graecis respondet hebr. תְּהִלָּה, et bis in N. T. Matth. 21, 16. Luc. 18, 43.

Αἰνών, ῆ, *Aenon*, nomen urbis Jo. 3, 23. commemoratae, de qua vero praeterea nil constat. Respondet hebr. עֵינָיִן, et fortasse scriptor בְּעֵינוֹן, quod vertendum fuisset: *in aquis prope Salem*, male de urbe quadam Aenon intellexit.

Αἵρεσις, εως, ἡ, 1) *electio*, *optio*, ut in graec. vers. Gen. 49, 5. Lev. 22, 18. 21. 1 Macc. 8, 30. 2) electum vitae et disciplinae genus, singularis disciplina ipsa, et, quum ea niteretur opinionum dissensu, *dissentientes opiniones*. Ita sensu malo 1 Cor. 11, 19. Gal. 5, 20. 2 Petr. 2, 1. — 3) *secta*, *quae disciplinam singularem vel certas opiniones sequitur*. Ita Lucas solus in Actis 5, 17. 15, 5. 24, 5. 14. 26, 5. 28, 22. Sic Philoni προαίρεσις est *religio*. Vid. *Carpzovii* exercitt. sacr. p. VI sq. Saepius non legitur.

Αἱρετίζω, f. ίσω, Alexandrinis potissimum usitatum scriptoribus pro *αἱρέω*, 1) *manu aliquid capio*, *mihi vindico*, 2) *eligo*, *mihi adsciscо*, et, quum electionis causa amor et favor esse soleat, 3) *amo*, aliis praefero, *magni facio*. Sic in vers. LXX. hebr. בָּחַר et חָפֵץ respondet, semel in N. T. legitur Matth. 12, 18. *Hesych.* ἠρετισάμην· ἠγάπησα, ἐπεθύμησα.

Αἱρετικός, οῦ, ὁ, in cod. graeco V. T. non legitur, (quidam codd. Sir. 11, 31. mendose pro αἱρετοῖς), in N. T. non nisi Tit. 3, 10. ubi est vel *homo perversas opiniones sequutus*, vel homo, *qui sacietatem Christianorum iterum deseruit*.

Αἱρέω, ῶ, fut. *ήσω*, *manu prehendo*, *mihi vindico*, Med. *αἱρέομαι*, *eligo*, hebr. בָּחַר, חָפֵץ, et quidem vel ex *mul-*

tis, 2 Theſſ. 2, 13. vel e duobus, ubi eſt: *praeſero, malo*, Hebr. 11, 25. Phil. 1, 22. coll. Job. 8, 3.

Αἴρω, fut. *ἀρῶ*, proprie 1) *tollo*, v. c. hume lapides Jo. 8, 59. e maris fundo anchoras Act. 27, 13. ubi ad *ἄραντες* ſupplendum eſt *τὰς ἀγκύρας*; e maris fluctibus ſcapham tollo et in navem refero Act. 27, 17. Inde a) *elevo, ſurſum dirigo*, v. c. manum Apoc. 10, 5. 6. coll. Ex. 6, 8. Num. 14, 30. oculos Jo. 11, 41. coll. Pſ. 121, 1. 123, 1., tropice vocem, i. e. alta voce loquor ſ. cano Luc. 17, 13. Act. 4, 24. b) *elevatum teneo*; inde α) *mihi impono ut portem, porto*, Matth. 4, 6. (Pſ. 91, 12.) 11, 29. 16, 24. 27, 32. Marc. 2, 3. 8, 34. 10, 21. (נשׂא Thren. 3, 27.) Apoc. 18, 21. — *mecum fero*, Marc. 6, 8. Luc. 9, 3. 22, 36. 11, 52. (נשׂא Gen. 44, 1. Jeſ. 46, 1.) β) *ſuſpenſum aliquid teneo*, quod tropice de ſpe et expectatione legitur Jo. 10, 24. — c) *tollo et aufero*, v. c. mortuum, lectum, cibos etc. Matth. 9, 6. 14, 12. 20. 15, 37. 17, 27. 22, 13. 24, 17. 18. Marc. 2, 11. 6, 29. 43. 8, 8. 19. 20. Luc. 9, 17. Jo. 2, 16. 20, 2. 13. (1 Macc. 9, 19.) Act. 20, 9. Paſſive: loco moveri et ferri Matth. 21, 21. — 2) Deinde evaneſcente notione *tollendi* eſt α) *manu prehendo, capio*, Marc. 16, 18. Act. 21, 11. (נשׂא Gen. 27, 3.) *aufero* Matth. 20, 14. Marc. 15, 24. Luc. 19, 21. 22. Inde etiam verba *ἄρας τὰ μέλη τοῦ Χριστοῦ, ποιήσω πόρνης μέλη* 1 Cor. 6, 16. explicanda puto ita: Chriſti membra Chriſto auferens faciam inſtrumenta *πόρνης*? β) *vi eripio, abripio*, Luc. 6, 29. 30. 11, 22. Jo. 10, 18. 11, 48. Huc quoque referenda ſunt loca Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. ubi *αἴρει* ſcl. τι eſt: abripit panniculus partem veſtis jam detritae. c) *loco ſuo moveo, removeo, amoveo*, v. c. corpus de cruce Jo. 19, 31. 38. ramos (i. e. *abſcindere*) Jo. 15, 2. — tropice: regnum coelorum Matth. 21, 43. verbum Dei Jo. 15, 2. poenas divinas Act. 8, 33. peccata Jo. 1, 29. 1 Jo. 3, 5. coll. Eph. 4, 31. Marc. 4, 25.; *abrogo* v. c. legem Coloſſ. 2, 14. — e *medio tollo*, noſtrum: *fortſchaffen*, Luc. 23, 18. Jo. 19, 15. e coetu: *ejicio* 1 Cor. 5, 2. ubi *ἀφθῇ* pro *ἐξαφθῇ* legendum; — e vita, mundo: *interficio, aboleo*, Jo. 17, 15. Act. 8, 33. et ſimplex *αἴρειν* Matth. 24, 39. Act. 21, 36. (1 Macc. 5, 2.)

Αἰσθάνομαι, fut. *ησομαι* 1) *ſenſibus percipio*; ad animum tranſlatum 2) *mente percipio, intelligo*. Semel Luc. 9, 45.

Αἴσθησις, εως, ἡ, 1) cognitio, ſenſuum ope parata 2) intelligentia, *ſapientia*. Phil. 1, 9. ubi ab *ἐπιγνώσει* vel non differre videtur, quum hebraeis ſolitum ſit, notionem ſapientiae duplici verbo ſignificare, (Vid. 2 Chron. 1, 10—12. Jeſ. 11, 2. 40, 14. Prov. 2, 6. coll. Rom. 11, 33. 1 Cor. 1, 5.) vel *ἐπίγν.* eſt intelligentia rerum divinarum, contemplatione animi acquiſita, et *αἰσθ.* ſapientia in rebus humanis experientia aucta. In verſ. LXX. reſpondet hebr. דעת.

Αἰσθητήριον, τὸ, (suppl. ὄργανον) locus sensuum; *sensus ipsi*, quatenus cognitionem efficiunt. Semel Hebr. 5, 14. αἰσθητήρια γεγυμνασμένα, *sensus* experientia *bene exercitati*, i. e. facultas intelligendi experientia bene aucta.

Αἰσχροκερδής, ἐς, οῦς, ὁ, ἡ, (ab αἰσχρὸς et κέρδος) *turpis lucri cupidus*, *lucra pudenda petens*. Bis i Tim. 3, 8. (et ibid. v. 3. in textu vulg.) Tit. 1, 7.

Αἰσχροκερδῶς, *lucri, quod capiture non decet, studio*. Semel 1 Petr. 5, 2.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, (ab αἰσχρολογέω, obscoena loquor) *turpiloquentia*, *sermones obscoeni*. Semel Col. 3, 8.

Αἰσχρὸς, ὰ, ὸν, 1) *deformis*, *foedus*, (LXX. Gen. 41, 3.), 2) *turpis*, *inhonestus*, 1 Cor. 11, 6. 14, 35. Eph. 5, 12. Tit. 1, 11.

Αἰσχρότης, τητος, ἡ (ab αἰσχρὸς) 1) *deformitas*; — ad mores translatum: 2) *turpitudo*, *inhonestas* cum agendi tum loquendi. Semel Eph. 5, 4.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, hebr. בשת, חרפה et similia, 1) subjective: *pudor ob illicita et inhonesta*, Luc. 14, 9. 2) objective: *ignominia*, *contumelia*, Hebr. 12, 2. — 3) res cuius nos pudere debet, *flagitium*, *turpitudo*, 2 Cor. 4, 2. τὰ κρυπτὰ τῆς αἰσχύνης occulta dedecora i. e. clandestinae machinationes, quarum apostolum Jesu deberet pudere. Phil. 3, 19. ἡ δόξα αὐτῶν ἐν τῇ αἰσχύνῃ αὐτῶν, i. e. qui in flagitiis quaerunt gloriolam. Pluralis αἱ αἰσχύναι eodem sensu Jud. vers. 13. — In loco Apoc. 3, 18. αἰσχύνη non significat *pudenda* sed αἰσχύνη τῆς γυμνότητος est ex hebraismo γυμνότης αἰσχρά, turpis nuditas. — Saepius non habetur in N. T.

Αἰσχύνω, *pudefacio*, in *passivo*, ut hebr. בוש, *pudefio*, *pudore suffundor*. Phil. 1, 20. ex frustratione conatus et spei (Ps. 25, 2. 3. Ps. 31, 2. — 2 Cor. 10, 8. ex munere apostolico peracto (Sir. 24, 22.) — 1 Joh. 2, 28. per alterius reprobationem sive reprehensionem. — In *medio*: *pudefacio me*, *pudet me*, *erubesco*, Luc. 16, 3. dedecori mihi duco 1 Petr. 4. 16. Saepius non legitur.

Αἰτέω, ῶ, fut. ήσω, (in activo et medio, saepius cum accusativo rei et personae, semel Matth. 18, 19. cum genitivo rei et bis Matth. 5, 42. Luc. 6, 30. cum dativo personae, interdum cum παρὰ) 1) *rogo verbis* et quidem quod de jure mihi non debetur, Matth. 5, 42. 7, 9. 10. 14, 7. 18, 19. 20, 20. Marc. 6, 22—25. Luc. 6, 30. Jac. 1, 5. — *rogo Deum*, *precor aliquid ab eo*, Matth. 6, 8. 7, 11. 18, 19. Jac. 1, 5. 6. — omisso τῷ Θεῷ Matth. 7, 7. 8. Eph. 3, 13. Col. 1, 9. Jac. 4, 2. 3. 1 Jo. 5, 15. — 2) *rogo mente* i. e. *opto*, *desidero*, Act. 7, 46. שאל Deut. 14, 26. Jon. 4, 8. Vid. Αἴτημα. — 3) *postulo*, *quaero ab altero* i. q. ζητεῖν per quod 1 Cor. 1,

21. Luc. 12, 14. explicatur, Luc. 1, 63. 23, 23. Act. 3, 14. 25, 15. 1 Petr. 3, 15.

Αἴτημα, τος, τὸ, 1) *postulatio* verbis prolata, Luc. 23, 24. 2) *mentis desideria*, (*τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας*, Ps. 37, 4.) Phil. 4, 6. 1 Jo. 5, 15.

Αἰτία, ας, ἡ, 1) *causa, ratio, res*, Act. 10, 21. 28, 20. Tit. 1, 13. 2 Tim. 1, 6. 12. Hebr. 2, 11. et ita etiam Luc. 8, 47., ubi non significat morbum, quanquam hic in *αἰτίᾳ* (*re*) subintelligendus est. 2) *ratio rei* i. e. conditio, Matth. 19, 10. 3) *causa sensu forensi*, et quidem *vel crimen, cuius quis accusatur*, causa accusationis, Act. 22, 24. 23, 28. 25, 18. 27. coll. 1 Macc. 9, 10. Phavor. *αἰτία· ἡ κατηγορία, vel crimen, cuius quis convinquitur, culpa, delictum ipsum*, Matth. 19, 3. 27, 37. Marc. 15, 26. Jo. 18, 38. 19, 4. 6. Act. 13, 28. 28, 18. Respondet hebr. עֵר Genes. 4, 13. coll. 2 Macc. 12, 10. — Saepius non habetur in N. T.

Αἰτίαμα, τος, τὸ, vid. *Αἴτιωμα.*

Αἴτιον, vid. *Αἴτιος.*

Αἴτιος, ία, ον, qui causa est alicuius rei; substantive: *ὁ αἴτιος auctor*, semel Hebr. 5, 9. pro quo c. 2, 9. est *ἀρχηγός* coll. 2 Macc. 4, 47. 13, 4.; — *τὸ αἴτιον* i. q. *ἡ αἰτία*, 1) *causa*, Act. 19, 40. 2) sensu forensi: *culpa, crimen*. Luc. 23, 4. 14. 22. Saepius non legitur.

Αἰτίωμα, τος, τὸ, (ab *αἰτιόομαι, accuso*, ut *τρῶμα* a *τρόω*, *ἀνάλωμα* ab *ἀναλόομαι* et similia) i. q. *αἰτίαμα, accusatio*, crimen, cuius quis accusatur. Semel Act. 25, 7. ubi ex auctoritate librorum optimorum pro *αἰτιάματα*, quod extat in textu vulgari, reposuit *Griesbachius*.

Αἰφνίδιος, ίου, ὁ, ἡ, subitus, repentinus, ex improviso, praeter opinionem adveniens. In N. T. bis, Luc. 21, 34. 1 Thess. 5, 3. cf. Sap. 17, 15. 2 Macc. 14, 17. 3 Macc. 3, 24.

Αἰχμαλωσία, ας, ἡ, (ab *αἰχμή, telum*, et *ἁλίσκω capio*) vocab. militare 1) actus *comprehensionis* 2) status *captivitatis*; sic saepius in versione LXX. respondet hebr. שְׁבִי. 3) *captivi ipsi*, Apoc. 13, 10. coll. 1 Macc. 9, 70. 72. Eodem sensu Eph. 4, 8. ubi *αἰχμαλ.* sunt homines in diaboli et peccati servitute versati, ut in Test. XII. patriarch. (Fabricii Cod. Pseud. V. T. I, p. 654.), ubi de Messia, qui *τῷ Βελιὰρ* bellum intulisset, leguntur: *τὴν αἰχμαλωσίαν λάβῃ ἀπὸ τοῦ Βελιὰρ, ψυχὰς ἁγίων, καὶ ἐπιστρέψει καρδίας ἀπειθεῖς πρὸς κύριον, καὶ δώσει τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν εἰρήνην αἰώνιον.*

Αἰχμαλωτεύω, fut. *εύσω,* 1) *armis capio, captivum abduco*, LXX. 1 Sam. 30, 2. Job. 1, 15. 17. 2) mihi vindico, meum facio, *in potestatem meam redigo*. Ita Ephes. 4, 8. ubi *αἰχμ.* est servituti diaboli eripere et Christi imperio subji-

cere. (2 Tim. 3, 6. ubi autem αἰχμαλωτίζοντες legendum est). Vid. αἰχμαλωτίζω.

Αἰχμαλωτίζω (alexandrinis pro αἰχμαλωτεύω usitatum, Haepius apud LXX., coll. Pseudep. V. T. T. I, p. 655) 1) *captivum duco*; passive Luc. 21, 24. coll. 1 Macc. 16, 33. *vinco* simpliciter 2 Cor. 10, 5. ubi vertendum est: omnes machinationes contra rem christianam vincens i. e. irritas faciens. — 2) in potestatem meam redigo, *subigo*. De servitute morali 2 Tim. 3, 6. Similiter in Cod. Pseudep. V. T. Fabric. I, p. 529. mulieres τῷ ἔρωτι αἰχμαλωτίζουσιν, re venerea capiunt mares. — Rom. 7, 23.

Αἰχμάλωτος, ου, ὁ, ἡ, *captivus*; in N. T. semel Luc. 4, 19. ubi est mancipium peccati et diaboli, ideoque miseriae.

Αἰών, ῶνος, ὁ, in N. T. partim graecorum more usurpatur, partim significationes hebr. עולם, cui apud LXX respondet, sequitur, et est 1) *tempus, tempus indefinitum, omne tempus*. Ita in formulis a) εἰς τὸν αἰῶνα (לעולם) Ps. 25, 6. Sir. 18, 1.) *in perpetuum, in omne tempus*, Jo. 6, 51. 58. 8, 35. 12, 34. 14, 16. — cum negatione: in nullum tempus, *nunquam*, Matth. 21, 19. Marc. 3, 29. 11, 14. Jo. 4, 14. 8, 51. 52. 10, 28. 11, 26. 13, 8. 1 Cor. 8, 13. b) εἰς τοὺς αἰῶνας *in sempiternum*, ut Luc. 1, 33. explicatur: οὐκ ἔσται τέλος, ita in doxologiis (Matth. 6, 13.) Luc. 1, 33. Rom. 1, 25. 9, 5. 11, 36. cf. Ps. 76, 7. c) εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, eodem sensu, Gal. 1, 5. Apoc. 1, 6. (5, 14.) 10, 6. 14, 11. 15, 7. alibi, coll. Ps. 18, 10. 20, 4. 110, 7. Tob. 6, 18. vel εἰς ἡμέραν αἰῶνος 2 Petr. 3, 8. i. e. εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον ut habent LXX. Jes. 13, 20. Ex. 14, 13. — Hinc 2) οἱ αἰῶνες, temporis periodi, quae mundi ipsius existentia et duratione constituuntur, *mundus ipse, ejusque mutationes*; ita Hebr. 1, 2. 11, 3. 1 Tim. 1, 12. Sic quoque Sap. 13, 9. et *saeculum* in quarto libr. Esdr. cap. 6, 55. et 59. Vid. Fabr. Cod. Pseud. Vol. II. p. 230 sq. Inde formulae ἀπ' αἰῶνος, Luc. 1, 70. Act. 3, 21. Col. 1, 26. ἐκ τοῦ αἰῶνος Jo. 19, 32. hebr. מעולם Genes. 6, 4. *a mundo condito; ab hominum inde memoria*, (Tob. 4, 12. Sir. 44, 2) etiam *ab aeterno* Act. 15, 18. Eph. 3, 9. 11. ubi προθεσις αἰώνων est προθ. ἀπὸ τῶν αἰώνων. — πρὸ τῶν αἰών. *ante mundum conditum* 1 Cor. 2, 7. i. q. πρὸ χρόνων αἰωνίων 2 Tim. 1, 9. Tit. 1, 2. 3) *tempus definitum, circumscripta temporis periodus*, i. q. καιρός, in formulis a) αἰὼν οὗτος, quae Luc. 18, 30. explicatur per καιρὸς οὗτος, et etiam ὁ τῦν αἰὼν dicitur, et b) αἰὼν ὁ μέλλων, f. ἐκεῖνος, ἐρχόμενος. Judaei omne mundi tempus in duas dividebant partes five, in duo saecula; prius, quod appellabant עולם הזה, αἰὼν οὗτος, comprehendebat tempus ante Messiae regnum, Matth. 12, 32. 13, 14. 24, 3. 28, 20. Tit. 2, 12. Eph. 1, 21., finiendum, ubi hoc regnum

existere coeperit, quod dicitur τὸ τέλος, ἡ συντελεία τοῦ αἰῶνος τούτου 1 Cor. 10, 11. Hebr. 9, 26. quem quidem finem saeculi post adspectabilem Messiae adventum et judicium habitum fore putabant, eumque cum immutatione et renovatione mundi conjunctum fore arbitrabantur. Hoc vero saeculum in scriptis Judaeorum et in N. T. constanter describitur depravatum et impium, quae notio in multis locis N. T. voci αἰῶνος adjecta est, saepiusque, ut *saeculum* Latinorum, notat *homines hujus periodi depravatos*. Sic Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. αἱ μερίμναι τοῦ αἰῶνος scl. τούτου sunt studia istius aevi prava. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶν. τ. Luc. 16, 8. coll. Luc. 20, 34. homines praves istius saeculi mores sequuti. Πλούσιοι ἐν τῷ νῦν αἰῶνι, 1 Tim. 6, 17. homines divitiis, quae in hac periodo valent, ornati. Ὁ νῦν αἰὼν Ω Tim. 4, 10. i. e. bona et deliciae hujus saeculi. Ἄρχοντες τοῦ αἰῶν. τούτ. 1 Cor. 2, 6. qui nunc inter homines depravatos principem tenent locum, cf. vers. 8. Dicitur quoque αἰὼν παγκρὸς Gal. 1, 4. αἰὼν τοῦ κόσμου τούτου Eph. 2, 2. i. e. κόσμος τοῦ αἰῶνος τούτου, homines pravi, ut nunc sunt. Συζητὴς τοῦ αἰῶν., sophistae, ut solent esse, hujus periodi, 1 Cor. 1, 20. live σοφὸς ἐν τῷ αἰ. τ. 1 Cor. 3, 18. coll. vers. 19. — Propter hanc prioris saeculi pravitatem, Satanas, quippe impietatis et idololatriae dux, dicitur ὁ θεὸς τοῦ αἰῶν. 2 Cor. 4, 4. saeculoque ipsi adscribitur οὗτος i. e. impietas Eph. 6, 12. Similiter in test. XII. patriarch. (Fabr. Cod. Pseudep. V. T. I, p. 189. 191. homines depravati ante diluvium dicuntur αἰὼν, et periodus ab initio usque ad judicium messianum appellatur ibid. p. 196. ὁ αἰὼν ὁ μεγας. — *Alteram* mundi periodum Judaei appellabant עולם הבא, αἰὼν ὁ μέλλων, s. ἐκεῖνος s. ἐρχόμενος, i. e. tempus inde a Messiae adventu, judicio ejusque regni initiis futurum, ubi pios praemiis ornatum, malos poenis affectum iri simulque mortuorum resurrectionem eventuram esse arbitrabantur. Matth. 12, 32. Marc. 10, 30. Luc. 18, 30. 20, 35. Eph. 1, 21. Hebr. 6, 5. (αἰῶνες ἐπερχόμενοι Eph. 2, 7.) — 4 Esdr. c. 7, 43. leguntur: „dies judicii erit finis temporis (καιροῦ, αἰῶνος) hujus et initium temporis futurae immortalitatis", — et c. 8, 1. „hoc saeculum fecit altissimus propter multos, futurum autem propter paucos". — Sap. 4, 2. αἰὼν significat alteram post mortem vitam.

Αἰώνιος, ίου, ὁ, ἡ, et αἰώνιος, ία, ον, 1) *qui ab initio fuit, inde a mundo conditio*, Rom. 16, 25. 2 Tim. 1, 19. *ab aeterno*, θεὸς αἰών. Rom. 16, 26. Hebr. 9, 14. coll. Bar. 4, 8. 10. 14. 20. 22. — 2) *qui in omne tempus erit, sempiternus, perpetuus*; αἰωνία λύτρωσις Hebr. 9, 12. coll. 7, 24. κράτος 1 Tim. 6, 16. οἰκία 2 Cor. 5, 1. παράκλησις 2 Thess. 2, 16. διαθήκη Hebr. 13, 20. εὐαγγέλ. Apoc. 14, 6. Ita etiam Philem. vers. 15. ubi αἰώνιον αὐτὸν est *illum in sempiternum*,

scl. quia Christianus factus jam vitae aeternae particeps erat. Rom. 2, 7. 2 Cor. 4, 17. 18. Hebr. 5, 9. 9, 15. 2 Petr. 1, 11. *Αἰώνιος* in formulis *ζωὴ αἰων. πῦρ αἰων. δόξα αἰων. κόλασις, ὄλεθρος, κρίμα* s. *κρίσις αἰων.*, Matth. 18, 8. 19, 29. 25, 41. 46. Marc. 3, 29. 10, 17. 30. Luc. 10, 25. 18, 18. 30. Jo. 3, 16. 36. c. 4, 14. 36. 5, 24. 39. 6, 27. 40. 47. 54. 68. c. 10, 28. 12, 25. 17, 2. 3. Act. 13, 48. Rom. 5, 21. 6, 22. 23. Gal. 6, 8. 1 Tim. 1, 16. 2, 10. 6, 12. (19. in text. vulg.) Tit. 1, 2. 3, 7. 1 Jo. 1, 2. 2, 25. 3, 15. 5, 11. 13. 20. Jud. vers. 7. 21. Hebr. 6, 2. 2 Thess. 1, 9. *sempiternum, nunquam finiendum* indicare, dubio caret, quum praemia aeque ac poenae post resurrectionem sempiternae quoque haberentur a Judaeis. Vid. test. Afer in Fabr. Cod. Pseud. V. T. I, p. 693. potissimum Psalter. Salom. Ps. 3, vers. 13. 15. 16. ubi: *ἡ ἀπώλεια τοῦ ἁμαρτωλοῦ εἰς τὸν αἰῶνα*; piorum *ζωὴ αἰώνιος* autem *οὐκ ἐκλείψει ἔτι*. Eadem tradit auctor 4 libr. Esdr. — Attamen *αἰώνιος* interdum eam *τοῦ αἰῶνος* significationem sequi videtur, qua saeculum Messianum futurum indicat, ideoque significare *messianum*, in futuro Messiae regno expectandum, locum habiturum. Ita intelligo *σκηνὰς αἰων.* Luc. 16, 9. *ζωὴν αἰων.* Jo. 3, 15. ubi idem est quod *εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ*, vers. 5. et 3. Matth. 19, 16. Act. 13, 46. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀκαθαρσία, ίας, ἡ, 1) *impuritas* physica, *immunditiae*, Matth. 23, 27. 2) *impuritas moralis*, et potissimum *scortatio, veneris flagitia*, quia per ea corpus polluebatur; ita Rom. 1, 24. 6, 19. ubi opponitur *ἁγιασμὸς castitas*, 2 Cor. 12, 21. Gal. 5, 19. Eph. 4, 19. 5, 3. Coloss. 3, 5, 1 Thess. 4, 7. coll. vers. 3—6. Semel de *sordibus avaritiae* 1 Thess. 2, 3. coll. vers. 5. — 3 Esdr. 1, 42. templi spoliatio ita appellatur. Saepius non legitur in N. T.

Ἀκαθάρτης, ητος, ἡ, (per syncopen pro *ἀκαθαρότης*) *impuritas scortationis*; ita tropice *idololatria*, semel Apoc. 17, 4. in textu vulg.

Ἀκάθαρτος, ου, ὁ, ἡ, 1) *impurus* sensu physico; 2) *impurus secundum legem*, impuritas *levitica*, hebr. טָמֵא Levit. 5, 2. de cibis Act. 10, 14. coll. 11, 8. de avibus Apoc. 18, 2. — de *idololatria*, qua scilicet veri Dei cultor omnium maxime inquinabatur, Act. 10, 28. 1 Cor. 7, 14. 2 Cor. 6, 17. Apoc. 17, 4. ita hebr. טָמֵא Jes. 52, 1. et *ἀκαθαρσία* 3 Esdr. 8, 69. 1 Macc. 13, 47. 48. 14, 7. 3) *libidinosus* (vid. *ἀκαθαρσία*) Eph. 5, 5. — Quo sensu *daemones* dicantur *πνεύματα ἀκάθαρτα* v. c. Matth. 10, 1. 12, 43. Marc. 1, 23. 26. 3, 11. 30. 5, 2. 8. 13. 6, 7. 7, 25. 9, 25. Luc. 4, 33. 36. 6, 18. 8, 29. 9, 42. 11, 24. Act. 5, 16. 8, 7. Apoc. 16, 13. 18, 2. coll. Zach. 13, 2. Fabr. Cod. Pseud. Vol. I, p. 732, ambiguum videtur, cum ita dici potuerint vel quia immunda loca in-

habitare putabantur (Baruch. 4, 35. Tob. 8, 3. LXX. in Jes. 34, 14. 13, 21. Luc. 11, 24. coll. Fabric. Cod. Pseud. I, p. 191.), vel quia impii et scelerati cogitabantur (πονηρά Tob. 3, 8. 17. 6, 7.), vel quia auctores et fautores idololatriae, (Bar. 4, 7. LXX. Ps. 95, 5. 2 Cor. 4, 4. coll. Jo. 16, 11. Fabr. Cod. Pseud. I, p. 97. 167. 195.), vel quia libidinosi, mulierumque cupidissimi habebantur, (LXX. Genes. 6, 2. Tob. 3, 8. 6, 14.) — Saepius non habetur in N. T.

Ἀκαιρέομαι, οῦμαι, (ex ἀ priv. et καιρὸς), *tempus opportunum non habeo*; deinde *opportunitate, facultate destituor*. Sic semel Phil. 4, 10.

Ἀκαίρως, *tempore non opportuno*, deinde: tempore, quo aliis jucundum non est, quo nolunt nos audire. Ita semel 2 Tim. IV, 2. ubi ἀκαίρως εὐκαίρως est, placeat iis aut non placeat, velint nolintve audire. Vid. Sir. 22, 6. ubi: μουσικὰ ἐν πένθει (ὡς) ἄκαιρος διήγησις, μάστιγες καὶ παιδεία ἐν παντὶ καιρῷ σοφία.

Ἄκακος, ου, ὁ, ἡ, τῆς κακίας expers, ideoque 1) *doli, malignitatis expers, innoxius*, Jer. 11, 19. 2) *non callidus, non astutus, simplex*, Rom. 16, 18. (LXX. פתאים Prov. 1, 4. 22. alibi. — Ita ἀκακία in Fabr. Cod. Pseud. I, p. 626.) 3) *sceleris expers*, (hebr. תם Job. 2, 3. 8, 20.) Hebr. 7, 26.

Ἄκανθα, ης, ἡ, 1) *spina, vepres*, 2) *virgultum spinosum* Matth. 7, 16. Hebr. 6, 8. — *senticetum* Matth. 13, 7. 22. — *rami e senticeto decerpti* Matth. 27, 29. Jo. 19, 2.

Ἀκάνθινος, ου, ὁ, ἡ, vel *spinis refertus*, Jes. 34, 13. vel *e ramis spinosis factus*. Bis Marc. 15, 17. Jo. 19, 5.

Ἄκαρπος, ου, ὁ, ἡ, 1) *fructum non ferens*, de arbore Jud. vers. 2. 2) metaphorice: a) *fructum utilem* s. salutarem non *praestans, bona non efficiens, inutilis*, Matth. 13, 22. Marc. 4, 19. 1 Cor. 14, 14. Tit. 3, 14. 2 Petr. 1, 8. b) fructum inutilem et noxium, qualem ferre non debuisset, proferens, *mala efficiens, perniciosus, noxius*, Eph. 5, 11. Sic Sap. 15, 4. πόνος ἄκαρπος est labor *improbus* eorum, qui idola fingunt, i. q. antea κακότεχνος. Ita et ἄχρηστος est *perniciosus*. Saepius non legitur.

Ἀκατάγνωστος, ου, ὁ, ἡ, 1) qui damnari non potest; 2) *in quem reprehensio justa non cadit*. Semel Tit. 2, 8.

Ἀκατακάλυπτος, ου, ὁ, ἡ, non opertus, *non velatus*, 1 Cor. 11, 5. 13. LXX. Levit. 13, 45.

Ἀκατάκριτος, ου, ὁ, ἡ, voc. forense: *cujus causa non est cognita, qui indicta causa judicatur* s. *damnatur, inauditus*. Bis Act. 16, 37. 22, 25.

Ἀκατάλυτος, ου, ὁ, ἡ, qui dissolvi non potest, — *perennis* (i. q. ἄφθαρτος Sap. 12, 1.). Semel Hebr. 7, 16.

Ἀκατάπαυστος, ου, ὁ, ἡ, *indefinens, non requiescens*. Semel 2 Pet. 2, 14. *Oculi* ἀκατάπαυστοι ἁμαρτίας

i. e. indefinenter libidinem quaerentes, libidinose semper circumspicientes.

Ἀκαταστασία, ας, ἡ, (ex ἀ et κατάστασις) 1) *inconstantia, instabilitas.* 2) *rerum perturbatio et confusio,* 1 Cor. 14, 33. Jac. 3, 16. *rixae* et *discordiae* tanquam perturbationis causae 2 Cor. 12, 20. — 3) *seditio, tumultus,* Luc. 21, 9. (Sir. 26, 29. *inconstabilitio* eodem sensu 4 Esdr. 15, 16.) 2 Cor. 6, 5. Saepius in N. T. non invenitur.

Ἀκατάστατος, ου, ὁ, ἡ, *instabilis; — vacillans mutabilis, levis.* Ita Jac. I, 8. ἀκατάστατος ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ, vacillans, mutabilis in volendo et agendo. Sic Tob. 1, 15. αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ ἠκατασταθησαν, mutavit scl. in pejus agendi rationem.

Ἀκατάσχετος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ et κατέχειν *coërcere*), 1) *infrenis, qui coërceri, cohiberi non potest;* 2) *vehemens, indefinens.* Jac. 3, 8. Similiter 3 Macc. 6, 17. ἀκατασχ. οἰμωγή, vehemens, indefinens ejulatus; Joseph. de bell. Jud. II, 11. p. 173. φόβος ἀκατασχ. vehemens timor.

Ἀκελδαμά, Act. 1, 19. quod ibi explicatur per χωρίον αἵματος, est vox syriaca ܚܩܠ ܕܡܐ, Chald. חֲקַל דְּמָא, *ager sanguinis,* s. *caedis.*

Ἀκέραιος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ et κεραίζειν, *laedere,* ab *Eustathio* ad Hom. Il. II, 855. explicatum ὁ ἁπλοῦς καὶ μὴ τινὰ κεραίζων) *neminem laedens, doli ac fraudis expers, simplex,* Matth. 10, 16. Rom. 16, 19. Addit. Esth. 16, 4. Etiam Phil. 2, 15. est: neminem laedens, nemini nocens, non, ut quidam intransitive accipiunt: *integer vitae.* Monet enim apostolus, ut fugiant rixas.

Ἀκλινής, ές, ὁ, ἡ, *qui non vacillat, stabilis, firmus, constans.* Habetur Hebr. 10, 22. et apud Symmach. Job. 41, 4.

Ἀκμάζω, fut. άσω, *floreo,* 2) *vigeo robore, aetate;* de fructibus: *maturus sum.* Apoc. 14, 18.

Ἀκμή, ῆς, ἡ, *mucro, cuspis.* Κατ' ἀκμὴν χρόνου sive simpliciter ἀκμήν, quo adverbialiter utuntur, est: in hoc temporis segmento s. momento, *nunc, adhuc.* Ita Matth. 15, 16.

Ἄκναφος, vid. Ἄγναφος.

Ἀκοή, ῆς, ἡ, 1) *audiendi actus, auditio,* 1 Thess. 2, 13. et Hebr. 4, 2. ubi λόγος ἀκοῆς i. q. λόγος ἀκουόμενος. 2) *audiendi facultas, auditus,* 1 Cor. 12, 17. 2 Pet. 2, 8. 3) *auris, tanquam audiendi organon,* Marc. 7, 35. Luc. 7, 1. εἰς τὰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ, coram populo. Act. 17, 20. εἰσφέρειν εἰς τὰς ἀκοὰς i. e. narrare. 2 Tim. 4, 3. (vid. Κνήθω et 2 Macc. 15, 39.) 4) Hebr. 5, 11. νωθροὶ ταῖς ἀκοαῖς (Sir. 27, 15.) segnes, hebetes auribus ad audiendum et intelligendum. Ἀκοῇ ἀκούειν aure percipere, Matth. 13, 14. Act. 28, 26. cf.

Jes. 6, 9. ex hebraismo: *ipse* (quasi propriis auribus) i. e. bene audire. 4) id quod auditur, a) *narratio audita, praedicatio doctrinae ore facta*, Jo. 12, 38. (Jes. 53, 1.) Rom. 10, 16. 17. et ἀκοῇ πίστεως Gal. 3, 2. 5. i. e. evangelio praedicato et fide accepto. b) *rumor, fama*. Matth 4, 24. 14, 1. 24, 6. Marc. 1, 28. 24, 26. hebr. שְׁמוּעָה 2 Sam. 4, 4. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀκολουθέω, ῶ, fut. ήσω, (maxime cum dativo objecti, interdum ἀκολ. ὀπίσω τινὸς ut hebr. הָלַךְ אַחֲרֵי, in Apoc. μετὰ τινὸς) 1) *sequor aliquem eundo, subsequor*, einem nachgehen wohin er gegangen ist, Matth. 8, 1. 9, 19. 27. 14, 13. 21, 9. 26, 58. Marc. 5, 24. 10, 52. 14, 13. Inde etiam: 2) *in alicujus locum succedo, aliquem ordine excipio*. Apoc. 14, 8. 9. Prolog. Sir. 3) *simul cum aliquo, ejus socius, eo, comitor aliquem*, Matth. 4, 25. 8, 10. 27, 55. 1 Cor. 10, 4. — *comitem perpetuum alicui me adjungo*; ita de discipulis, qui ex antiquo more magistros stipare solebant, Matth. 4, 20. 22. 9, 9. 19, 27. 28. Marc. 1, 18. 8, 34. Jo. 1, 41. 1 Reg. 19, 20. 21. Marc. 9, 38. οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, non est e nostra societate, e discipulis. Inde 4) disciplinam magistri sequor, *doctorem sequor*, Matth. 10, 38. 16, 24. Luc. 9, 23. Jo. 8, 12. 12, 26. 2 Macc. 8, 36. — Si non de personis, sed de rebus dicitur, est *mecum habeo*, ut Judith 12, 2. τὰ ἀκολουθηκότα μοὶ (scl. ὀψοποιήματα) cibi mecum allati. Sic semel tropice Apoc. 14, 13. ubi est: mecum habeo, non destituor, non amitto bene facta eorumque praemia. — Apoc. 18, 5. recte rejecit Griesbachius.

Ἀκούω, ούσω, quod cum genitivo et accusativo rei et maxime cum genitivo hominis, a quo dici quidquam audimus, construitur (pro genitivo rei Marc. 5, 27. περὶ τινός, pro genitivo personae in Evang. Joann. saepius παρὰ τινός, et 1 Jo. 1, 5. ἀπὸ τινός) 1) est: *audio*; et quidem de *actu audiendi*: a) *ope auditus aliquid percipio*, saepissime, v. c. Matth. 2, 18. 8, 10. 9, 12. 10, 27. 11, 5. 12, 19. 21, 16. Marc. 7, 37. 14, 64. Jo. 3, 8. 5, 25. 28. 1 Jo. 1, 1. Luc. 7, 22. Act. 7, 34. 22, 9. 2 Cor. 12, 4. Apoc. 4, 1. 5, 13. 18, 22. sq. b) *sonum audiendo discerno*, Jo. 10, 3. 8. 16. 27. Apoc. 3, 20. — c) *aures alicui praebeo, auribus attendo, auscultо*, Marc. 4, 3. 7, 14. 12, 29. Act. 2, 22. — audire doctorem, Marc. 6, 20. Luc. 15, 1. 19, 48. Jo. 12, 47. inde οἱ ἀκούοντες Luc. 6, 27, auditores, *discipuli*. — Saepius conjuncta est notio *diligenter considerandi*, Apoc. 1, 3. Act. 4, 19. et auditis *obsequendi*, ut Matth. 10, 14. 17, 5. 18, 15. Marc. 6, 11. Luc. 10, 16. 16, 29. Jo. 5, 24. 8, 47. (coll. 1 Jo. 3, 29.) 18, 37. 9, 27. Act. 3, 22. sq. 7, 37. 1 Jo. 4, 5. 6. Hebr. שָׁמַע saepissime, v. c. Exod. 16, 20. Deut. 11, 17. coll. 3 Esdr. 5, 69. Huc etiam pertinet formula: ὁ ἔχων οὖς, ὠτα, ἀκου-

עָרְלָה, Gen. 17, 11—25. Judith. 14, 10. Act. 11, 3. — 2) *status ἀκροβυστίας* Rom. 4, 10. 11, 2. *status gentilismi*, (Act. 11, 3.) Rom. 2, 25. 26. 1 Cor. 7, 18. 19. Gal. 5, 6. 6, 15. Ita etiam Col. 2, 13. de physico praeputio et statu hominis praeputiati sermonem esse docet additum σαρκὸς (cf. Eph. 2, 11.), nec igitur de *ἀκροβυστίᾳ καρδίας* (Deut. 10, 16.), ut aliis visum, hic cogitandum est. — 3) abstractum pro concreto: *praeputiati, gentiles*, cui opponitur ἡ περιτομὴ i. e. Judaei, Rom. 2, 26. 27. 3, 30. 4, 9. sqq. Gal. 2, 7. Coloss. 3, 11. Eph. 2, 11. Hoc nomine Judaeos in contemtum gentilium usos esse docent Judd. 14, 3. 15, 18. Jes. 52, 2. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀκρογωνιαῖος, αία, αῖον, (ex ἄκρος *extremus*, et γωνία, *angulus*) *angularis, in extremitate anguli positus*; lapis in angulo positus, duos muros continens. Sic bis 1 Petr. 2, 6. et Eph. 2, 20. (ubi λίθος subaudiendum) metaphorice Christus appellatur, quatenus homines utriusque societatis, et Judaeos et gentiles, conjunxit in unam, christianam. cf. Eph. 2, 18. 19.

Ἀκροθίνιον, ίου, τὸ, (maxime in plurali obvium, ex ἄκρος et θίς, *summitas frumenti*, compositum) 1) *primitiae frugum*, quae diis offerebantur; 2) *manubiae* i. e. pars praedae et spoliorum diis dicata. Xenoph. Cyrop. VII, 5, 13. Semel in N. T. Hebr. 7, 4. ubi *praedam* simpliciter significat. In cod. graeco V. T. non habetur.

Ἄκρος, α, ον, *extremus, summus*. In N. T. tantum neutrum τὸ ἄκρον, scl. μέρος, substantive legitur: *summum, extremum, extremitas*. Matth. 24, 31. Marc. 13, 29. (coll. Deut. 4, 32. 28, 64. Jes. 13, 5.) Luc. 16, 24. Hebr. 11, 21.

Ἀκύλας, ου, ὁ, *Aquila*, nomen viri, comitis Pauli, qui commemoratur Act. 18, 2. 18. 26. Rom. 16, 3. 1 Cor. 16, 19. 2 Tim. 4, 19.

Ἀκυρόω, ῶ, fut. ώσω, (ex ἀ priv. et κυρόω, *dominor*) ἄκυρον aliquid facio (LXX. Prov. 1, 25, 5, 7.) i. e. *auctoritate privo, irritum reddo*, Matth. 15, 6. Marc. 7, 13. coll. 3 Esdr. 6, 32. et Esdr. 6, 11. *abrogo*, Gal. 3, 17.

Ἀκωλύτως, *nemine prohibente, sine impedimento*. Semel Act. 28, 31. coll. Sap. 7, 23.

Ἄκων, οντος, ὁ, ἄκουσα, ης, ἡ, ἄκον, ὄντος, τὸ, (pro ἀέκων, ex ἀ priv. et ἑκὼν, *volens*) *invitus*, non sponte et libenter aliquid agens. Semel 1 Cor. 9, 17. et semel in V. T. Job. 14, 17.

Ἀλάβαστρον, ου, τὸ (etiam ἀλάβαστρος, ὁ et ἡ) 1) *alabastrum*; 2) *vas unguentarium* ex alabastrite lapide confectum. In N. T. legitur Matth. 26, 7. Marc. 14, 3. Luc. 7, 37. et in cod. V. T. 2 Reg. 21, 13. ibique *vas unguentarium* e quovis lapide factum simpliciter significare

videtur. Verba Marc. 14, 5. συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον, ut observavit *Schoettgen.* in lexico, non intelligenda sunt de tota lagenula unguentaria, sed de superiore ejus parte s. orificio obsignato, quod signum erat unguenti genuini et foris advecti.

Ἀλαζονεία, ας, ἡ, 1) *gloriatio, jactantia.* 2) *arrogantia eorum, qui Deum nihil curant, rebusque suis tantum confidunt, impia audacia.* Ita intelligo Jac. 4, 16. et 1 Jo. 2, 16. eodemque sensu habetur Sap. 5, 8. 17, 7. 2 Macc. 9, 8. 15, 6. ubi ἀλαζονείᾳ opponitur pia in Deum fiducia. Simili modo ὑπερηφανία apud nostros scriptores legitur. Suid. ἀλαζονεία· ὑπερηφανία.

Ἀλαζών, όνος, ὁ, ἡ, *jactabundus, gloriosus, arrogans.* Bis Rom. 1, 30. 2 Tim. 3, 3.

Ἀλαλάζω, fut. άξω, 1) ἀλαλὴν (clamorem militarem, quo ad pugnam excitabantur milites) *edo.* 2) *clamorem quemcunque magnum cieo;* sive *laetum,* ubi est: *in jubilo erumpo,* הָרִיעַ Ps. 47, 1. *laetum sonum edo,* quo sensu 1 Cor. 13, 1. κύμβαλον ἀλαλάζον dicitur i. e. magnum strepitum et laetos sonos edens, sed nihil efficiens, — sive *tristem,* ubi est *ejulo, lamentor,* Marc. 5, 38. ut etiam הָרִיעַ Jes. 15, 4. quare etiam τῷ הֵילִיל Jer. 4, 8. respondet.

Ἀλάλητος, ου, ὁ, ἡ, *et:* quod verbis exprimi non potest, *ineffabile, et:* quod verbis non exprimitur, *lingua non pronuntiatum.* Rom. 8, 26. στεν. ἄλαλ. sunt preces, intercessiones verbis humanis (ut solent esse hominum deprecationes) non prolatae, nec hominibus effabiles.

Ἄλαλος, ου, ὁ, ἡ, *mutus,* linguae usu destitutus, (apud LXX. semel Ps. 38, 15. ubi respondet hebr. אִלֵּם). Marc. 7, 37., ubi vero alii etiam ob vers. 32. μογιλάλον, qui linguae est impeditae, explicant. — Marc. 9, 17. 25. πνεῦμα ἄλαλον non est daemon *mutum faciens,* sed daemon ob pertinaciam *non loquens,* quod alii daemones facere solebant (vid. Marc. 1, 24. 34. 5, 7. Luc. 4, 34. 8, 28.); quare singulare genus daemonum, quod facile ejici ex homine non possit, appellatur vers. 29. Quae enim homines δαιμονιζόμενοι faciebant vel loquebantur, ea non ab ipsis sed a daemone profecta putabantur. Vid. potissimum Matth. 8, 29. sqq. et cf. Luc. 11, 14.

Ἅλας, ατος, τὸ, et ἅλς, ἁλὸς, ὁ, *sal, quo cibi condiuntur,* Matth. 5, 13. Marc. 9, 49. coll. Levit. 2, 13. et Ezech. 43, 24. Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. — 2) ut *sal* Latinorum: *sapientia et gratia in loquendo,* Coloss. 4, 6. coll. Eph. 4, 29. Marc. 9, 50. Metonymice Jesus apostolos appellat τὸ ἅλας τῆς γῆς, bene instructos divinae sapientiae doctores, quorum ministerio homines sapere deberent, s. sale sapientiae instruendi essent. cf. Terent. Eunuch.

3, 1. 10. Diog. Laert. 8, 1. 19. — Saepius in N. T. non invenitur.

Ἀλείφω, fut. εἴψω, *illino, unguento illino, ungo.* Ex. g. *caput*, Matth. 6, 17. quod facere solebant ornamenti causa diebus festis vel hilaribus cf. Ps. 104, 15. Ps. 23, 5. Cohel. 9, 8. Sap. 2, 7. Judith. 16, 8. — *pedes*, honoris gratia et ad significandam singularem amicitiam, Luc. 7, 38. 46. Jo. 11, 2. 12, 3. cf. Gen. 18, 4. 19, 2. 2 Sam. 11, 8. Cantic. 5, 3. Luc. 7, 44. Jo. 13, 5. sqq. — *defunctorum corpora*, Marc. 16, 1. partim honoris gratia partim ad auertendam putredinem Gen. 50, 2. 2 Chron. 16, 14. Jo. 19, 40.; — *aegrotos*, Marc. 6, 13. Jac. 5, 14. ad corpus sanandum. cf. Luc. 10, 34. *Lightfoot.* hor. hebr. et talm. ad Matth. 6, 17. et h. l. et Joseph. de bell. jud. I. c. 33. sect. 5. — Saepius non habetur.

Ἀλεκτοροφωνία, ας, ἡ, 1) gallicinium; 2) *tempus sub diluculum*, quo galli expergefacti canere solent, tertia noctis vigilia Judaeorum, quae galli cantu finiebatur. Marc. 13, 35. coll. 3 Macc. 5, 23. Ammian. 22, 23.

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, *gallus.* Matth. 26, 34. 74. 75. Marc. 14, 30. 68. 72. Luc. 22, 34. 60. 61. Jo. 13, 38. 18, 27. Saepius non habetur.

Ἀλεξανδρεύς, έως, ὁ, *Alexandrinus* i. e. vel Alexandria oriundus, vel ibi degens et habitans. Judaei, qui magno numero Alexandriae in Aegypto confederant Ἀλεξανδρεῖς appellabantur teste Josepho Ant. lib. 19. c. 5. sect. 2. Inde συναγωγὴ Ἀλεξανδρέων Act. 6, 9. est synagoga, in qua conveniebant Judaei Alexandrini. Caeterum legitur Act. 18, 24.

Ἀλεξανδρῖνος, η, ον, *Alexandrinus*, ex urbe Alexandria. Ita bis navis Act. 27, 6. 28, 11. i. e. Alexandriae fabricata et civi Alexandrino propria.

Ἀλέξανδρος, δρου, ὁ, *Alexander*, nomen propr. Quatuor hujus nominis commemorantur in N. T. 1) filius Simonis Cyrenaei, Marc. 15, 21. 2) unus e sacerdotibus summis, Act. 4, 6. 3) Judaeus quidam Act. 19, 33. sq. 4) faber quidam aerarius, 1 Tim. 1, 20. 2 Tim. 4, 14.

Ἄλευρον, ου, τὸ (ab ἀλέω, *molo*) 1) *farina tritici, similago; Hesych:* ἄλευρα κυρίως τὰ τοῦ σίτου· ἄλφιτα δὲ τὰ τῶν κριθῶν. 2) *farina pura et optima.* Matth. 13, 33. Luc. 13, 21.

Ἀλήθεια, ειας, ἡ, *veritas*, et quidem 1) *veritas objectiva, verum objectivum;* quod quidem est a) veritas secundum *experientiam, verum empiricum*, quatenus cognoscitur vel pronuntiatur, Marc. 5, 34. πᾶσα ἀλήθεια, tota res, ut erat. Eodem modo Joseph. de bell. Jud. 7, 2. — Jo. 5, 33. — ἐπ' ἀληθείας, experientia edoctus, Act. 10, 34.

sive: profecto, vere, Luc. 22, 59. Act. 4, 27. Sic etiam hebr. אמת, cui ἀλήθ. in verf. LXX. ſaepiſſime reſpondet, verum empiricum ſignificat, v. c. Deut. 22, 20. — b) veritas ſecundum *rationis* cognitionem, *verum logicum*. Inde in N. T. libris ἀλήθεια ſaepe cognitionem rectam veri abſoluti i. e. Dei ſignificat, ita ut ſit ἀλήθεια veri Dei cognitio eiusque cultus, cui oppopitur falſa de Deo opinio, idololatria. Ita Rom, 1, 18. coll. verſſ. 21 et 25. Etiam ἀλήθ. quae 3. Esdr. 4, 33—41. celebratur, verus Deus ipſe eſſe videtur; idola autem vocantur אליל res nihili, הבל mendacium, et Arabes „deflectere a veritate ad mendacium" ſolent dicere pro: deflectere a vero Deo ad idola. Apud Philonem (de creat. princ. p. 726. ed. Mang.) proſelytus, qui ab idolorum cultu ad veri Dei cultum transierat, dicitur μεταναστὰς εἰς ἀλήθειαν. Plerumque autem in N. T. ἀλήθ. eam indicat Dei veri cognitionem, quam patefecit ipſe hominibus, doctrinam divinam, ſingulariter religionem ſive doctrinam chriſtianam, quatenus a Deo profecta, logice vera et genuina eſt, et quidem ubi cum idololatriae *gentilium*, tum fabulis et praeceptis arbitrariis *Judaeorum* opponitur. Jo. 8, 40. 45. 46. 18, 37. 38. Act. 26, 25. Rom. 2, 20. 2 Cor. 13, 8. (Gal. 3, 5. text. vulg.) Gal. 5, 7. Eph. 1, 13. Gal. 2, 5. 14. coll. oppoſito c. 1, 6—10. Coloſſ. 1, 5. 2 Theſſ. 2, 10—12. 13. 1 Tim. 2, 4. 3, 15. 4, 3. 6, 5. 2 Tim. 3, 7. 8. 4, 4. c. 2, 15. 18. 25. Tit. 1, 1. et 14. 1 Petr. 1, 22. 2 Petr. 1, 12. 2, 2. Jac. 1, 18. Jo. 1, 14. 17. χάρις καὶ ἀλήθ. i. e. gratia divina et genuina divina ſapientia. Sic Jer. 2, 21 זרע אמת ſemen genuinum. — Jo. 8, 32. 14, 17. πνεῦμα τῆς ἀλήθ. ſpiritus divinam veritatem docens; ibid. 15, 26. 16, 13. 17, 17. 19. — 1 Jo. 1, 6. τὴν ἀλήθ. οὐ ποιῶ, non ago ſecundum doctrinam divinam et genuinam, ib. verſ. 8. ἀλήθεια οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν, quae verſ. 10. ita exprimuntur: ὁ λόγος αὐτοῦ (τοῦ θεοῦ) οὐκ ἔστιν ἐν ἡμῖν. — ibid. c. 3, 19. ἐκ τῆς ἀλήθ. εἶναι veri chriſtiani, chriſtianam veritatem ſequuti. — c. 4, 6. 2 Jo. verſ. 1. 2. ib. verſ. 5. περιπατεῖν ἐν ἀλήθ., i. q. verſ. 6. περιπατεῖν κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. 3 Jo. verſ. 3. 4. — ἀγαπᾶν ἐν ἀλήθ. 2 Jo. verſ. 1. et 3 Jo. verſ. 1. amare ſecundum praecepta religionis verae. Eodem modo accipienda videntur verba 1 Jo. 2, 4. ἐν τούτῳ ἡ ἀλήθεια οὐκ ἔστιν i. e. talis homo nullo modo guſtavit veram religionem. Vid. etiam Hebr. 10, 26. Jac. 3, 14. 1 Jo. 2, 21. 2 Jo. 4. 3 Jo. 8. Inde Jeſus ipſe Jo. 14, 6. appellatur ἡ ἀλήθεια, i. e. *doctor* verae doctrinae Dei. — 2) *Veritas ſubjectiva*, quae quidem cernitur a) vel in convenientia verborum cum iis, quae *intelligimus, volumus, ſentimus*, ubi eſt *veracitas*, Marc. 12, 32. ἐπ' ἀλήθ. ſecundum veritatem loqueris. 1 Tim. 2, 7. — veracitas ſ. conſtantia Dei in ſervandis promiſſis aut comminationibus,

Rom. 2, 8. 3, 7. 15, 8. — Jo. 8, 44. ἐν τῇ ἀληθ. οὐκ ἕστηκεν, i. e. ψευστής fuit, promissionibus, quibus decepit primos homines, non stetit, promisit, quae non erant vera. — 2 Cor. 6, 7. ἐν λόγῳ ἀληθ. in dicendo vero i. e. propter veracitatem. 1 Jo. 5, 6. τὸ πνεῦμά ἐστι ἡ ἀλήθεια, spiritus est veracissimus. Eph. 4, 25. λαλεῖν ἀληθ. veracem esse. — b) vel in convenientia eorum, quae dicimus, agimus et volumus cum *praeceptis veritatis*, ubi est *a) sinceritas*, fraudem et dolum excludens, Marc. 12, 14. Luc. 4, 25. 20, 21. Matth. 22, 16. Jo. 16, 7. Rom. 9, 1. 2, 2. 2 Cor. 7, 14. Jo. 3, 21. ποιῶν ἀληθ. i. e. ἀληθῶς agens, sincere, sine dolo. Eph. 5, 9. 2 Cor. 4, 2. ubi τῇ πανουργίᾳ opponitur, Phil. 1, 18. Coloss. 1, 6. — Ἀγαπῶν ἐν ἀληθ. 1 Cor. 5, 8. 1 Jo. 3, 18. 2 Jo. vers. 3. sincere, sine dolo amare. coll. Sir. 7, 20. Sic ἀληθ. Jo. 4, 23. 24. quoque est animi sinceritas, opposita fucatae pietati, quae rituum externorum observatione Deum quasi fallere studet. Eph. 4, 24. 6, 14. coll. 1 Sam. 12, 24. 1 Reg. 2, 4. 3, 6. Huc et refero formulam asseverandi 2 Cor. 11, 10. ἔστιν ἀλήθεια Χριστοῦ ἐν ἐμοὶ i. e. Christi sinceritatem sequor. — *β) integritas, veritas moralis*, Rom. 2, 8. Eph. 4, 21. Jac. 5, 19. 1 Cor. 13, 6. ubi τῇ ἀδικίᾳ opponitur. 3 Jo. vers. 2, 12. ἀληθ. τινὸς pietas alicujus. Tob. 4, 6. ubi ποιεῖν τὴν ἀληθ. explicatur per ποιεῖν τὴν δικαιοσύνην. Saepius respondet in versione LXX. hebr. תֹּם et תְּמִימוּת, *vitae integritas*, v. c. Prov. 14, 2. 28, 6. Pseudep. V. T. (Fabric. I, p. 604.): οἶνος διαστρέφει τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας, καὶ ἐμβάλλει ὀργὴν ἐπιθυμίας. — Saepius non legitur in N. T.

Ἀληθεύω, fut. εύσω, *vera loquor, τὴν ἀλήθειαν dico*. Eph. 4, 15. ἀληθ. ἐν ἀγάπῃ, vera dicere, sed eo modo, quem postulat amor fraternus. De veritate aliis injucunda est sermo. Deinde quum ἀληθ. sit vera, genuina doctrina, ἀληθεύ. Gal. 4, 16. est: veram religionem, veritatem christianam *docere*.

Ἀληθής, ές, ἡ, ὲς, τὸ, *verus*. Sequitur significationes substantivi ἀλήθεια, et est 1) *verum secundum experientiam, consentaneum rebus in facto positis, eventu comprobatum*. Ita Jo. 4, 18. 10, 41. 19, 35. 21, 24. 1 Jo. 2, 8. Tit. 1, 13. 2 Petr. 2, 22. — verum, quatenus fictitio vel phantasiae iudicio opponitur, Act. 12, 9. — 2) verum rationale s. logicum, *verum sua natura et genuinum*, 1 Petr. 5, 12. coll. Sap. 1, 6. Sic Deus ἀληθὴς appellatur Jo. 3, 33. 8, 26. quatenus, quae hominibus manifestat, verissima in se sunt. — 3) *verax*, secundum veri cognitionem agens et judicans, de Deo Rom. 3, 4. de divino doctore Matth. 22, 16. Marc. 12, 14. coll. Luc. 20, 21. Jo. 7, 18. 2 Cor. 6, 8. 1 Jo. 2, 27. coll. Sap. 6, 17. — de testimoniis: *fide dignus, rei conveniens*, Jo. 5, 31. 32. 8, 13. 14. 16. 17. 3 Jo.

verſ. 12. — 4) *ſincerus, integer, honeſtus*, Phil. 4, 8. — Praeterea non legitur.

Ἀληθινός, ἡ, ὸν, ſequitur maxime ſignificationes voc. ἀληθείας, quod vid. 1) *verus*, ſecundum experientiam, Jo. 4, 37. ſecundum rem ipſam Jo. 19, 35. — *verus, non putativus* vel *fictitius*. Jo. 17, 3. μόνος ἀληθ. θεός, unice verus, non putativus Deus, ut idola. 1 Theſſ. 1, 9. 1 Jo. 5, 20. Apoc. 3, 7. Ita אמת Jeſ. 65, 16. 2) *quod in ſe verum eſt*, nihil falſi in ſe habet, Jo. 1, 9. 4, 23. 1 Jo. 2, 8. — *genuinum, verum*, cui opponitur derivatum, falſum, rei eſſentiam non habens. Ita ἄμπελος Jo. 15. 1. vitis vera, vere divina, coll. Jer. 2, 21. Zach. 8, 3.; ἄρτος ἀπ' οὐρανοῦ Jo. 6, 32., cujus umbra et typus fuerat manna; σκηνὴ ἀληθ. Hebr. 8, 2. templum πρωτότυπον in coelo, ad cujus typum templum terreſtre hieroſolymitanum formatum habebant Judaei. cf. Sap. 9, 8. Sir. 24, 8—12. Etiam in teſt. XII. patriarch. (Fabr. Cod. Pſeud. I, p. 550.) commemorantur ὁ ναὸς ὁ ἅγιος in coelo ſupremo, et αἱ πλάκες τῶν οὐρανῶν, tabulae (ſcil. legis) coeleſtes. (coll. 4 Esdr. 3, 6. *Eiſenmengeri* endecktes Judenth. I, p. 321. II, 375 et 879.) — τὰ ἀληθινὰ ἅγια Hebr. 9, 24. eodem ſenſu τοῖς ἀντιτύποις ſacris in his terris opponuntur. coll. Hebr. 11, 10. Apoc. 11, 19. 15, 5. — τὸ ἀληθινὸν Luc. 16, 11. genuinum, verum bonum ſignificat, oppoſitum bonis caducis, falſis, vanis. — 3) *verax*, ideoque fide dignus, Jo. 7, 28. Apoc. 3, 14. 19, 9. 11. 21, 5. 22, 6. 4) *ſincerus, integer*; ita καρδία Hebr. 10, 22. coll. Jeſ. 38, 3. 1 Reg. 8, 62. Hebr. שלם Job. 2, 3. 8, 6. נקי Job. 17, 17. — de judice et judicio: rei accurate conveniens, *rectus, juſtus*, Apoc. 6, 10. 15, 3. 16, 7. 19, 2. coll. Cant. triumvir. 4. 7. Jeſ. 25, 1. 59, 16. Deut. 25, 15.

Ἀλήθω, fut. ήσω, (pro ἀλέω) *molo, molam trusatilem circumago*. Vid. Exod. 11, 5. Num. 11, 8. Judic. 16, 21. Bis legitur in N. T. Matth. 24, 41. Luc. 27, 35.

Ἀληθῶς, adv. *vere, veriſſime, certiſſime, profecto*. Matth. 14, 33. 26, 73. 27, 54. Marc. 14, 70. 15, 39. Jo. 1, 48. 4, 18. 42. 6, 14. 55. 7, 26. 40. 8, 31. 17, 8. Act. 12, 11. 1 Jo. 2, 5. 1 Theſſ. 2, 13. ἀληθῶς λέγω certiſſime affirmo, Luc. 9, 27. 12, 44. 21, 3. — Saepius non legitur.

Ἁλιεύς, έως, ὁ, *piſcator, piſces capiens*. Matth. 4, 18. Marc. 1, 16. — Ἁλιεῖς ἀνθρώπων Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. metaphorice: homines capiens regno Dei. Eodem modo Latini utuntur verbo *venari*, (Horat. epiſt. I, 19. 37.) et Graeci verbo θηρεύειν v. c. ἡδονάς, ἀρετήν. cf. Sir. 27, 20. Jer. 51, 41.

Ἁλιεύω, fut. εύσω, *piſcor*. Semel Jo. 21, 4. ὑπάγω ἁλιεύειν, abeo piscatum. cf. Jer. 16, 16.

Ἁλίζω, fut. ίσω, (ab ἅλς, ἅλος, *mare, ſal*) *ſalo*

conspergo, sale condio. *Med.* ἁλίζομαι sensu hiphilico (מלח Levit. 2, 13.) *salsedinem*, i. e. vim condiendi *recipio*, Matth. 5, 13. coll. Marc. 9, 50. — *Passiv.* legitur Marc. 9, 49. Salis usum in sacrificiis testantur loca Lev. 2, 13. Ezech. 43, 24. Verba πυρὶ ἁλισθήσεται ab interpretibus vario modo explicata sunt. Alii: quivis impius igne peribit, ut victima sale conspersa interficitur. Alii: quivis homo Deo consecratus sale verae sapientiae ad felicitatem aeternam praeparari debet. Alii: quilibet vestrum (scl. discipulorum) calamitatibus, veluti sale, emendari et praeparari debet, sicuti omnes oblationes sale praeparari debent, quo sint Deo acceptae. Alii: quivis damnatorum igne, gehennae sale (quod ipsis in vita terrestri versantibus defuit) imbuetur, i. e. poenis vitae futurae discet resipiscere. Mallem: omnes damnati hoc igne Deo sacrantur, quasi victima, quae sale Deo sovetur. De improbis, ope ignis ab omnibus peccati sordibus olim purgandis, quae Zoroaster docuit, habes in *Kleuckeri* Zendavesta im Kleinen, P. II. p. 128. sqq.

Ἁλίσγημα, τος, τὸ, (voc. profanis inusitatum, nec in cod. graeco V. T. obvium, derivandum ab ἁλισγέω, *contamino, polluo*, quod legitur de cibis et rebus secundum legem mosaicam impuris Dan. 1, 8. Mal. 1, 7. 12. et Sir. 40, 29.) *pollutio, inquinatio.* Semel Act. 15, 20. ubi inquinamenta idolorum sunt carnes e victimis gentilium residuae, a Judaeis pro impuris habitae *Hesychius*: Ἁλισγημάτων· τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν.

Ἀλλὰ, coniunctio 1) *adversativa*, significans a) *sed* simpliciter, saepissime v. c. Matth. 8, 4. 8, 24, 6. Marc. 14, 28. 49. Jo. 15, 25. 1 Jo. 2, 19. 27. 1 Cor. 8, 7. 1 Thess. 2, 2. Hebr. 4, 2. Jac. 1, 26. ἀλλ' ἐάν, quod si autem, Marc. 11, 32. — b) *sed potius, imo*, maxime post negationem, v. c. Matth. 4, 4. 5, 15. 17. 6, 13. 7, 21. 9, 13. 17. 27. 10, 20. 34. 15, 11. 17, 12. 18, 30. 20, 26. 28. Marc. 9, 37. 14, 36. Jo. 1, 8. 7, 16. 9, 3. Act. 5, 4. Rom. 10, 8. 7, 17. 19. 1 Cor. 9, 12. 10, 24. 29. 2 Cor. 8, 5. 13, 3. Hebr. 2, 16. 3, 13. 12, 11. 1 Jo. 2, 7. alibi saepissime. — c) *at, verum*, ad contrarium significandum vel antea dictum corrigendum v. c. Matth. 9, 18. Marc. 9, 22. 13, 20. 14, 28. 36. Jo. 16, 20. 1 Jo. 2, 19. Rom. 4, 2. 6, 13. 1 Cor. 8, 6. 10, 23. Apoc. 2, 14. 20. — d) *sed*, ad sententiam augendam, ubi etiam *imo, potius, quin etiam, adeo*, verti potest, Matth. 5, 39. Jo. 16, 2. Act. 19, 2. 1 Cor. 3, 2. 4, 3. — ἀλλὰ καὶ Matth. 21, 21. Luc. 2, 7. 16, 21. 1 Jo. 2, 2. Rom. 1, 32. 5, 11. 8, 23. — e) *sed tamen*, vel *tamen* simpliciter, *certe*, ad indicandam restrictionem, 1 Cor. 4, 15. 9, 2. (ἀλλαγε) 12. 2 Cor. 13, 4. Coloss. 2, 5. Apoc. 2, 6. — vel etiam exceptionem, ubi interdum legitur pro εἰ μὴ et *nisi* vertendum

est. Matth. 19, 11. 20, 23. Marc. 9, 8. coll. Matth. 7, 8. ἀλλ' ἤ nisi Luc. 12, 51. 2 Cor. 1, 13. et 1 Cor. 3, 5. in textu vulg. Apud LXX. ἀλλὰ eodem sensu pro hebr. כי־אם Numer. 10, 30. et ἀλλ' ἤ pro אפס *nisi*, Num. 13, 28. 23, 13. et עוד *praeterquam*. coll. Sir. 37, 12. 44, 10. — 2) Conjunctio *copulativa*, et maxime verti potest *jam*, a) transeundi et concludendi vim habens, Rom. 5, 14. 6, 5. 7, 7. Gal. 2, 14. 2 Cor. 8, 7. Eph. 5, 24. coll. 1 Macc. 10, 56. b) exhortationi inserviens; *jam, nunc, age*, Marc. 9, 22. 16, 7. Act. 10, 20. 26, 16. — c) interrogationem incipiens, Matth. 11, 8. 9. ἀλλ' οὐ Hebr. 3, 16. *nonne*, i. q. in versu sq. οὐχί. — Interdum omittitur ἀλλὰ ut Marc. 16, 13. Jo. 2, 10. 4, 22. Act. 18, 19. Coloss. 2, 23. Philem. vers. 9. Hebr. 4, 25.; interdum post ἀλλὰ, ut etiam post formulam οὐ μόνον δὲ, omittitur aliquid ex praecedente sermone supplendum, v. c. Jo. 1, 8. 9, 3. 15, 25. Matth. 26, 56. Marc. 14, 49. Rom. 15, 21. — Alexandrini interpretes per ἀλλὰ maxime reddiderunt hebr. אם, כי־אם, אפס, זולת, רק, אך, אולם, אמנם.

Ἀλλάττω, vel ἀλλάσσω, fut. ἄξω, 1) *muto, muto rei formam vel naturam*. Hesych. ἤλλαξεν· ἄλλον ἐξ ἄλλου ἐποίησεν. De mutatione in melius 1 Cor. 15, 51. 52. cf. Jer. 13, 23. — ἀλλ. τὴν φωνὴν, sermonem in genus mitius muto, mitius loquor, nostrum: ich stimme den Ton um. Gal. 4, 20. — *Mutare in pejus, corrumpo*; ita Hebr. 1, 12. ἀλλαγήσονται scl. οἱ οὐρανοὶ, i. e. senescent, et splendorem et firmitatem amittent vestimenti instar, quod temporis injuria et colore destituitur et minuitur. Vid. Ps. 102, 26. coll. Jes. 51, 6. — ἀλλ. leges, Act. 6, 14. i. e. irritas facere leges, praeceptorum auctoritatem mutare. Vid. Ex. 6, 11. 12. ubi explicatur per ἀφανίσαι, et Jes. 24, 5. ubi est i. q. παραβαίν. transgredi. — 2) *permuto aliquid cum aliquo*, Rom. 1, 23. ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐν ὁμοιώματι, permutarunt majestatem Dei cum simulacro, i. e. simulacrum in Dei veri locum posuerunt. Ita ἀλλάσσ. ἐν Lev. 20, 10. ἀλ. τὴν στολὴν, vestem permutare, Gen. 41, 14. 2 Sam. 12, 20. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀλλαχόθεν, adv. loci, *aliunde, ex alio loco*. Semel Jo. 10, 1. praeterea Esth. 4, 14.

Ἀλληγορέω, ῶ, fut. ήσω (ex ἄλλος et ἀγορεύω *loquor*) *allegoriam loquor*, i. e. secundum Quintilianum *aliud verbis aliud sensu ostendo*, sive rem spiritualem et invisibilem re in sensus incurrente significo, vel sensum spiritualem sermoni, de rebus in sensus cadentibus agenti, subjungo. Semel Gal. 4, 25. Allegoricam rerum et dictorum V. T. interpretationem Apostoli temporibus perquam solitam fuisse,

conspergo, sale condio. Med. ἁλίζομαι sensu hiphilico (מלח Levit. 2, 13.) *salsedinem*, i. e. vim condiendi *recipio*, Matth. 5, 13. coll. Marc. 9, 50. — *Passiv.* legitur Marc. 9, 49. Salis usum in sacrificiis testantur loca Lev. 2, 13. Ezech. 43, 24. Verba πυρὶ ἁλισθήσεται ab interpretibus vario modo explicata sunt. Alii: quivis impius igne peribit, ut victima sale conspersa interficitur. Alii: quivis homo Deo consecratus sale verae sapientiae ad felicitatem aeternam praeparari debet. Alii: quilibet vestrum (scl. discipulorum) calamitatibus, veluti sale, emendari et praeparari debet, sicuti omnes oblationes sale praeparari debent, quo sint Deo acceptae. Alii: quivis damnatorum igne, gehennae sale (quod ipsis in vita terrestri versantibus defuit) imbuetur, i. e. poenis vitae futurae discet resipiscere. Mallem: omnes damnati hoc igne Deo sacrantur, quasi victima, quae sale Deo sovetur. De improbis, ope ignis ab omnibus peccati sordibus olim purgandis, quae Zoroaster docuit, habes in *Kleuckeri* Zendavesta im Kleinen, P. II. p. 128. sqq.

Ἁλίσγημα, τος, τὸ, (voc. profanis inusitatum, nec in cod. graeco V. T. obvium, derivandum ab ἁλισγέω, *contamino, polluo*, quod legitur de cibis et rebus secundum legem mosaicam impuris Dan. 1, 8. Mal. 1, 7. 12. et Sir. 40, 29.) *pollutio, inquinatio.* Semel Act. 15, 20. ubi inquinamenta idolorum sunt carnes e victimis gentilium residuae, a Judaeis pro impuris habitae *Hesychius*: Ἁλισγημάτων· τῆς μεταλήψεως τῶν μιαρῶν θυσιῶν.

Ἀλλὰ, coniunctio 1) *adversativa*, significans a) *sed* simpliciter, saepissime v. c. Matth. 8, 4. 8, 24, 6. Marc. 14, 28. 49. Jo. 15, 25. 1 Jo. 2, 19. 27. 1 Cor. 8, 7. 1 Thess. 2, 2. Hebr. 4, 2. Jac. 1, 26. ἀλλ' ἐὰν, quod si autem, Marc. 11, 32. — b) *sed potius, imo*, maxime post negationem, v. c. Matth. 4, 4. 5, 15. 17. 6, 13. 7, 21. 9, 13. 17. 27. 10, 20. 34. 15, 11. 17, 12. 18, 30. 20, 26. 28. Marc. 9, 37. 14, 36. Jo. 1, 8. 7, 16. 9, 3. Act. 5, 4. Rom. 10, 8. 7, 17. 19. 1 Cor. 9, 12. 10, 24. 29. 2 Cor. 8, 5. 13, 3. Hebr. 2, 16. 3, 13. 12, 11. 1 Jo. 2, 7. alibi saepissime. — c) *at, verum*, ad contrarium significandum vel antea dictum corrigendum v. c. Matth. 9, 18. Marc. 9, 22. 13, 20. 14, 28. 36. Jo. 16, 20. 1 Jo. 2, 19. Rom. 4, 2. 6, 13. 1 Cor. 8, 6. 10, 23. Apoc. 2, 14. 20. — d) *sed*, ad sententiam augendam, ubi etiam *imo, potius, quin etiam, adeo*, verti potest, Matth. 5, 39. Jo. 16, 2. Act. 19, 2. 1 Cor. 3, 2. 4, 3. — ἀλλὰ καὶ Matth. 21, 21. Luc. 2, 7. 16, 21. 1 Jo. 2, 2. Rom. 1, 32. 5, 11. 8, 23. — e) *sed tamen*, vel *tamen* simpliciter, *certe*, ad indicandam restrictionem, 1 Cor. 4, 15. 9, 2. (ἄλλαγε) 12. 2 Cor. 13, 4. Coloss. 2, 5. Apoc. 2, 6. — vel etiam exceptionem, ubi interdum legitur pro εἰ μὴ et *nisi* vertendum

est. Matth. 19, 11. 20, 23. Marc. 9, 8. coll. Matth. 7, 8. ἀλλ' ἤ nisi Luc. 12, 51. 2 Cor. 1, 13. et 1 Cor. 3, 5. in textu vulg. Apud LXX. ἀλλὰ eodem sensu pro hebr. כי-אם Numer. 10, 30. et ἀλλ' ἤ pro אפס *nisi*, Num. 13, 28. 23, 13. et זולתי *praeterquam*. coll. Sir. 37, 12. 44, 10. — 2) Conjunctio *copulativa*, et maxime verti potest *jam*, a) transeundi et concludendi vim habens, Rom. 5, 14. 6, 5. 7, 7. Gal. 2, 14. 2 Cor. 8, 7. Eph. 5, 24. coll. 1 Macc. 10, 56. b) exhortationi inserviens; *jam*, *nunc*, *age*, Marc. 9, 22. 16, 7. Act. 10, 20. 26, 16. — c) interrogationem incipiens, Matth. 11, 8. 9. ἀλλ' οὐ Hebr. 3, 16. *nonne*, i. q. in versu sq. οὐχί. — Interdum omittitur ἀλλὰ ut Marc. 16, 13. Jo. 2, 10. 4, 22. Act. 18, 19. Coloss. 2, 23. Philem. vers. 9. Hebr. 4, 25.; interdum post ἀλλὰ, ut etiam post formulam οὐ μόνον δὲ, omittitur aliquid ex praecedente sermone supplendum, v. c. Jo. 1, 8. 9, 3. 15, 25. Matth. 26, 56. Marc. 14, 49. Rom. 15, 21. — Alexandrini interpretes per ἀλλὰ maxime reddiderunt hebr. אם, כי-אם, אפס, זולת, רק, אך, אולם, אכן.

Ἀλλάττω, vel ἀλλάσσω, fut. ἄξω, 1) *muto*, *muto rei formam vel naturam*. Hesych.: ἤλλαξεν· ἄλλον ἐξ ἄλλου ἐποίησεν. De mutatione in melius 1 Cor. 15, 51. 52. cf. Jer. 13, 23. — ἀλλ. τὴν φωνὴν, sermonem in genus mitius muto, mitius loquor, nostrum: ich stimme den Ton um. Gal. 4, 20. — *Mutare in pejus*, *corrumpo*; ita Hebr. 1, 12. ἀλλαγήσονται scl. οἱ οὐρανοὶ, i. e. senescent, et splendorem et firmitatem amittent vestimenti instar, quod temporis injuria et colore destituitur et minuitur. Vid. Ps. 102, 26. coll. Jes. 51, 6. — ἀλλ. leges, Act. 6, 14. i. e. irritas facere leges, praeceptorum auctoritatem mutare. Vid. Ex. 6, 11. 12. ubi explicatur per ἀφανίσαι, et Jes. 24, 5. ubi est i. q. παραβαίν. transgredi. — 2) *permuto aliquid cum aliquo*, Rom. 1, 23. ἤλλαξαν τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ ἐν ὁμοιώματι, permutarunt majestatem Dei cum simulacro, i. e. simulacrum in Dei veri locum posuerunt. Ita ἀλλάσσ. ἐν Lev. 20, 10. ἀλ. τὴν στολὴν, vestem permutare, Gen. 41, 14. 2 Sam. 12, 20. — Saepius non habetur in N. T.

Ἀλλαχόθεν, adv. loci, *aliunde*, *ex alio loco*. Semel Jo. 10, 1. praeterea Esth. 4, 14.

Ἀλληγορέω, ῶ, fut. ήσω (ex ἄλλος et ἀγορεύω *loquor*) *allegoriam loquor*, i. e. secundum Quintilianum *aliud verbis aliud sensu ostendo*, sive rem spiritualem et invisibilem re in sensus incurrente significo, vel sensum spiritualem sermoni, de rebus in sensus cadentibus agenti, subjungo. Semel Gal. 4, 25. Allegoricam rerum et dictorum V. T. interpretationem Apostoli temporibus perquam solitam fuisse,

ſatis conſtat, potiſſimum e Philone. In cod. graeco V. T. hoc verbum non legitur.

Ἀλληλούϊα, vox hebr. ipſa הללו יה *celebrate Jehovam*; v. c. Pſ. 104. 1. Legitur Apoc. 19, 1. 3. 4. 6. cf. Tob. 13, 18. Τὸ ἀλληλούϊα, ſubſtantive 3 Macc. 7, 13. veroſimiliter indicat Pſalmos 113—118. a Judaeis magnum Hallelujah appellatum.

Ἀλλήλων, genit. pluralis nominis defectivi, qui ut dativus ἀλλήλοις, αις, οις et accuſativus ἀλλήλους, ας, α, ſaepiſſime in N. T. legitur. Significat *invicem*, *inter ſeſe*, *alius alium*, v. c. Matth. 24, 10. Jo. 13, 35. Act. 7, 26. 28, 25. Rom. 1, 27. Hebr. 10, 24. Jac. 5, 6.

Ἀλλογενής, ές, ὁ, ἡ, (ex ἄλλος et γένος, gens) *alienigena*, *peregrinus*. Semel Luc. 17, 18. ubi Samaritanus (verſ. 16.) ita appellatur, Exod. 29, 33. Eodem ſenſu 3 Macc. 4, 8. ἀλλοεθνής.

Ἅλλομαι, fut. ἁλοῦμαι, *ſalio*, *tripudio*, Jeſ. 35, 6. Act. 3, 8. 14, 10. — De aquis eſt: *ſcaturio* Jo. 4, 14. ut latin. *ſalio* Virg. Eclog. 5, 47. Suet. Octav. 82.

Ἄλλος, η, ο, *alius*, 1) ratione *numeri indefiniti*, *alius* i. e. *non idem*, Matth. 4, 21. 21, 8. Marc. 7, 4. Luc. 5, 29. Act. 15, 2. Apoc. 7, 2. 8, 3., — ſaepius: *alius*, *in vicem prioris ſuccedens*, Jo. 14, 16. Apoc. 12, 3. 13, 11. coll. verſ. 12. 14, 6. 8. 9. 15. 17. 18. 15, 1. 18, 1. 4. Ezech. 19, 5. Gen. 4, 3. — 2) *alius* ratione *numeri definiti*, ubi ὁ ἄλλος quemque priorem excipiens (vid. loca Apoc. allata) indicare poteſt, adeoque Apoc. 17, 10. de *ultimo* ſ. ſeptimo dicitur; οἱ ἄλλοι autem *reliqui*, *ceteri* ſunt, i. q. οἱ λοιποί, Jo. 20, 25. 21, 8. 1 Cor. 14, 29. Hebr. 11, 35. coll. verſ. ſq. ab ἕτεροις diſtinguuntur. — 3) *alius ratione ordinis*, *alter e binis*, Matth. 5, 39. 12, 13. (Marc. 3, 5. in textu vulg.) Luc. 6, 10. 29. — *alius* diſtributive, ut latinor. *alius alius*, *hic ille*. Matth. 8, 9. Marc. 6, 15. 1 Cor. 12, 8—10. — ἄλλος πρὸς ἄλλον Act. 2, 12. — ἄλλοι μὲν οὖν ἄλλο τι ἐκραζον, i. e. varii varia clamabant. Sap. 18, 18. ἄλλος ἀλλοχῆ, alius hic alius illic. — 4) *alius ſua natura et conditione*, *diverſus*, Matth. 2, 12. Jo. 5, 32. Act. 4, 12. 1 Cor. 10, 29. 15, 39. 41. 2 Cor. 11, 4. Apoc. 6, 4. 1 Reg. 13, 19.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, ὁπου, ὁ, ἡ, (ex ἀλλότριος et ἐπίσκοπος compoſitum) ſemel legitur 1 Petr. 4, 15. Quidam interpretantur: *alienis rebus ſe immiſcens*, i. q. ὁ πολυπράγμων, vel curioſus rerum aliarum inſpector; alii: homo vitiis deditus; alii: nimis ſeverus alienorum vitiorum cenſor. Puto potius hoc voc. ſignificare inſpectorem ſ. praefectum rerum non chriſtianarum, eum qui magiſtratum inter Judaeos vel gentiles gerit, vel negotiis publicis praefectus eſt. Hoc ſuadent ſequentia ὡς Χριστιανὸς ſcl. ἐπίσκοπος

et usus verbi ἀλλότριος, (quod vid.), quo judaicae religioni non addicti, gentiles, saepius indicantur.

Ἀλλότριος, ια, ιον, 1) *alienus*, qui s. quod aliorum est, *non proprius*, ita ut τῷ ἰδίῳ Rom. 14, 4. et τῷ ὑμετέρῳ Luc. 16, 12. opponatur. Hebr. 11, 9. 9, 25. coll. 1 Macc. 15, 33. 2) alienus, *peregrinus*, Matth. 17, 25. 26. Act. 7, 6. coll. Gen. 15, 13. Sap. 19, 15. Sir. 11, 34. — *ignotus* Jo. 10, 5. coll. Sir. 8, 18. Ps. 49, 10. 3) *alius*, *diversus*, i. q. ἄλλος, Rom. 15, 20. 2 Cor. 10, 15. 16. 1 Tim. 5, 22. Ratione gentis et patriae habita 4) *exterus*, *hostis*, Hebr. 11, 34. Ita a Judaeis appellabantur non Judaei, a Deo alieni, *gentiles*. Sir. 29, 21. 33, 3. coll. vers. 9—11. 1 Macc. 1, 38. adjuncta notione improbitatis propter idololatriam. Saepius non legitur.

Ἀλλόφυλος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἄλλος et φυλή) qui est diversae tribus s. stirpis, *alienigena*, igitur, si Judaeo opponitur, *gentilis*. Sic semel Act. 10, 28. Apud LXX. saepius eodem sensu, v. c. de Philistaeis 1 Sam. 13, 3—5. Obad. vers. 19., de Helleniſtis 1 Macc. 4, 12. 22. 26. et ἀλλοφυλισμός 2 Macc. 4, 13. 6, 24. i. q. ἑλληνισμός.

Ἄλλως adverb. (ab ἄλλος) *aliter*, *alia ratione*. Semel 1 Tim. 5, 25. τὰ ἄλλως ἔχοντα scl. ἔργα, quae aliter sunt comparata, i. e. non recte facta, οὐ καλὰ ἔργα.

Ἀλοάω, ῶ, fut. ήσω et άσω 1) circumago, i. q. δινέω, 2) circumago boves sive equos in area, *triturо*, *fruges excutio*. 1 Cor. 9, 9. 1 Tim. 5, 18. coll. Deut. 25, 4. — 1 Cor. 9, 10. metaphorice ὁ ἀλοῶν est ἐργάτης in re christiana (Phil. 3, 2.), doctor evangelii.

Ἄλογος, ου, ὁ, ἡ, 1) τὸν λόγον non habens; igitur quum λόγος sit *sermo et ratio* vel *ratione*, vel *facultate loquendi destitutus*. Posteriori modo Exod. 6, 12., priori modo ut sit *rationis expers*, bis 2 Petr. 2, 12. Jud. vers. 10. coll. Sap. 11, 16. 3 Macc. 5, 14. 2) *absurdus*, *temere dictus et factus* Act. 25, 27. ut ἀλόγως Amos, 6, 13. 3 Macc. 6, 25.

Ἀλόη, ης, ἡ, *aloë*. Semel Jo. 19, 39. et hic est *arbor* aromatica, etiam agallochum et xylaloe appellata (Cant. 4, 14), in India et Arabia frequens, qua Aegyptii ad thymiamata et condienda cadavera utebantur. Vid. Celsii Hierobotan. P. I. p. 135. — Ceterum etiam *herba*, e qua succus amarissimus elicitur, ἀλόης nomen gerit.

Ἅλς, ἁλός, ὁ, *sal* (distinguendum ab ἅλς, ἁλός, ἡ, *mare*). Semel Marc. 9, 49.

Ἁλυκός, ή, όν, (ab ἅλς, mare, *sal*) *salsus*. Semel Jac. 3, 12. de aqua.

Ἄλυπος, ον, ὁ, ἡ (ex ἀ priv. et λύπη, *dolor*) *doloris*, *molestiarum expers*. Legitur comparativus Phil. 2, 28.

ἵνα ἀλυπότερος ὦ, ut minus doleam, a curis et sollicitudinibus liberer.

Ἄλυσις, εως, ἡ, (quod etiam ἅλυσις scribitur, sed minus recte, si ab ἀ priv. et λύω, *solvo*, derivatur) 1) *vinculum*, quo vel manus vel pedes vel alia corporis pars constringuntur. Marc. 5, 3. — *catena* Apoc. 20, 1. Act. 21, 33. *manica* Marc. 5, 4. Luc. 8, 29. Act. 12, 6. 7. 2) *status vincti, status custodiae*. Ita Eph. 6, 20. 2 Tim. 1, 16. et fortasse etiam Act. 28, 20. — Tropice Sap. 17, 17. — Saepius non habetur.

Ἀλυσιτελής, ές, ὁ, ἡ (a λυσιτελέω, *prosum*) 1) *inutilis*; deinde ut et latinor. *inutilis*: 2) *noxius, perniciosus*. Ita semel in N. T. Hebr. 13, 17.

Ἀλφαῖος, αίου, ὁ, *Alphaeus*, frater germanus Josephi, mariti matris Christi, et Mariae, Jesu matris sororis filius, pater apostolorum Matthaei et Jacobi minoris. Commemoratur Matth. 10, 3. Marc. 2, 14. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. — Idem a Joanne c. 19, 25. (vid. loca Matth. 27, 56. Marc. 15, 40.) Κλωπᾶς appellatur. Hebraicum enim חַלְפַי a Matth. et Marco abjecta aspiratione Ἀλφαῖος efferebatur, ut Hagg. 1, 1. חַגַּי a LXX. Ἀγαῖος, a Joanne vero Κλωπᾶς, ח mutata in K, ut חַפָּא 2 Paral. 30, 1. a LXX. per φασέκ redditur.

Ἅλων, ωνος, ὁ et ἡ, (etiam ἅλως, ὁ, ἡ), *area*, Gen. 50, 10. 11. 2) *frumenta*, quae excutiuntur in area. Sic Matth. 3, 12. Luc. 3, 17. et גֹּרֶן Exod. 22. 6. Ruth. 3, 2. coll. Judic. 15, 5.

Ἀλωπηξ, εκος, ἡ, *vulpes*, Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. hebr. שׁוּעָל Judic. 15, 4. — metaphorice: homo callidus et insidiosus, Luc. 13, 32, ut saepe apud profanos. Vid. etiam Schoettg. hor. hebr. ad h. l.

Ἅλωσις, εως, ἡ, (ab ἁλόω capio) *captura*. Semel in N. T. 2 Petr. 2, 12. εἰς ἅλωσιν, ut capiantur.

Ἅμα 1) praepositio, quae cum dativo construitur, *simulac, simul cum*, Matth. 20, 1. ἅμα πρωΐ simulac dies illuxit, primo mane. cf. Mich. 2, 1. 1 Macc. 4, 6. 13, 7. ἅμα τῷ ἀκοῦσαι, simulac audivissent, et cum accusativo ἅμα τὸ ἀκοῦσαί με, 3 Esdr. 8, 71., ubi in textu hebr. Esdr. 9, 3. est בְּשָׁמְעִי. — Matth. 13, 29. ἅμα αὐτοῖς, simul cum illis. — 2) adverbium, significans *simul*, Act. 24, 26. 27, 40. Coloss. 4, 3. 1 Tim. 5, 13. Philem. vers. 22. et ad normam hebr. יַחְדָּו, cui saepissime apud LXX. respondet (v. c. Gen. 13, 6. 22, 6. 8. 19. Ps. 14, 3.) *ad unum omnes*, Rom. 3, 12. quo et refero loca 1 Thess. 4, 17. 5, 10. Saepius non habetur in N. T.

Ἀμαθής, ές, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μανθάνω *disco*) *qui nihil didicit, indoctus, rudis*. Semel 2 Petr. 3, 16.

ubi homines cognitionis et judicii rudes significat. Alii explicant: *impius*, quum stultitia saepe ponatur pro impietate.

Ἀμαράντινος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μαραίνομαι, *flaccesco*) *non flaccescens, perennis.* Semel 1 Petr. 5, 4. Hesych. ἀμαράντινον· ἄσηπτον. cf. Apoc. 4, 4. 6, 2. Opponitur στέφανος φθαρτὸς 1 Cor. 9, 25.

Ἀμάραντος, ου, ὁ, ἡ, i. q. ἀμαράντινος, *perennis*, nunquam marcescens sive evanescens. Semel 1 Petr. 1, 4. et praeterea Sap. 6, 13.

Ἁμαρτάνω, fut. τήσω, aor. ἥμαρτον, (ut hebr. חטא, cui saepissime respondet, et nostrum *fehlen*) 1) *a scopo, meta, via aberro.* 2) a via, legibus praescripta, aberro, *legem violo, pecco, peccata committo;* de Dei legibus ad mores spectantibus universe Jo. 5, 14. 8. 11. 9, 2. 3. 1 Jo. 1, 10. 2, 1. 3, 6. 8. 9. 5, 18. Rom. 2, 12. 3, 23. 5, 12. 14. 16. 6, 15. 1 Cor. 15, 34. Tit. 3, 11. Hebr. 3, 17. 2 Petr. 2, 4. — de praeceptis morum in doctrina christiana, 1 Cor. 7, 28. 36. Hebr. 10, 26. — de mandatis politicis et praepositorum Act. 25, 8. 1 Petr. 2, 20. — *Scelus* committere Matth. 27, 4. — ἁμαρτ. ἐνώπιον πάντων 1 Tim. 5, 20. vitia omnibus manifesta ideoque offensionis plenissima committere. 3) *peccati reum me facio*, nostrum: ich versündige mich, 1 Cor. 8, 12. ἁμαρτ. εἰς κ. τ. λ. reos se facientes peccati adversus fratres eo, quod infirmorum conscientiam turbarunt, reos se faciunt Christo. Sic ἁμαρτ. apud LXX., ubi respondet hebr. אשם *reus sum*, v. c. Lev. 4, 3. 5, 4. 5. et 1 Jo. 5, 16. ἁμαρτάνειν ἁμαρτίαν. 4) *peccando alium injuria afficio, offendo*, maxime sequente εἰς, (hebr. חטא seq. ל, v. c. Gen. 20, 9. 1 Reg. 8, 31. vel seq. בעד 1 Sam. 7, 6. 20, 1. 2 Paral. 12, 2.) Matth. 18, 15. 21. Luc. 15, 18. 17, 3. 4. 1 Cor. 6, 18. εἰς τὸ σῶμα, corpus laedere, perdere, coll. Sir. 10, 29. Prov. 20, 2. 1 Cor. 8, 12. coll. Sir. 7, 7. — interdum sequente ἐνώπιον, ex hebraismo, eodem vero sensu, Luc. 15, 21. Ita et Eph. 4, 26. intelligendum videtur. — Saepius non occurrit in N. T.

Ἁμάρτημα, ατός, τὸ, *quodvis peccatum* Marc. 3, 28. et vers. 29. codd. quidam pro κρίσις. 4, 12. Rom. 3, 25. 1 Cor. 6, 18. coll. Sap. 2, 12. 17, 3. Gen. 31, 36.

Ἁμαρτία, ίας, ἡ, 1) aberratio a via, scopo vel meta. 2) *peccatum* sive jam commissum sive adhuc committendum, sive gravius sive levius. Matth. 3, 6. Act. 7, 6. Jo. 8, 21. 24. ἐν ταῖς ἁμαρτ. ἀποθν. i. e. poena peccatorum scl. mors vos manebit, peribitis. 1 Cor. 5, 21. Jac. 1, 15. Ἁμαρτία πρὸς θάνατον vid. θάνατος. Saepe genus pro specie, ideoque ἁμαρτία de variis peccatorum speciebus, v. c. Hebr. 11, 25. de desertione popula-

rium, Jo. 8, 46. de mendacio, 2 Petr. 2, 14. de libidine venerea, ut חָטָא 2 Sam. 12, 13. et ἁμαρτία πονηρὰ in Psalter. Salom. cap. 16, 7. — 2 Thess. 2, 4. de fraudibus et sceleribus idololatriae; ἄνθρωπος τῆς ἁμαρτίας fraudis et peccati (idololatriae) auctor s. fautor. Etiam in abstracto legitur v. c. Gal. 2, 17. Hebr. 12, 1. 4. — 3) *Innata vitiositas*, peccati fons, cujus sedes est in corpore ejusque illecebris. Ita potissimum in epist. ad Rom. et quidem cap. 5, 12. 13. 20. 21. 6, 1. 2. 6. 7. 10—23. ὅπλα ἀδικίας τῇ ἁμαρτίᾳ, instrumenta peccatorum perficiendorum vitiositati porrecta. Porro c. 7, 7. ubi cum ἐπιθυμία permutatur, vers. 8—14. 17. 20. 8, 2. 3. 10. Appellatur Rom. 7, 23. νόμος ἁμαρτίας dictamen vitiositatis, τοῦ ὄντος ἐν τοῖς μέλεσι, in corpore residentis, et c. 8, 2. νόμος ἁμαρτίας καὶ θανάτου dictamen ad peccatum et ejus poenam, mortem, tendens. Eodem sensu accipiendum videtur Jo. 8, 34. coll. Gal. 3, 22. 5, 16. 17. 19. Sap. 9, 15.— Inde σάρξ ἁμαρτίας Rom. 8, 3. corpus, vitiositatis sedes, et Hebr. 3, 13. ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας cupidinum illecebrae. — 4) *culpa* per peccatum contracta. Jo. 9, 41. 15, 22. 24. 16, 8. ibid. vers. 9. ubi ἁμαρτία, ὅτι οὐ est: culpa eo contracta, quod non crediderunt; — itemque *poena*, quam peccatum meretur. Matth. 9, 2. 5. 6. 26, 28. Jo. 1, 29. 20, 23. 1 Cor. 15, 17. ἔτι ἐστὲ ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ὑμῶν, poenae peccatorum vestrorum non sunt sublatae. Hebr. 9, 28. χωρὶς ἁμαρτίας i. e. non tollendae poenae peccati causa ib. c. 10, 4. 11. Jac. 4, 17. ἁμαρτία ἐστί i. e. culpam contrahit. Ita etiam Rom. 14, 23. 1 Jo. 1, 8. 9. 1 Petr. 2, 24. 4, 1. — Ita ἁμαρτία culpam et poenam peccati significat Sir. 18, 27. 23, 10. 28, 1—5. Gen. 42, 21. ubi hebr. אָשַׁם *reum se fecit*. — 5) *offensio* (ut ἁμαρτάνειν offendere) Matth. 12, 31. — Interdum ἁμαρτία adjective ponitur, ut Rom. 7, 7. ὁ νόμος ἁμαρτία; estne lex ipsa peccatum i. e. peccandi causa datum? — 2 Cor. 5, 21. ἁμαρτίαν ἐποίησεν i. e. ἁμαρτωλὸν, sive θυσίαν περὶ ἁμαρτίας ἐποίησ. Sic Sir. 47, 23. ἀφροσύνη pro ἄφρων.— Jo. 9, 34. ἐν ἁμαρτίαις σὺ ἐγεννήθης, jam in matris utero peccator (vel peccatorum poenis a parentibus contractis obnoxius) conceptus es. Vid. Ps. 51, 7. 58, 4. Jes. 48, 8. Contrarium vid. Sap. 8, 19. 20. Sir. 44, 10. sqq. — Formula περὶ ἁμαρτίας elliptice pro προσφορὰ sive θυσία περὶ ἁμαρτίας, sacrificium pro peccato, Hebr. 10, 6. 8. coll. vers. 18. ut LXX. hebr. חַטָּאת et אָשָׁם *sacrificium expiatorium*, eodem modo expresserunt Lev. 6, 23. Num. 8, 8. Ps. 40, 7. Sed Rom. 8, 3. περὶ ἁμαρτ. est: ad tollendum peccati reatum s. poenas.

Ἀμάρτυρος, ου, ὁ, ἡ, *sine testimoniis, de quo non extat testimonium, testimonio non comprobatus*. Semel Act. 14, 17. de Deo sui documenta in rerum natura dante.

Ἁμαρτωλός, οῦ, ὁ, ἡ, (vid. ἁμαρτάνω) 1) *a recta via aberrans.* Jac. 5, 20. ἐπιστρέψειν ἁμαρτωλὸν ἐκ πλάνης ὁδοῦ αὐτοῦ, ubi est errans in cognoscendo vero et simul ex errore peccans. Eodem sensu 1 Tim. 1. 15. coll. vers. 13. — 2) *peccator omnino* cum ratione voluntatis tum ratione factorum Matth. 9, 10. 11, 19. Marc. 2, 15. 16. 17. Luc. 5, 30. 7, 34. 37. 39. 15, 1. 19, 7. (ubi adjective ponitur ut Sir. 27, 30.) 1 Tim. 1, 9. Jud. vers. 15. — peccatis sive vitiositati deditus, Luc. 5, 8. 15, 7. 10. Gal. 2, 17. Rom. 5, 8. Jac. 4, 8. — qui peccata, scelera commisit Luc. 13, 2. 18, 13. — 3) peccatorum *reus, culpae et poenae peccati obnoxius,* Luc. 5, 8. ubi ἁμαρτ. est poenis potius quam beneficiis Dei dignus. Rom. 3, 7. 5, 19. 7, 13. (ubi adjective ponitur), Hebr. 7, 26. κεχωρισμ. ἀπὸ τῶν ἁμαρτωλῶν, peccatorum poenis obnoxium se non faciens, vid. vers. 27. — 4) *dei mandata, jussa spernens, ejus revelationes repudians, contemtor Dei, a vero Deo alienus* Matth. 9, 11. 13. Luc. 5, 32. 6, 34. 15, 2. Marc. 2, 17. 8, 38. 1 Petr. 4, 18. coll. vers. 16. 17. Jo. 9, 16. 24. 25. et 31. ubi τῷ ἁμαρτ. opponitur ὁ θεοσεβής. Hebr. 12, 3. Inde etiam nomine ἁμαρτωλῶν *contemtorum Dei* ejusque praeceptorum veniunt gentiles sive *idololatrae* Gal. 2, 15. et saepissime in V. T. v. c. 1 Sam. 15, 18. 1 Macc. 2, 44. coll. vers. 40. 48. Tob. 13, 6. coll. Sap. 17, 2. Addit. Esth. 3, 12. Psalt. Salom. 2, 1. ubi ἁμαρτ. explicatur per ἐθνη ἀλλότρια. V. *Fabric.* Cod. Pf. I, p. 918. Eodem sensu legi putatur ἁμαρτ. Matth. 26, 45. Luc. 6, 32. 33. c. 24, 7. Marc. 14, 41. quia ἁμαρτωλοῖς Luc. 18, 32. Matth. 5, 47. explicetur per τοῖς ἔθνεσι; sed nescio, an non hic de pharisaeis et sacerdotibus, tanquam *Dei contemtoribus,* quia ejus legatum repudiabant (Jo. 8, 41—47. 55. Jo. 13, 20.), sermo sit. cf. Marc. 8, 31. Hebr. 12, 3. et Sap. 19, 13. — Saepius non legitur.

Ἄμαχος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μάχη pugna) graecis est 1) non pugnans, a pugna alienus, 2) insuperabilis, invincibilis. In N. T. bis sensu activo de rixis, *non contentiosus* s. *rixosus, non pugnax,* 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. Eodem sensu adverb. ἀμάχως Sir. 19, 6.

Ἀμάω, ῶ, fut. ήσω, *meto, demeto.* Semel in N. T. Jac. 5, 4. et semel Lev. 25, 11. Non differt a θερίζω. *Hesych.* ἀμῆσαι· θερίσαι. De sententia cf. Lev. 19, 13. Deut. 24, 14.

Ἀμέθυστος, ου, ὁ, (et ἀμέθυσος ut etiam habent codd. quidam in loco apocal.) *amethystus,* gemma purpurei vel violacei coloris. Semel Apoc. 21, 20. In N. T. respondet hebr. אחלמה Ex. 28, 19. 39, 10.

Ἀμελέω, ῶ, fut. ήσω (ex ἀ priv. et μέλει μοι curae est) 1) sine cura sum. 2) transitive: *curam rei non gero, negligo, sperno* (i. q. καταφρονεῖν Sap. 3, 10. 2 Macc. 4, 14.), Matth. 22, 5. 1 Tim. 4, 14. Hebr. 2, 3. 8, 9. coll. Jer. 31, 32. 2 Petr. 1,

12. εἰς ἀμελήσω ὑπομιμνήσκειν, non intermittam monere, i. e. semper monebo. Saepius non legitur.

Ἄμεμπτος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μέμφομαι reprehendo, vitupero) 1) transitive: non vituperans, non conquerens. Ita Phil. 2, 15. eodemque sensu adv. ἀμέμπτως. Addit. Esth. 13, 3. — 2) intransitive: qui vituperandus non est, in quem reprehensio non cadit, integer. Sic ubique in cod. graeco V. T. ubi de hominum probitate (Job. 1, 1. 11, 4. 4, 17. 22, 19. 33, 9.) dicitur, et in N. T. Luc. 1, 6. Phil. 3, 6. 1 Thess. 3, 13. — de oeconomia mos. Hebr. 8, 7. — Saepius non habetur.

Ἀμέμπτως adv. i. q. ἀμέμφως, sine reprehensione, quaerela, vel culpa. Addit. Esth. 13, 3. Bis in N. T. et quidem transitive 1 Thess. 2, 10. ubi pro adjectivo ἄμεμπτος, nil sine causa conquestus, nil temere reprehendens; et ib. c. 5, 23. intransitive: sine vitiis et peccati culpa.

Ἀμέριμνος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μέριμνα, curo) vacuus curis, cum qui curam rerum non gerit, ut 1 Cor. 7, 32. de curis rerum externarum; tum qui curis non premitur, securus, a cura et sollicitudine liberatus, ut Matth. 28, 14. ἀμερίμνους ποιήσομεν tutos praestabimus. — Sap. 6, 15. 7, 23. Caeterum in N. T. et apud LXX. non legitur.

Ἀμετάθετος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μετατίθημι transpono) qui e loco suo moveri non potest, immutabilis, constantissimus. Ita Hebr. 6, 18. 3 Macc. 5, 1. 12. Neutrum τὸ ἀμετάθετον immutabile, immutabilitas (Polyb. hist. lib. 2. §. 3.) substantive legitur Hebr. 6, 17.

Ἀμετακίνητος, ου, ὁ, ἡ (ex ἀ priv. et μετακινέω, dimoveo) immotus, immobilis, — constans. Semel 1 Cor. 15, 58.

Ἀμεταμέλητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μεταμέλομαι poenitet me) graecis est: a poenitentia liber, cum de eo, quod poenitentiam non excitat, tum de eo, quem non poenitet alicujus rei. Quum vero in poenitentia fit semper mutatio mentis 2) est: immutabilis, certissimus, firmissimus. Ita bis Rom. 11, 29. 2 Cor. 7, 10. σωτηρία ἀμεταμέλητος, felicitas certissime nos manens, s. salus immutabilis. Etiam נחם poenitet me, cum negatione, de immutabilitate consiliorum Dei dicitur. Vid. Num. 23, 19. 1 Sam. 15, 29. Ps. 104, 10.

Ἀμετανόητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μετανοέω, mentem muto) non emendandus. Semel in N. T. Rom. 2, 5. — Testam. XII. patr. (Fabric. Cod. Pseud. I. p. 685.) ἀμετανόητον τηρεῖ εἰς τὸν αἰῶνα τὴν κύλασιν.

Ἄμετρος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μέτρον mensura) mensura carens, immensus. Bis in N. T. 2 Cor. 10, 13. 15. ubi εἰς τὰ ἄμετρα pro adverbio ἀμέτρως, extra terminos, ultra modum.

Ἀμήν, ipsa vox hebr. אמן, adject. verum, certum, ra-

tum. Haec vox, absolute posita, in V. T. est 1) acclamatio: *ratum sit, hoc eveniat, ita sit*, (LXX. et ἀμὴν, et γένοιτο v. c. Num. 5, 22.), quam pronuntiabat a) *populus* ad sententiam damnatoriam, Deut. 27, 15—26. Nehem. 5, 13. — b) *concio* in laudibus Dei celebrandis, s. doxologiis, et piis votis efferendis; saepius in Psalmis v. c. 41, 14. 72, 19. 89, 53. ubi אמן esse responsionem concionis ad carmen, clarissime patet e Ps. 106, 48. et 1 Chron. 16, 36. — c) *singuli* vel ad exsecrationem, Num. 5, 22. vel ad mandata, 1 Reg. 1, 36. — Deinde in V. T. 2) rarius *adverbialiter* in sententiae capite ponitur, et significat: *certissime, verissime*, sanctissimae asseverationi inserviens (LXX. interdum ἀληθῶς, ὄντως), v. c. Jer. 28, 6. et אמנם Jos. 7, 20. coll. Job. 19, 5. — Eodem fere modo ἀμὴν in N. T. eodemque sensu legitur 1) in fine sententiarum, quibus Dei laudes celebrantur, s. doxologiarum, *ita sit, ita profecto est*, v. c. (Matth. 6, 13. in text. vulg.) Rom. 1, 25. 9, 5. 11, 36. Gal. 1, 5. Eph. 3, 21. Phil. 4, 20. 1 Tim. 1, 17. 6, 16. 2 Tim. 4, 18. Hebr. 13, 21. 1 Petr. 4, 11. 5, 11. 2 Petr. 3, 18. Jud. vers. 25. Apoc. 1, 6. 5, 14. ἀμὴν ἀλλελούϊα Apoc. 19, 4. coll. Ps. 106, 48. 1 Chron. 16, 36. Inde Paulus 1 Cor. 14, 16. λέγειν τὸ ἀμὴν: *amen accinere* iis, qui in Dei laudes prorumpunt. — 2) in fine bonarum apprecationum: *hoc eveniat, hoc Deus ratum faciat*, Rom. 15, 33. 16, 24. 1 Cor. 16, 24. Gal. 6, 18. Phil. 4, 23. 2 Thess. 3, 17. Hebr. 13, 25. 2 Petr. 3, 18. Jud. vers. 25. (quibus addenda sunt secundum lectionem vulgar. loca 2 Cor. 13, 13. Eph. 6, 24. Coloss. 4, 18. 1 Thess. 5, 28. 1 Tim. 6, 22. 2 Tim. 4, 22. Tit. 3, 15. Phil. vers. 25. 1 Petr. 5, 14.) — 3) adverbialiter, *certo, certissime, verissime, profecto* a) in *capite* orationis, Matth. 5, 18. 16, 28. (ubi Luc. 9, 27. ἀληθῶς habet) 25, 40. 26, 34. Luc. 4, 24. coll. vers. 25. ἀμὴν ἀμὴν (ex hebraismo pro superlativo) Jo. 3, 3. 5, 19. 8, 51. 12, 24. 14, 12. 21, 18. b) rarius in *fine* alicujus sententiae; sic conjunctum cum ναὶ bis, Apoc. 1, 7. 22, 20. — τὸ ναὶ καὶ τὸ ἀμὴν 2 Cor. 1, 20. i. e. verissimae sunt. — ὁ ἀμὴν Apoc. 3, 14. de Messia: qui verus est, i. e. in quo promissiones salutis certissimum habent eventum.

Ἀμήτωρ, ορος, ὁ, ἡ, (ex ἀ et μήτηρ, *mater*) qui *sine matre est, matrem non habet*. Graecis dicitur vel is, qui non a matre est in lucem editus v. c. dii deaeve, vel matre orbatus, vel ignobili matre natus. cf. *Wolfii* curae phil. ad Hebr. 7, 3. — In N. T. semel Hebr. 7, 3. de Melchisedeco, ubi plurimi, jam Philone lib. 2. de Monarch. praeeunte (μὴ ἔχων μητέρα ἱερείαν ἐξ ἱερέων) interpretantur: *cujus mater* (et pater) *non recensetur in sacerdotum genealogiis*; igitur: non ex stirpe Aaronitica et tamen Dei sacerdos. Obstare autem videntur et verba μήτε ἀρχὴν — ἔχων, et sacerdotium

perpetuum, quod inde derivatur (et jam Pſ. 110, 4. Melchiſedeco tribuitur), et verſ. 8. oppoſitio Levitarum tanquam ἀνθρώπων ἀποθνησκόντων. Verba igitur. ἀμήτωρ, ἀπάτωρ, ἀγενεαλόγητος etiam ita explicarunt multi antiquiores et recentiores: a patre et matre, ut homines ſolent, non genitus, ideoque nec in genealogias relatus. Varias de Melchiſed. opiniones deque ejus natura commenta vid. in *Wolfii* curis ad h. l. *Deylingii* obſervatt. ſacr. P. 2. p. 71 ſqq. *Fabric.* Cod. Pſeudepigraph. V. T. P. I, p. 311 ſqq.

Ἀμίαντος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μιαίνω pollwo) 1) *ſordibus non pollutus*; 2) metaphorice: *ſordibus peccati non pollutus, a vitiorum labe purus*, Hebr. 7, 26. Sap. 8, 20. — de matrimonio: *ſtupro non pollutum, caſtum*, Hebr. 13, 4. Sap. 3, 13. 4, 2. — 3) labe non inquinatus, *purus, inviolatus* cf. 2 Macc. 14, 36, 15, 34; de cultu Dei: *ſincerus, verus*, Jac. 1, 27. — de ſalute aeterna: *inviolata*, cui nil mali admiſcetur, quae nunquam turbatur, 1 Petr. 1, 4. Saepius non habetur.

Ἀμιναδάβ, *Aminadab*, nom. propr. viri ex majoribus ſervatoris, qui commemoratur Ruth. 4, 19. 20. 1 Chron. 2, 10. Matth. 1, 4. Luc. 3, 33.

Ἄμμος, ου, ἡ, (i. q. ψάμμος) *arena, ſabulum*. Ἄμμος τῆς θαλάσσης ad ſignificandam ingentem multitudinem, Rom. 9, 27. Hebr. 11, 12. Apoc. 12, 18. 20, 8. cf. Hoſ. 1, 10. Jer. 33, 22. 15, 8. Jeſ. 10, 22. alibi. — *ſolum arenoſum* ideoque *inſtabile*, (*Flugſand*) Matth. 7, 26. coll. Luc. 6, 49. Sir. 25, 20. — Saepius non habetur.

Ἀμνός, οῦ, ὁ, *agnus*. In N. T. ſolum metaphorice de Chriſto morti tradito, cum agno comparato *et* ratione *patientiae*, qua mortem tulit, Act. 8, 32. coll. Jeſ. 53, 7. — *et* ratione *innocentiae*, qua victima fuit pro hominum peccatis. 1 Petr. 1, 19. Jo. 1, 29. 36. ἄμνος θεοῦ i. e. a Deo conſtitutus expiator. Caeterum cf. Hebr. 9, 12. 14. et 1 Cor. 5, 7. — Ἄμνος θεοῦ Meſſias, tanquam ἄμωμος, appellatur quoque in teſt. XII. patr. ap. Fabric. Cod. Pſeud. I, p. 724. 725. et 730.

Ἀμοιβή, ῆς, ἡ, 1) *permutatio*, ubi pro re accepta alia res datur. 2) *retributio*, maxime in bonam partem, *remuneratio, gratiae*. Ita ſemel 1 Tim. 5, 4.

Ἄμπελος, ου, ἡ, *vitis*. Matth. 26, 29. Marc. 14, 25. Luc. 22, 18. Jac. 3, 12. — Tropice ἡ ἄμπελος τῆς γῆς (dixerat c. 3, 10. 6, 10. οἱ κατοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς) Apoc. 14, 18. 19. appellantur hoſtes Meſſiae florentes, et ad interitum maturi, exſcindendi per Jehovae angelum, ut uvae abſcinduntur conjiciuntur que in torcular. Similis imago legitur Jeſ. 63, 2. 3. Thren. 1, 15. — Deinde Jeſus ipſe ſe appellat vitem Jo. 15, 1. 4. 5. quia vitis, palmites longe lateque extendens, praeſtantiſſimosque et uberrimos fructus faciens, ima-

go est prosperitatis rerum secundarum et bonorum uberrimorum. cf. Ezech. 17, 6. 19, 10. Ps. 80, 9. 10. 128, 3. Sir. 24, 17. σοφία dicit: ἐγω ὡς ἄμπελος ἐβλάστησα χάριν. Saepius non habetur in N. T.

Ἀμπελουργὸς, οῦ, ὁ, ἡ, (contracte pro ἀμπελοεργὸς) *vinetum colens, vinitor.* Semel Luc. 13, 7. coll. 2 Par. 26, 10. Jes. 61, 5.

Ἀμπελὼν, ῶνος, ὁ, *vinea, vinetum.* Matth. 20, 1—4. 7. 8. 21, 28. 33. 39—41. et loca parallela Marc. 12, 1—9. Luc. 20, 9—16. c. 13, 6. coll. Jes. 5, 1 sqq. — *vites* in vinea plantatae, 1 Cor. 9, 7. coll. Deut. 28, 39. Zeph. 1, 13. —, Saepius non legitur.

Ἀμπλίας, ου, ὁ, *Amplias* (alii codd. ἀμπλιάτον habent) nomen pr. viri, qui nonnisi Rom. 16, 8. commemoratur.

Ἀμύνω, fut. υνῶ, 1) *arceo*, (2 Macc. 10, 17.) *defendo*; ἀμύνομαι in med. mihi illatam injuriam propulso, *vindico, ulciscor.* Semel et quidem active Act. 7, 24. coll. Jos. 10, 13. Sap. 11, 3.

Ἀμφιβάλλω, fut. βλήσω, *circumjicio*; deinde exanescente vi praepositi. ἀμφι, i. q. simplex βάλλω, *jacio, projicio.* Semel Marc. 1, 16. ubi text. vulg. simplex βάλλοντας. cf. Hab. 1, 17.

Ἀμφίβληστρον, ου, τὸ (ab ἀμφιβάλλω), id. quod circumjicitur; inde vestimentum sive pallium, et *rete piscatorium*, quo expanso circumdantur pisces. Ita Hab. 1, 15—17. bis in N. T. Matth. 4, 18. Marc. 1, 16.

Ἀμφιέννυμι, fut. ἀμφιέσω, med. ἀμφιέσομαι, *indico, vestio.* Matth. 11, 8. Luc. 7, 25. coll. Job. 31, 19. — Ut Latinor. *induo*, improprie: *orno, specie condecoro.* Ita de herbis Matth. 6, 30. Luc. 12, 28.

Ἀμφίπολις, εως, ἡ, *Amphipolis*, urbs Macedoniae ad fluvium Strymonem, qui eam fere undique cingit, sita, Act. 17, 1 commemorata.

Ἄμφοδον, ου, τὸ, (etiam ἄμφοδος, ου, ἡ, ex ἄμφω, *ambo*, et ὁδὸς *via*) proprie *bivium, compitum.* In verss. graecis V. T. *platea, urbis vicus*, v. c. Jer. 17, 27. 49, 26. alibi. Ita semel in N. T. Marc. 11, 4. *Hesych.* ἄμφοδα· αἱ ῥύμαι, ἀγυιαὶ, δίοδοι.

Ἀμφότερος, ερα, ον, *uterque, ambo.* Maxime in plurali legitur, et ita in N. T. semper. Non solum de duobus dicitur, v. c. Matth. 9, 17. 13, 30. 15, 14. Luc. 1, 6. alibi saepissime, sed etiam de pluribus Act. 23, 8. — τὰ ἀμφότερα scil. μέρη, Eph. 2, 14. utramque partem i. e. et gentiles et judaeos; coll. vers. 16. 18.

Ἀμώμητος, ου, ὁ, ἡ, (i. q. ἄμωμος. *Hesych.* ἀμώμητος· ἄμωμος, ἄψογος, ἀγαθὸς ἢ σώματι ἢ ψυχῇ) *sine macula,*

sine vitiis, integer, probus. Bis Phil. 2, 15. 2 Petr. 3, 14. coll. Ps. 63, 3. Prov. 20, 7.

Ἄμωμον, ου, τὸ, *amomum*, aroma praestans, quo uti solebant veteres ad unguenta. Vid. *Plin.* Hist. N. XII, 13. 28. *Theophr.* Hist. Plant. 9, 7. coll. *Ovid.* Heroid. 21, 166. *Lucan.* 10, 166. — Semel Apoc. 18, 13. in textu Griesb.

Ἄμωμος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et μῶμος *macula*) 1) *sine macula* i. *labe*, vel *vitio*. Ita sensu proprio de victimis in V. T., ubi saepius respondet hebr. תמים, vid. Lev. 1, 10. 22, 20—22. Num. 6, 14. In N. T. 1) Christus appellatur ἀμνὸς ἄμωμος, 1 Petr. 1, 19. (etiam in test. XII. patriarch. ap. *Fabric.* I, p. 724.) i. e. victima omnis peccati expers, perfectissime; vel ἄμωμος simpliciter secundum eandem imaginem Hebr. 9, 14. — Etiam ecclesia Eph. 5, 27. comparatur cum agno, et ἄμωμος dicitur, quatenus est pura a vitiis et scandalis. — 2) sensu morali: *purus a vitiis, a peccati labe*, Eph. 1, 4. Coloss. 1, 22. Jud. vers. 24. Apoc. 14, 5. (2 Petr. 3, 14. in quibusd. codd.) Saepius non legitur.

Ἀμών, ὁ, *Amon*, nom. pr. regis Judaeorum. Matth. 1, 10. Vid. 2 Chron. 33, 20—25. 2 Reg. 21, 18 sqq.

Ἀμώς, ὁ, *Amos*, nom. pr. viri e majoribus Servatoris Luc. 3, 25., de quo praeterea nil constat.

Ἄν, particula, quae vel subiecto vel praedicato vel verbo additur et rem facit conditionatam sive minus definitam. Indicat enim loquentem *definire nolle* 1) numerum vel *multitudinem* rei de qua sententia effertur, ubi respondet latinorum *cunque*. Ita ὅς ἄν *quicunque*, i. e. omnes, qui aliquid facturi, dicturi sunt, vel quisquis erit, qui faciet. Matth. 10, 11. Marc. 8, 35. 38. 6, 11. Luc. 9, 4. 24. 26. 10, 5. 8. 10. Jo. 2, 5. 4, 14. 5, 19. Rom. 9, 15. 1 Cor. 11, 27. 1 Jo. 2, 5. 3, 17. 4, 15. coll. c. 5, 1. ubi pro ὅς ἄν ponitur πᾶς et Luc. 12, 8. ubi πᾶς ὃς ἄν. — ὅσοι ἄν Luc. 9, 5. Matth. 21, 22. 22, 9. Apoc. 14, 4. ὅστις ἄν Matth. 12, 50. Ἄν τινων Jo. 20, 23. — et in formulis ὁσάκις ἄν, *quotiescunque*, 1 Cor. 11, 25. 26. — ὅπου ἄν, *ubicunque*, Marc. 14, 9. Luc. 9, 57. — 2) *quoties* aliquid eventurum sit, ut respondeat nostro: *mögen*; Matth. 6, 5. ὅπως ἄν φανῶσιν, ut, si fieri possit, appareant. 3) *quando* aliquid eventum sit habiturum, Matth. 26, 48. Jo. 1, 33. Rom. 3, 4. Apoc. 2, 25. et in formula ἕως ἄν *usque dum*, Matth. 2, 13. 5, 18. 10, 11. Marc. 6, 10. 9, 1. Luc. 9, 27. 13, 35. Act. 2, 35. 1 Cor. 4, 5. Hebr. 1, 13. — 4) *utrum* aliquid locum sit habiturum, et *quid* sit futurum, ut fere conveniat cum latino *fortasse*, et cum nostro: *etwa*, *wohl*. Luc. 9, 46. Act. 2, 45. 4, 35. 17, 20. Rom. 16, 2. 1 Cor. 7, 5. — Denique 5) indicat *futurum conditionatum*, quod, data conditione, eventurum fuisset, ubi sententia antecedens constanter incipit cum εἰ, cui in sententia

consequente respondet ἄν; nostrum: *wenn* jenes geschehen wäre, so *würde* dieses etc. Sic saepius, v. c. Matth. 11, 21. 23. 12, 7. Luc. 7, 39. 12, 39. Jo. 4, 10. 5, 46. 8, 19. 42. Act. 18, 14. Rom. 9, 29. 1 Cor. 2, 8. Hebr. 4, 8. 8, 7. 1 Jo. 2, 19. Alii ἄν in his locis vertunt *utique*, *profecto*.

Ἀνὰ, praepositio, regens accusativum: 1) *per*, *in*, *inter*, et hoc sensu in N. T. non legitur nisi conjuncta cum μέσον. Ἀνὰ μέσον, *in medio*, *in*, *inter* (LXX ita hebr. בתוך, בתוך et תוך *sub* Jes. 57, 5.) ratione tum *loci*, Matth. 13, 25. Marc. 7, 31. Apoc. 7, 17. tum *personarum*, 1 Cor. 6, 5. — 2) vocabulis numeri juncta exprimit numerum distributivum aequalitatis et per nomina numeralia distributiva explicanda est. Matth. 20, 9. 10. ἀνὰ δηνάριον *singuli* denarium. Marc. 6, 40. ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα, centeni et quinquageni. Luc. 9, 14. — Luc. 9, 3. 10, 11. ἀνὰ δύο, *bini*. Jo. 2, 6. ἀνὰ μετρητὰς δύο ἢ τρεῖς, singulae metretas binas vel ternas. Apoc. 4, 8. (coll. Jes. 6, 2. 3.) et 21, 21. ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων, singulae portae erant ex singulis margaritis. — Etiam distributive: *per vices*, *vicissim* 1 Cor. 14, 27. ἀνὰ μέρος. Saepius in N. T. non legitur. — In verbis compositis ἀνὰ est 1) sursum tendentis, latinor. *su*, *e*, *ex*, *ad*, 2) ad initium redeuntis, latinor. *re*, 3) ad finem penetrantis et pervenientis, latin. *per*, *ex*.

Ἀναβαθμός, οῦ, ὁ, 1) actus adscendendi, 2) adminiculum adscendendi, *gradus*, *Stufe*, *Treppe*. Bis Act. 21, 35. 40. *gradus*, qui ab arce Antonia ad templum ducebant. coll. Exod. 20, 26. 1 Reg. 10, 19.

Ἀναβαίνω, fut. βήσομαι, 1) de sursum tendente: *adscendo*, *me moveo in locum editum*, e loco ἀπὸ, ἐκ, in locum εἰς, interdum ἐπὶ, Matth. 3, 16. 5, 1. Marc. 3, 13. Luc. 5, 19. (ἐπὶ τὸ δῶμα, tectum conscendere, coll. Gen. 49, 4) Luc. 19, 4. (arborem) Jo. 1, 52. coll. Gen. 28, 12. Act. 8, 39. Apoc. 11, 7. 13, 11. — De hominibus *iter* in regionem editiorem *facientibus*, Luc. 2, 4. Act. 18, 22. ut עלה Esdr. 2, 1. Neh. 7, 6. potissimum de hominibus Hierosolyma petentibus, Matth. 20, 17. 18. Jo. 7, 8. 10. 12, 20. coll. 1 Reg. 12, 27. 28. Esdr. 7, 6. 7. 3 Esdr. 2, 18. — De piscibus e profundo *emergentibus*, Matth. 27, 27. coll. Gen. 41, 3. 27. — De *adscendente in coelum*, Jo. 3, 13. 6, 62. 20, 17. Eph. 4, 8—10. Rom. 10, 6. Apoc. 4, 1. ἀνάβα ὧδε, adscende huc, scl. ad coeli portam. De formula in coelum adscendere vid. Deut. 30, 12. Prov. 30, 4. Jes. 14, 13. 14. Jer. 51, 53. Ps. 139, 8. Bar. 3, 29. coll. Job. 38, 19—38. — De rebus: *efferri*; v. c. de fumo Apoc. 8, 4. 9, 2. 14, 11. 19, 3. coll. Exod. 19, 18. Jes. 34, 10. 1 Macc. 5, 31. — De plantis: e terra surgere, *progerminare*, *succrescere*, *florere*, Matth. 13, 7. Marc. 4, 8. 32. ut apud profanos saepissime. Eodem modo hebr.

עָלָה de plantis v. c. Jes. 32, 13. 5, 24. 55, 13. — 2) de perveniente ad finem vel *in locum*, ubi est a) vel *ingredior, intro venio*, v. c. in caulam. Jo. 10, 1. in navem Matth. 6, 51. 15, 39. (Jo. 21, 3. in text. vulg.), in currum Act. 8, 31, q. d. *conscendo* navem, currum. — b) vel intransitive: *perferor* in aliquem locum, v. c. de rumore Act. 21, 31. *venire in mentem* s. *memoriam*, ἐν τῇ καρδίᾳ Luc. 24, 38. ἐπι τὴν καρδ. Act. 7, 23. 1 Cor. 2, 9. εἰς μνημόσυνον Act. 10, 4. quae quidem dicendi ratio nostris est propria et ex hebraismo, עָלָה עַל לֵב, repetenda. Vid. Jes. 65, 17. Jer. 3, 16. 44, 21. Dan. 2, 29.

Ἀναβάλλω, fut. αλῶ, 1) *sursum tollo, elevo*, de variis rebus apud profanos, cf. Jer. 13, 20. — Med.: ἀναβάλλομαι, proprie me elevo, me subduco; inde: *me subduco negotio, differo aliquid, protraho.* Sic semel in N. T. sensu forensi *amplio*, i. e. non decerno rem, sed pronuntio „*amplius*", *differo.* Act. 24, 22. ἀνεβάλετο αὐτοὺς, (ut Cicero ad Luccej. epist. lib. V, 12: *differe me* in aliud tempus) dimisit eos indicta causa, distulit causam, ampliavit. Similiter nostri: einen Termin aufnehmen.

Ἀναβιβάζω, fut. άσω, *adscendere facio.* Semel in N. T. Matth. 13, 48. de navigiis in littus *subducendis*, ut apud *Xenoph.* hist. graec. I, 1. 2. Respondet hebr. הֶעֱלָה Gen. 37, 28. Exod. 7, 3.

Ἀναβλέπω, fut. ψω, 1) de sursum tendente: *oculos attollo, ich blicke auf*, v. c. εἰς τὸν οὐρανὸν, Matth. 14, 19. Marc. 6, 41. 7, 34. Luc. 9, 16. 19, 5. coll. 2 Macc. 7, 28. — oculos demissos tollo videndi causa, q. d. *circumspicio*, Marc. 8, 24., Luc. 21, 1. — 2) de redeunte ad priora: *iterum video, visum recipio*; de iis, qui caecitate cum serius orta (Matth. 11, 5. 20, 34. Marc. 8, 25. 10, 51. 52. coll. Matth. 20, 33. Luc. 7, 22. 18, 41—43. Act. 9, 12. 17. 18. 22, 13.) tum nativa (Jo. 9, 11. 15. 18.) laborant. — 3) de perveniente ad finem s. scopum: *conspicio, videndo cognosco, ich erblicke*, Marc. 16, 4. Act. 22, 13. ἀνέβλεψα εἰς αὐτὸν, antea non visum nunc conspexi. Saepius non legitur.

Ἀνάβλεψις, εως, ἡ, *visus recuperatio.* Semel Luc. 4, 19. e loco Jes. 61, 1. ubi in textu hebr. leguntur: פְּקַח־קוֹחַ apertio carceris. Utrum ad miracula Jesu, an ad doctrinae lumen referenda sint haec verba, incertum est.

Ἀναβοάω, ῶ, fut. ήσω, vocem attollo, i. e. *magna voce clamo, vociferor.* Saepius in vers. Alex., ter in N. T. Matth. 27, 16. Marc. 15, 8. Luc. 9, 38.

Ἀναβολή, ῆς, ἡ, (ab ἀναβάλλομαι quod vid.) *mora, cunctatio.* Semel Act. 25, 17. ἀναβολὴν ποιησάμενος, (ut apud profanos v. c. Dionys. Hal. A. 11, 33. Thucyd. 2, 42.) cunctatus, moras nectens.

Ἀνάγαιον, ου, τὸ, (i. q. ἀνώγεον quod habet text. vulg.)

1) conclave quod solo est altius (*Hesych.* ἀνάγαιον· ἀφὰ τὴν γῆν et τὸ ὑπερῶον οἴκημα. 2) *coenaculum*. Bis, Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. coll. Act. 20, 8.

Ἀναγγέλλω, fut. ελῶ, med. ἀναγγέλλομαι, *notum facio*, quod aliis antea ignotum erat. De variis rebus dictum vario modo verti potest. — De rebus, quae evenerunt: *annuntio, narro*, (Marc. 5, 14. in text. vulg. ubi, ut saepe in codd., eum ἀπαγγέλλω permutatum est) ib. c. 5, 19. Act. 14, 27. 15, 4. 16, 38. 2 Cor. 7, 7. *defero* ad magistratum Jo. 5, 15. — de rebus futuris: *praenuntio*, Jo. 16, 13. — de evangelio et rebus christianis: *notum facio*, *doceo*, Jo. 4, 25. 16, 14. 15. 25. Act. 20, 20. 27. Rom. 15, 21. 1 Petr. 1, 12. (hebr. נגד, Deut. 8, 3. Dan. 2, 9.) — de male factis: *fateor*, *profiteor*, Act. 19, 18.

Ἀναγεννάω, ῶ, fut. ήσω, *regigno*, *regenero*, quod in cod. graec. V. T. non habetur, et in N. T. solummodo 1 Petr. 1, 3. 23. occurrit, ex usu loquendi Rabbinorum illustrandum est, qui בריה חדשה *creaturam novam* fieri dicebant eos, qui vel ab idololatria ad veri Dei cognitionem, vel ab inscitia ad sapientiam, vel a vitiositate ad sanctitatem perducebantur, vel quibus novae vires spirituales (ut sacerdoti per unctionem) vel nova felicitas, novaque spes dabatur, v. c. Abrahamo promissio prolis et imperii in alios, iisque quibus peccata remittuntur, quique eo novae felicitatis spem accipiunt. Vid. *Schoettgenii* horae hebr. et talm. ad 2 Cor. 5, 17. — 1 Petr. 1, 3. ἀναγεννήσας ἡμᾶς εἰς ἐλπίδα ζῶσαν iterum nos generavit ad spem vitae aeternae, i. e. spem illam excitavit in nobis, confirmavit nobis, ita ut novam jam agamus vitam spe felicitatis plenissimam. — Vers. 23. ἀναγεγεννημένοι, ad christianam probitatem denuo nati, ad vitam meliorem excitati. cf. Jo. 3, 3. 2 Cor. 5, 17. Tit. 3, 5.

Ἀναγνώσομαι, fut. γνώσομαι. 1) vel: *ad cognitionem pervenio*, vel: *alios ad cognitionem perduco*, *notum facio*. Vid. Ἀνά. Posteriori sensu ἀναγνώσεις τὰς ἁμαρτίας, Orat. Manass. vers. 11. Hesych. Ἀναγνώσεις· ἀναγνωρίζω. Dicitur 2) potissimum de iis, quae legendo cognovimus, *legendo cognosco*, *legi et ideo novi*, Matth. 12, 3. 5. 19, 4. 21, 16. 42. 2 Cor. 1, 13. ἃ ἀναγινώσκετε ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε quod aut ex epistola mea aut aliunde jam cognovistis. Apoc. 1, 3. — Inde 3) simpliciter *actum legendi* indicat, *lego* scl. cognoscendi causa, Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. Jo. 19, 20. Act. 8, 28. 30. 23, 34. Eph. 3, 2. 2 Cor. 3, 2. ἀναγινωσκομένη sensu metaphorico: quae legitur, i. e. conspicitur, palam est. — 4) lego, ut alii cognoscant, *praelego*, Luc. 4, 16. Act. 13, 27. 15, 21. 2 Cor. 3, 15. 1 Thess. 5, 27. coll. 1 Macc. 10, 17.

Ἀναγκάζω, fut. ἄσω, ἔσχα, vt ἀδίκω, Act. 26, 11. 28, 19. Gal. 2, 3. 14. — verbis invitum adigo, compello, Matth. 14, 22. Marc. 6, 45. Luc. 14, 23. Gal. 6, 12. Ita ὁ ἀναγκάζων Prov. 6, 7. — efficio, ut alter quid (nolens) faciat, 2 Cor. 12, 11. Saepius non legitur.

Ἀναγκαῖος, αία, αῖον, et ἀναγκαῖος, ου, ὁ, ἡ, necessarius, et quidem a) physice necessarius ad vitam sustentandam, 1 Cor. 12, 22. Tit. 3, 14. ἀναγκαῖα χρείαι i. q. graeci τὰ ἀναγκαῖα, vitae necessaria subsidia appellant. — Act. 10, 24. ἀναγκαῖοι φίλοι, Latinor. amici necessarii, graecis maxime de cognatis dicitur, h. l. de amicis consuetudine quotidiana necessariis intelligendum. Eodem modo ap. Polyb. 8, 9. Eurip. Androm. 651. — b) necessarius propter rerum conditionem, rei idoneus, utilis, nostrum angemessen, erforderlich. Phil. 1, 24. et in formula ἀναγκαῖον ἡγεῖσθαι 2 Cor. 9, 5. Phil. 2, 25. coll. 2 Macc. 9, 21. c) logice necessarius, Hebr. 8, 3. ὅθεν ἀναγκαῖον, unde necessario sequitur. d) ex praecepto s. officio necessarius, honestus, Act. 13, 46. ἦν ἀναγκαῖον, officii nostri fuit, decuit nos. — Saepius in N. T. non reperitur.

Ἀναγκαστῶς, adv. coacte, Semel 1 Petr. 5, 2. In cod. gr. V. T. non habetur.

Ἀνάγκη, ης, ἡ, latinor. necessitas. De quavis necessitate, quaecunque sit, 2 Cor. 9, 7. ἐξ ἀνάγκης, coacta, non sponte. Philem. vers. 14. κατὰ ἀνάγκην, coactus. 1 Cor. 7, 37. μὴ ἔχων ἀνάγκην, qui nulla necessitate urgetur. Speciatim a) necessitas ex lege vel more orta, Luc. 23, 17. coll. Jo. 18, 29. Hebr. 9, 16. Rom. 13, 5. necessitas moralis 1 Cor. 9, 16. — b) necessitas consecutionis logicae, Hebr. 7, 12. ἐξ ἀνάγκης, necessario, consequitur jam. Ib. c. 9, 23. ἀνάγκη οὖν scl. ἐστί, necessario consequitur. — c) necessitas rei ipsius vel e rerum conditione orta; Matth. 18, 7. Hebr. 7, 27. ἀνάγκην ἔχειν, debere, opus habere. d) Necessitas utilitatis, Luc. 14, 18. ἔχω ἀνάγκ. conducit mihi. Jud. vers. 3. ἀνάγκ. ἔχω, utile judico. — e) necessitas fati, vid. Sap. 19, 4. et cum haec sit tristis: calamitas, miseria, Luc. 21, 23. 1 Cor. 7, 26. 2 Cor. 6, 4. 12, 10. 1 Thess. 3, 7. Praeterea non legitur in N. T. — In LXX. vers. saepius, v. c. Job. 7, 11. 15, 24. Zeph. 1, 10. Epist. Jer. vers. 37.

Ἀναγνωρίζω, fut. ίσω, recognosco. Semel Act. 7, 13. ἀνεγνωρίσθη, (Gen. 45, 1. התאפק) cognoscendum se praebuit.

Ἀνάγνωσις, εως, ἡ, (ab ἀναγινώσκω quod vid.) lectio, actus legendi, Act. 13, 15. 2 Cor. 3, 14. — 1 Tim. 4, 13. προσέχε τῇ ἀναγνώσει scl. librorum sacrorum. — Neh. 8, 10. 3 Esdr. 8, 8. 9. 19. (coll. Esdr. 7, 11. 12. 21.) Prol. Sir.

Ἀνάγω, fut. άξω, 1) sursum duco, duco in locum

altiorem, motum *in locum* indicans: *hinaufführen*. Luc. 4, 5. 2, 22. 22, 66. ἀνήγαγον sel. in ipsas Caiphae aedes. Act. 9, 39. 16, 34. — Huc et pertinet formula ἀνάγειν τὴν ναῦν, navem in maris altitudinem (surgere enim videntur aquae e longinquo, Luc. 5, 4. Job. 26, 12.) ducere, *navem solvere, oram solvere*, graecis usitata, et ἀνάγεσθαι sel. ἐν πλοίῳ, ut plene legitur Act. 28, 11. i. e. *navi avehi*, abschiffen, et saepius *abire* simpliciter verti potest. Ita legitur Luc. 8, 22. Act. 13, 13. 16, 11. 18, 21. 26, 13. 21, 1. 2. 27, 2. 4. 12. 21. 28, 10. 11. *Hesych.* ἀνάγοντο· ἀνέπλεον. — 2) *educo*, e loco inferiore, motum e loco indicans. Ita in formula ἀναγ. ἐκ νεκρῶν i. e. ex hade, inferno. Rom. 10, 7. Hebr. 13, 20. Ps. 30, 4. 71, 20. hebr. הֶעֱלָה, coll. Sap. 16, 13. Ps. 29, 3. — 3) *abduco*, Matth. 4, 1. coll. Luc. 4, 1. 2 Macc. 5, 9. — 4) *adduco*, Act. 12, 4. ἀνάγ. τῷ λαῷ sistere coram populo, coll. 2 Macc. 6, 10. — de victimis: adducere ad altare, i. e. *offerre*, Act. 7, 41. coll. 1 Reg. 3, 15. *Herodot.* 2, 60. Praeterea non legitur in N. T.

Ἀναδείκνυμι, et ἀναδεικνύω, fut. δείξω, 1) elatum aliquid monstro. 2) *notum facio, declaro*, Act. 1, 24. — 3) *denomino, eligo, creo*, quia electi publice renunciabantur. Luc. 10, 1. Ita 3 Macc. 2, 14. de templo, et 3 Esdr. 2, 34. 43. 8, 23. 2 Macc. 9, 23. 25. de regibus et praefectis, uti saepissime etiam apud profanos.

Ἀνάδειξις, εως, ἡ, (Vid. ἀναδείκνυμι) 1) ostensio Sir. 43, 6. 2) *inauguratio*, Luc. 1, 80. nisi h. l. vertendum: usque ad tempus, quo populo doctor divinus palam fieret, vel publice *declarandus* esset.

Ἀναδέχομαι, fut. ἑξόμαι, *in me suscipio*; tropice de promissionibus Hebr. 11, 17. ubi ἀναδεξάμ. simpliciter est *particeps factus*. Vid. 2 Macc. 6, 19. ubi de morte dicitur. — *Apud me recipio*, Act. 28, 7. ἀναδεξάμ. hospitio excipiens, cf. Aelian. V. Hist. 4, 9.

Ἀναδίδωμι, fut. δώσω, 1) sursum do, 2) *produco, profero*, Act. 23, 33. de epistolis: *tradio*. — Legitur praeterea in Cod. graeco V. T. non nisi Sir. 1, 20.

Ἀναζάω, ῶ, fut. ήσω, 1) *in vitam redeo, vitam recupero*. De Christo Rom. 14, 9. Apoc. 20, 5. in textu vulg. — 2) tropice: a) deperditus, quasi mortuus, vitae restituor, *vitae felicitatem recupero*, Luc. 15, 24. 32. — b) *vigorem recipio*, ich lebe auf, Rom. 7, 9. de propensione ad vitia. Non legitur in cod. gr. V. T. nec saepius in N. T.

Ἀναζητέω, ῶ, fut. ήσω, *quaero, investigo*, ich suche auf, Act 11, 25. (et Luc. 2, 44. in textu vulg.). coll. 2 Macc. 13, 21.

Ἀναζωγρέω, et ἀναζώννυμι, fut. ζώσω, *cingo*. Med.

ἀναζώννυμαι *me succingo*, ich gürte mich auf, quod facere solebant orientales, ne vestibus laxis et ad pedes usque demissis impedirentur, sed ad negotia facienda essent expeditiores. Inde tropice *promptus, paratus sum*, 1 Petr. 1, 13. ut אזר Prov. 31, 17. Jer. 1, 17. et latinor. *accingo me*.

Ἀναζωπυρέω, ῶ, fut. ήσω, (ex ἀνὰ et ζωπυρέω, *incendo, resocillo*) ignem afflatu resuscito, ne extinguatur. Metaphorice: *resuscito, excito*. Semel in N. T. de donis spiritualibus 2 Tim. 1, 6. Vid. Gen. 45, 27. 1 Macc. 13, 7. ἀναζωπύρησε τὸ πνεῦμα. Saepius apud profanos.

Ἀναθάλλω, fut. αλῶ, 1) *regermino, revirescoo*. Sir. 46, 12. 44, 10. Sap. 4, 4. 2) transitive, sensu hiphilico, (הצמיח Ezech 17, 24) *produco*, v. c. καρπούς Sir. 50, 10. Deinde de rebus bonis metaphorice: *largiter produco aliquid, efficio ut fit*. Ita ἀναθάλλειν εἰρήνην, εὐλογίαν, felicitatem efficere, Sir. 1, 18. 11, 22. In N. T. semel Phil. 4, 10. ἀνεθάλετε τὸ ὑπὲρ ἐμοῦ φρονεῖν, curam mei iterum habetis, i. e. beneficia larga mihi praestatis.

Ἀνάθεμα, τος, τὸ, (ab ἀνατίθημι, *repono*) in codicibus saepe cum ἀνάθημα, a quo antiquitus diversum fuisse non videtur, permutatur, et est *id quod Deo devovetur*, τὸ ἀνατιθέμενον τῷ θεῷ ut *Suidas* explicat, חרם Hebraeorum, Levit. 27, 28., πᾶν ὃ ἐὰν ἀνατεθῇ scl. τῷ κυρίῳ, ut legitur Levit. 27, 29. Quomodo hoc sit intelligendum e locis V. T. satis apparet. 1) Aurum et argentum, bello captum ἀνάθεμα τῷ θεῷ dicebatur, quatenus in tabernaculo sacro *reponebatur*, igitur *donarium* i. q. ἀνάθημα, Num. 16, 37—39. Jos. 7, 11. 21. 23., ubi legunt: καὶ ἔθηκαν αὐτὰ ἔναντι κυρίου. coll. c. 6, 17. 19. 24. 2) Animalia dicebantur ἀνάθεμα κυρίῳ, quatenus *morti destinabantur* et victimae *immolabantur* Deo. cf. Levit. 27, 28. 29. De urbibus ejusque aedificiis et incolis et de populis usurpata, formula illa indicabat, eos *interitui*, tanquam victima maxima Deo offerenda, esse destinatos, Jos. 6, 17. 18. 21. Num. 21, 2. 3. Inde ἀνάθεμα *omne quod interitui est devotum* Deut. 13, 17. 20, 17. et γίνεσθαι ἀνάθεμα Jos. 7, 12. interitui destinari. Denique 3) *detestandum, abominandum*, quia, quae interitui destinata erant, attingere, habere non licuit. vid. Deut. 7, 26. — Hinc in N. T. ἀνάθ. 1) *votum Deo factum*, Act. 23, 14. ἀναθέματι ἀνεθεματίσαμεν ἑαυτούς, voto voluntario nos obstrinximus; de quo hebraismo cf. Deut. 20, 17. — 2) *piaculum*, qui aliorum loco mortem subit, Rom. 9, 3. ἀνάθ. εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ, a Jesu morti destinari tanquam piaculum. Gal. 3, 13. κατάρα, Sir. 44, 17. ἀντάλλαγμα in eadem fere sententia, et 4 Macc. 17, 22. Eleazar et septem fratres occisi ἀντίψυχον τῆς τοῦ ἔθνους ἁμαρτίας dicuntur. — 3) *abominandum, detestandum*. 1 Cor. 12, 3. λέγειν ἀνάθεμα,

impium, detestandum habere, maledicere. Gal. 1, 8. 9. ἀνάθεμα ἔστω, detestabile sit, reprobetur. 1 Cor. 16, 22. ἤτω ἀνάθεμα. — Praeterea non habetur in N. T.

Ἀναθεματίζω, fut. ίσω, (ab ἀνάθεμα quod vid.) 1) *devoveo, votum facio Deo.* Act. 23, 12. 14. 21. voto me obstringo. 2) *diris me voveo, mihi imprecor dira,* Marc. 14, 71. Saepius non habetur.

Ἀναθεωρέω, ῶ, fut. ήσω, *specto, intueor, considero;* oculis Act. 17, 23. mente Hebr. 13, 7.

Ἀνάθημα, τος, τὸ (ab ἀνατίθημι), quod separatur et Deo dicatur: potissimum dona, quae in templis deorum suspendebantur, vel reponebantur et *donaria* vocabantur. Ita semel Luc. 21, 5. Caeterum vid. Ἀνάθεμα et loca Judith. 16, 19. 2 Macc. 2, 13. 5, 16. 9, 16. 3 Macc. 3, 17. Num. 16, 37—39.

Ἀναιδεια, ας, ἡ, (ex ἀ priv. et αἰδὼς, *pudor*) *impudentia, — importunitas, — pertinacia.* Semel Luc. 11, 8. ubi importunam pertinaciam significare videtur. Etiam Jer. 8, 5. adjectiv. ἀναιδὴς est pertinax.

Ἀναίρεσις, εως, ἡ, *internecio, caedes.* Semel Act. 8, 1. (et c. 22, 20. in text. vulg.) Judith. 15, 3. 2 Macc. 5, 13.

Ἀναιρέω, ῶ, fut. ήσω, med. ἀναιρέομαι, 1) *humo tollo, suscipio;* Exod. 2, 10. Num. 16, 37. — De infantibus dictum, ut latinorum *tollere* (v. c. Terent. Aud. 1, 3. 14. ib. 3, 1. 6. Adelph. 5, 3. 23. *Cicer.* Div. 1, 21.), est: infantem humo suscipere, suum declarare, *alere, educare.* Sic Act. 7, 21. et saepius apud profanos. *Hesych.* Ἀναιρεῖν τὸ τεχθὲν — ἀνατρέφειν. — 2) *e medio tollere;* de rebus: *abolere, profligare, vi sua privare.* Sic Hebr. 10, 9. Similiter Test. XII. patr. ap. Fabr. C. Pseud. I, 681. ἡ ταπείνωσις ἀναιρεῖ τὸ μῖσος, ἡ μετάνοια ἀναιρεῖ τὴν ἀπείθειαν, καὶ φυγαδεύει τὸ σκότος, — et p. 691: ἀναιροῦντες τὸν διάβολον ἐν ταῖς ἀγαθαῖς ὑμῶν πράξεσι. — *Xenoph.* Cyrop. I, 1. 1. ἀναιρεῖν τὴν ὀλιγαρχίαν. — De hominibus: e medio tollere, *vita privare,* Luc. 22, 2. *trucidare* Matth. 2, 16. ἑαυτὸν ἀναιρεῖν Act. 16, 27. *supplicio afficere* Luc. 23, 32. Act. 10, 39. 12, 2. 22, 20. Saepissime apud LXX. et profan.

Ἀναίτιος, ίου, ὁ, ἡ, (ex ἀ prip. et αἴτιον *culpa*) *insons, qui sine culpa est.* Bis Matth. 12, 5. 7.

Ἀνακαθίζω, fut. ίσω, 1) *erigo,* 2) *me erigo.* Saepius de jacentibus ubi iterum *erecti sedent;* ita Luc. 7, 15. Act. 9, 40.

Ἀνακαινίζω, fut. ίσω, *renovo, instauro; — restituo in pristinum statum* Ps. 104, 30. 103, 5. Thren. 5, 21. Sic Hebr. 6, 6. ἀνακαινίζειν (quod quidam hic passive ex usu infinitivi activi pro passivo apud Hebraeos intelligunt, alii

rectius aptive de ductoribus christianis) εἰς μετάνοιαν, reducere ad poenitentiam, ad fidem priorem eos ducere.

Ἀναχαινόω, ῶ, fut. ώσω, *renovo*, i. q. ἀναχαινίζω. In N. T. non nisi a Paulo usurpatur de illa animi emendatione, quae in Christiano efficitur per spiritum sanctum et cum in vera rerum divinarum cognitione, tum in sincero sanctitatis studio cernitur. 2 Cor. 4, 16. ὁ ἔσωθεν (ἄνθρωπος) ἀνακαινοῦται, quotidie renovatur, i. e. crescit, novus ille homo (νέος ἄνθρωπος Coloss. 3, 10.), quem spiritus sanctus in me creavit; i. e. quotidie animus crescit cognitione, virtute, spe christiana. Coloss. 3, 10. ἀνακαινούμενος εἰς ἐπίγνωσιν, renovatus ad cognitionem, i. e. cognitione imbutus, sapientia nova spirituali instructus. coll. Eph. 4, 23.

Ἀνακαίνωσις, εως, ἡ, *renovatio*. Deinde apud Paulum metaphorice ea mentis mutatio, quam sub v. ἀνακαινόω descripsimus. Rom. 12, 2. μεταμορφοῦσθαι τῇ ἀνακαινώσει τοῦ νοὸς, transformari mentis renovatione, i. e. mentis emendatione novi fieri homines. Tit. 3, 5. ubi baptismus appellatur λουτρὸν ἀναγεννήσεως καὶ πνεύματος ἁγίου, balneum, quo spiritus sanctus nos novos reddit homines, quo novus homo in nobis creatur. coll. Jo. 3, 5.

Ἀνακαλύπτω, fut. ψω, (ex ἀνὰ et καλύπτω, *velo*) *velamen retraho, revelo, detego*. Deut. 22, 30. Saepius tropice de intellectus quasi velamine. Ita 2 Cor. 2, 14. τὸ κάλυμμα μὴ ἀνακαλυπτόμενον, velamen non retractum est i. e. ignorantia, intelligentiae defectus, non sublata. Ibid. vers. 18. ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, detecta facie (coll. vers. 13.) i. e. sine impedimento, clarissime. cf. Job. 23, 16. Jes. 22, 14. Tob. 12, 7.

Ἀνακάμπτω, fut. ψω, (quod in LXX vers. maxime hebr. שוב respondet) 1) reflecto, recurvo. 2) reflecto me, *reflecto cursum, revertor*. Matth. 2, 12. Act. 18, 21. Hebr. 11, 5. Dicitur quoque Luc. 10, 6. de vi benedictionis ad benedicentem redeunte. Praeterea non legitur in N. T.

Ἀνάκειμαι, fut. εἰσομαι, 1) *situs sum*; graeci v. c. de statuis et donariis. Ita semel in N. T. Marc. 5, 40. in textu vulg. plane rejectum ibi a Griesb. — 2) *discumbo*; Jo. 6, 11. de iis, qui more veterum in lectis triclinaribus discumbebant ad mensam; Jo. 13, 23. coll. Jo. 1, 18. Luc. 16, 22. Matth. 8, 11. 26, 7. 20. Marc. 14, 18. 16, 14. — Inde 3) *convivor*, Matth. 9, 10. Luc. 7, 37. coll. 3 Esdr. 4, 10. ὁ ἀνακείμενος *convivа*, Matth. 22, 10. 11. Luc. 22, 27. Jo. 13, 28. Saepius non legitur.

Ἀνακεφαλαιόω, ῶ, fut. ώσω, 1) in unum caput redigo, *summam rei repeto* s. *comprehendo*; *ich recapitulire*. Sic saepius de oratoribus summam rei in orationis fine repetentibus. 2) ἀνακεφαλαιοῦμαι de rebus variis et diversis dictum,

est: *comprehendor*, in unam quasi rem, *in unum caput recolligor*. Ita Rom. 13, 9. de legibus diversis in una amoris mutui lege comprehensis; Eph. 1, 10. de Judaeis et paganis in unam ecclesiam collectis. cf. Eph. 2, 14. 15.

Ἀνακλίνω, fut. νῶ, 1) *reclino*, facio, ut aliquis reclinis jaceat. Luc. 2, 7. de infante: *repono*. — Marc. 6, 39. Luc. 9, 15. 12, 37. Matth. 14, 19. de cibo recreandis: *facio discumbere, jubeo, ut recumbant*. — Med. Ἀνακλίνομαι, *ad coenam accumbo, convivor*. Luc. 7, 36. — Matth. 8, 11. Luc. 13, 29. „convivari in regno Messiae" i. e. hujus regni ejusque felicitatis participem fieri. Seriores enim Judaeos arbitratos esse, magnum in Messiae regno epulum locum esse habiturum, notum est. cf. *Schoettgenii* hor. hebr. ad h. l. 4 Esdr. 2, 38. 6, 49. sq. Inde servator in regno suo describendo saepius utitur formulis et imaginibus ab epulo ductis, tanquam Judaeis notissimis. vid. Matth. 22, 1 sqq. 25, 1 sqq. 26, 29. Marc. 14, 25. Luc. 14, 15 sqq. 22, 16. 18. 30. — Saepius non legitur.

Ἀνακόπτω, fut. ψω, 1) *repello, retundo*. 2) *cohibeo, remoror*, Sap. 18, 23. τὴν ὀργὴν, iram *cohibere*, poenam retardare. *Philo* de monarch. p. 821. ὁρμὰς ἀνακόψαι impetum reprimere. Sic semel Gal. 5, 7. in textu vulg. ubi Griesb. ἐνέκοψε. Vid. ἐγκόπτειν.

Ἀνακράζω, fut. άξω, *exclamo, vociferor*, ich schreie auf; *magnum clamorem edo*. Marc. 1, 23. 6, 49. Luc. 4, 33. 8, 28. 23, 18. coll. 1 Sam. 4, 5. Joel 3, 16. (in textu hebr. c. 4, 16.) Saepius non habetur.

Ἀνακρίνω, fut. ινῶ, (ex ἀνὰ et κρίνω *discerno, judico*) proprie de eo dicitur, qui eo, ut judicium possit ferre, pervenire studet (ut ἀνὰ sit ad finem tendentis) ideoque est 1) *examino, investigo, scrutor*, et quidem studiose, Act. 17, 11. (LXX hebr. חָקַר 1 Sam. 20, 12.) — 1 Cor. 10, 25. 27. μηδὲν ἀνακρίνοντες, nil anxie investigantes scil. utrum sint carnes e victimis gentilium residuae, (quae in foro vendebantur) nec ne. — Sensu forensi: *examino causam*, reum interrogo, ich verhöre gerichtlich, Luc. 23, 14. Act. 4, 9. 24, 8. 28, 18. coll. Susann. vers. 48 et 51. — 2) *judicium fero, rem dijudico*, 1 Cor. 2, 14. 15. et quidem aut *judicio comprobo, probo, laudo*, 1 Cor. 4, 3. 4. aut judicio *improbo, damno, reum judico*, 1 Cor. 9, 3. 14, 24. ἀνακρίνεται i. q. ἐλέγχεται, erroris, improbitatis convincetur, vid. vers. sq. — et sensu forensi Act. 12, 19. quia ibidem sequitur, custodes abductos esse scil. ad supplicium. *Phavorin.* Ἀνακρίνω· τὸ πραχθὲν ἐξετάζω, εἰ καλῶς ἢ κακῶς ἐπράχθη. — Ἀνακρίνειν· ἐξετάζειν, ἀναπυνθάνεσθαι, ἐπερωτᾶν, ἐλέγχειν, βασανίζειν. — Praeterea non legitur in N. T.

Ἀνάκρισις, εως, ἡ (ab ἀνακρίνω quod vid.), *interrogatio*

sio, *causae cognitio*, *inquisitio*. Semel Act. 25, 26. et semel in V. T. 3 Macc. 7, 4. eodem sensu. *Phavor.* Ἀνάκρισις ἐξέτασις.

Ἀνακύπτω, fut. ψω, (ex ἀνὰ et κύπτω scl. τὴν κεφαλὴν) 1) *caput erigo*, *caput attollo*, quare LXX ita verterunt hebr. נשא ראש Job. 10, 15. et Luc. 21, 28. conjunguntur ἀνακύψατε καὶ ἐπάρατε τὰς κεφαλὰς ὑμῶν, quorum quidem hic sensus est: bono jam animo estote, ut etiam apud profanos saepius. — Jo. 8, 7. 10. ubi de eo dicitur, qui antea ibid. vers. 6. 8. κάτω κύψας dictus fuerat, i. e. qui caput solum versus inclinaverat. 2) *corpus erigo*, corpore erecto sto vel incedo. Ita Luc. 13, 11. ut intelligitur e vers. 13. ubi ἀνωρθώθη opponitur. Saepius non habetur.

Ἀναλαμβάνω, fut. λήψομαι, 1) *sursum tollo*, in die Höhe nehmen, aufheben, Ezech. 8, 3. Dan. 4, 31. In N. T. hoc sensu tantum in formula ἀνελήφθη εἰς τὸν οὐρανὸν, sublatus est in coelum, Marc. 16, 19. Act. 1, 11. 10, 16. vel ἀνελήφθη simpliciter, ubi εἰς τὸν οὐρ. supplendum, Act. 1, 2. 22. 1 Tim. 3, 16. Est hebr. רעל העליה 2 Reg. 2, 11. Caeterum vid. 2 Reg. 2, 9. Sir. 48, 14. 49, 9. coll. 44, 16. ubi μετετέθη pro ἀνελήφθη. 1 Macc. 2, 58. Tob. 3, 16. ἐπίταξαν ἀναλαβεῖν τὸ πνεῦμα μοῦ, de morte. Ita et Philo ἀναλαμβανόμενος (de vita Mos. p. 696.) de Mosis morte. — 2) *suscipio*, *recipio*, — in navem Act. 20, 13. 14. — in equum Act. 23, 31. equo impono; — in societatem 2 Tim. 4, 11. coll. Gen. 45, 18. — in humeros, in humeris sublatum fero Act. 7, 43. vid. Amos 5, 25. ubi est נשא. Solebant veteres simulacra Deorum multa pompa circumferre. Vid. *Rosenmülleri* Schol. ad locum Amosi, Num. 1, 50. et *Künoel.* ad loc. l. Actor. — Denique de armis est: arma reposita suscipere, *arma capere*, Eph. 6, 13. 16. coll. Deut. 1, 41. Jer. 46, 3. 2 Macc. 10, 27. et saepius apud profanos. Vid. etiam 2 Macc. 6, 23. ubi de consilio dicitur. Praeterea non habetur in N. T.

Ἀνάληψις, *susceptio*, *receptio*. Semel in N. T. Luc. 9, 51. de ascensione Christi in coelum. Eodem modo in test. XII Patriarch. (Fabr. Cod. Pseud. I, p. 585.) ἕως ἀναλήψεως αὐτοῦ, usque ad tempus, quo efferetur in coelum. In V. T. non legitur haec vox.

Ἀναλίσκω, pro insusitato ἀνάλόω, a quo fut. ἀναλώσω, 1) *impendo*, Sap. 13, 12. 2) *consumo*, *aboleo*, *perdo*. Luc. 9, 54. 2 Thess. 2, 8. Gal. 5, 15. μὴ ὑπὸ ἀλλήλων ἀναλωθῆτε, ne ipsi causa interitus existatis i. e. aliis ansam praebeatis vos persequendi et opprimendi. Suspicor autem, apostolum scribere voluisse ὑπὸ ἄλλων sive ἀλλοτριῶν. —

Ἀναλογία, ας, ἡ, *proportio*, *similis ratio*, Gleichheit, Verhältniss. Semel in N. T. Rom. 12, 6. ubi κατὰ τὴν

ἀναλογίαν τῆς πίστεως plurimi interpretes vertunt: pro ratione virium et facultatum a Deo concessarum, i. q. vers. 3. κατὰ τὸ μέτρον τῆς πίστεως. Potest vero etiam πίστις accipi sensu objectivo: pro ratione fidei, quam alii τῷ προφητεύοντι i. e. docenti, potissimum de rebus futuris, habent. cf. 1 Cor. 14, 29 sqq. — In graeco cod. V. T. non habetur. Ἀνάλογος Sap. 13, 5.

Ἀναλογίζομαι, 1) *reputo*, secundum proportionem aliquid considero, ut arithmetici solent in computando. 2) *considero, perpendo* simpliciter, ut 3 Macc. 7, 7. Eodem modo accipitur Hebr. 12, 3. ubi autem mallem vertere considerando comparare; ἀναλογίσασθε i. e. reputate igitur Christi παθήματα et vestra.

Ἄναλος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ἅλς *sal*, sale carens; deinde *insipidus, fatuus*. Semel Marc. 9, 50. ubi ἅλας ἄναλον sal sine sale est sal corruptum, ineptum, fatuum, acrimonia sua destitutum.

Ἀνάλυσις, εως, ἡ, graecis est *dissolutio*, — dissolutio societatis, *discessus*, — discessus e vita, *mors*. Sic semel 2 Tim. 4, 6. et ἀναλύσαι Phil. 1, 23. ubi vid. *Schoettgenius* in hor. hebr. *Philo* in Flacc. p. 991. eodem sensu dixit τελευταία ἀνάλυσις.

Ἀναλύω, fut. ύσω, 1) *dissolvo*, Sir. 3, 15. 2) *abeo, discedo*, Judith. 13, 1. 2 Macc. 12, 7. — nec minus *redeo, revertor*, Luc. 12, 36. coll. Sap. 2, 1. 5, 12. 16, 14. — 3) discedo e vita, redeo ad Deum, *morior*. Phil. 1, 23. Saepius apud profanos, in cod. V. T. graeco hoc sensu vero non legitur.

Ἀναμάρτητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ἁμαρτάνω inserta soni causa litera ν) 1) non aberrans, 2) *non peccans*, sine peccato ejusque culpa insons. Vid. Ἁμαρτάνω. Semel Jo. 8, 7. cf. 2 Macc. 8, 4. Deut. 29, 18.

Ἀναμένω, fut. ενῶ, 1) *remaneo, maneo*, Judith. 7, 10. 2) *maneo* ut *expectem*, hinc ἀναμένω τινὰ *expecto* aliquem adjuncta notione patientiae vel fiduciae. Sic semel 1 Thess. 1, 10. Saepius apud profanos.

Ἀνάμεσος, ὁ, ἡ, *medius, intermedius*. In N. T. non nisi neutrum ἀνάμεσον, adverbialiter *inter, per, in medio* occurrit. Loca vid. in Ἀνά.

Ἀναμιμνήσκω, fut. μνήσω, — τινὰ τι, 1) *in mentem revoco*, 1 Cor. 4, 17. — 2) in memoriam revoco, ut considerem, *commonefacio*, 2 Tim. 1, 6. — Medium: 1) mihi in mentem revoco, *recordor, mente repeto*, Marc. 11, 21. 14, 27. 2) *recordando considero*, 2 Cor. 7, 15. Hebr. 10, 32. Eodem sensu ἀνάμνησις νόμου Sap. 16, 6.

Ἀνάμνησις, εως, ἡ, *recordatio, memoria*, Hebr. 10, 3. In locis Luc. 22, 19. 1 Cor. 11, 24. 25. verba εἰς τὴν ἐμὴν

ἀνάμνησιν solemnem memoriam indicant: ad mortis meae memoriam celebrandam; i. q. 1 Cor. 11, 26. τὸν θάνατον τοῦ κυρίου καταγγέλλειν.

Ἀνανεόω, ῶ, fut. ώσω, *renovo, restauro.* 1 Macc. 14, 18. 22. Semel in N. T. Eph. 4, 23. eodem sensu quo ἀνακαινόω, quod vid. coll. hebr. חדש Ps. 51, 12. Similiter *Marc. Ant.* 4, 3. ἀνανέου σεαυτόν.

Ἀνανήφω, fut. ήψω, 1) ex ebrietate ad me redeo et mentis compos fio. 2) metaphorice; *resipisco, ad me redeo.* Saepius apud profanos. In N. T. semel 2 Tim. 2, 26. ἀνανήψωσιν ἐκ παγίδος διαβόλου, expedire sese ex diaboli s. impietatis illecebris.

Ἀνανίας, α, ὁ, *Ananias.* Nom. pr. — Tres hujus nominis commemorantur in N. T. 1) Ananias, *Hierosolymitanus*, ut videtur, Act. 5, 1—6. 2) Ananias, christianus *Damascenus*, Act. 9, 10—18. 22, 12. sqq., de quo utroque praeterea nil constat; 3) Ananias, *Nebedaei filius*, Judaeorum pontifex maximus inde ab anno Claudii Imperat. septimo usque ad Neronis imperii initia, Act. 23, 2. sqq. 24, 1. *Joseph.* Ant. Jud. 20, 5. 2.

Ἀναντίῤῥητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv., ἀντὶ et ῥέω *dico*) cui contradici non potest, *extra omnem dubitationem positus.* Sic semel Act. 19, 36. Suid. ἀναντίῤῥητον· τὸ ἀντιλογίαν μὴ δεχόμενον.

Ἀναντιῤῥήτως, adv. *sine contradictione, vel repugnantia.* Semel Act. 10, 29. ἀναντιῤ. ἦλθον, nil obloquutus, non repugnans veni.

Ἀνάξιος, ίου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ἄξιος interposita litera ν euphoniae gratia) *indignus*, Jer. 15, 29. Sir. 25, 8. Sic semel 1 Cor. 6, 2. ubi est: indignus, qui non habeat satis auctoritatis et judicii.

Ἀναξίως, adv. *indigne.* 2 Macc. 14, 42. Bis de usu sacrae coenae 1 Cor. 11, 27. 29. ubi τὸ ἀνάξιον in eo est, quod quidam illa coena tanquam epulo ad satiandum corpus (cf. vers. 21. 22.) non vero tanquam epulo, quo mors servatoris celebranda sit (vers. 26.), utebantur; igitur *non reverenter, non qua decet pietate.*

Ἀνάπαυσις, εως, 1) τὸ *cessare a motu*, v. c. labore, itinere, das Aufhören einer Bewegung, Handlung, Apoc. 4, 8. ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσι λέγοντες, nunquam cessant dicere. c. 14, 11. ἀναπ. οὐκ ἔχουσι scl. τοῦ βασανισμοῦ nunquam cessant pati. Hoc sensu LXX. usi sunt voc. ἀναπαύσεις ad vertendum hebr. שבתון Levit. 25, 8. — 2) *quies* inde orta, *requies, status*, sive etiam *locus quietis.* Matth. 12, 43. Luc. 11, 24. coll. Genes. 8, 9. Jes. 34, 14. ubi in textu hebr. est מנוחה. 3) ad animum translatum: *tranquillitas* et ex adjuncto (ut notioni laboris, τοῦ πόνου adjungitur notio

aerumnarum) *felicitas* animi. Matth. 11, 29. Sir. 6, 29. 51, 27. coll. Pſ. 116, 7.

Ἀναπαύω, fut. αύσω, 1) *defino a motu, a labore,* Deut. 28, 65. 2) *requieſco, et,* quod adjunctum eſt, *me recreo,* Matth. 26, 47. Marc. 6, 31. 14, 41. Luc. 12, 19. ubi eſt: define a curis. — Apoc. 6, 11. ἵνα ἀναπαύσωνται ἔτι χρόνον, ut definant adhuc poenas imprecari; alii: ut patienter expectent. Ibid. 14, 13. ἀναπαύεσθαι ἐκ τῶν κόπων liberari ab aerumnis et calamitatibus, quas ſcl. in vita experti fuerant. coll. Mich. 4, 4. — 3) ad animum ſi transfertur, eſt: facio ut cedant curae et inquietudo, *recreo, exhilaro,* Matth. 11, 28. 1 Cor. 16, 18. 2 Cor. 16, 18. Philem. 7. et 20. Sir. 3, 6. coll. 6, 28. Jeſ. 14, 3. 4) Med. ἀναπαύεσθαι, ſiſto pedem, *requieſco, habito* in aliquo loco. De ſpiritu Dei dicitur ſequente ἐπί, et eſt i. q. κατοικεῖν in ſimili formula: *alieui ſemper adſum, in illum operor.* Ita 1 Petr. 4, 14. ex hebraismo נוח על Jeſ. 11, 2. (LXX. ἀναπαύεσθαι), Num. 11, 26. 2 Reg. 2, 15. (LXX. ἐπαναπαύεσθαι). Eadem formula eodem ſenſu in Teſt. XII patr. (Fabric. Cod. Pſ. I, p. 737.) — Saepius non habetur in N. T.

Ἀνάπειθω, fut. είσω, (ex ἀνὰ et πείθω *perſuadeo*) *perſuadeo* in malam partem, *induco* aliquem ut credat vel faciat aliquid, *ſeduco, inſtigo.* Semel Act. 18, 13. coll. 1 Macc. 1, 11. LXX. hebr. פתה *decepit, ſeduxit,* Jerem. 29, 8.

Ἀναπέμπω, fut. ψω, *remitto,* Luc. 23, 11. Philem. verſ. 12. Ita etiam Luc. 23, 7. 15. Jeſus enim antequam ad Pilatum duceretur, a Synedrio, magiſtratu judaico, interrogatus fuerat, quod eum deinde adduxerat ad Pilatum, cf. verſ. 1. et 22, 66. Quum igitur Jeſum Herodi mitteret Pilatus, remiſit eum utique judicibus judaicis. Poſſet vero etiam in utroque loco verti: *iterum mittere,* ita ut alteram vicem, qua ducebatur Jeſus ad judices, non vero idem forum, cui remittebatur, indicaret. In cod. graeco V. T. ἀναπέμπειν non legitur.

Ἀνάπηρος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀνὰ et πηρὸς *mutilus*) *mutilus, membris captus; — debilis, uſu membrorum vel membri cujusdam deſtitutus.* Bis Luc. 14, 13. 21. coll. 2 Macc. 8, 24. *Heſych.* ἀνάπηρος· πηρὸς, τυφλὸς, νοσώδης.

Ἀναπίπτω, fut. πεσῶ, 1) *humi procumbo, decumbo,* v. c. ad ſomnum capiendum Gen. 49, 9. cum foemina ad venerem exercendam Suſann. verſ. 37. In N. T. ſolum de decumbentibus ad cibum capiendum; Chriſti enim tempore Judaei ad menſam non ſediſſe ſed procubuiſſe notum eſt. Eſt vero cum: *diſcumbo in terra,* ut Matth. 15, 35. Marc. 6, 40. 8, 6. Jo. 6, 10. — tum: *accumbo ad menſam* (ſcl. τοῦ φαγεῖν ut plene legitur Tob. 2, 1.) Luc. 14, 10. Jo. 13, 12.

21, 20. — 2) *accumbo et epulor*, *epulor* simpliciter (ut ἀνακλίνω), Luc. 11, 37. 17, 7. 22, 14. coll. Sir. 25, 18. Judith 12, 16. Saepius non legitur.

Ἀναπληρόω, ῶ, fut. ώσω, *impleo*, *repleo*, ich erfülle, *füllе aus*. De variis rebus dictum vario modo verti potest; ubique tamen haec notio primaria valet. Dicitur 1) de mensura *temporis*, et est: *certum tempus emetior* Gen, 29, 28. passive de tempore ipso: *absolvor*, *elabor*. Ita Levit. 12, 6. Esth. 1, 5. 2, 12. 15. et in N. T. de tempore vaticinii: ἀναπληροῦται αὐτοῖς ἡ προφητεία absolvebatur hoc eventu vaticinium, q. d. eventum habuit. Sic ἀναπληρωσις 3 Esd. 1, 57. cui 2 Chron. 36, 21. respondet מלאות. 2) de definito numero *actionum*, sive de *opere*, ubi est: *rem conficio*, v. c. templi aedificationem 1 Reg. 7, 51. In N. T. de praecepto singulari servatoris: *perficio*, Gal. 6, 2. ubi Paulus fortasse praeceptum domini Jo. 13, 14. 34. vel praeceptum, quod aliunde cognovit, respexit. Huc et pertinet formula ἀναπληροῦν τὰς ἁμαρτίας 1 Thess. 2, 16. peccatorum numerum perficere, quem scl. Deus consilio suo a sceleratis implendum statuisset; de qua re vid. Matth. 23, 32. Gen. 15, 16. et 2 Macc. 6, 13—15. — 3) de loco et defectu rei, ubi, quia replens etiam est supplens, est *suppleo defectum*, *compensio*. Sic Gen. 2, 21. et in N. T. ἀναπληροῦν τὸ ὑστέρημα τινος supplere alicujus defectum s. absentiam i. e. quod ad sensum attinet: officia ejus vice praestare, 1 Cor. 16, 17. Phil. 2, 30. coll. 4, 18, et προσαναπληροῦν. 2 Cor. 9, 12. Hinc explicanda est formula ἀναπληροῦν τὸν τόπον τινὸς 1 Cor. 14, 16. supplere locum alicujus, *in ejus loco esse*, quod deinde: *esse*, *comparatus esse ut aliquis*, h. l. esse idiota; quo sensu etiam Rabbinos dixisse: מלא מקום *implere locum alicujus*, i. e. ei similis esse, auctores sunt *Rhenferd.* de stylo N. T. p. 400. et *Buxtorf.* lex. Talm. Rabb. p. 2001. sub voce מקום.

Ἀναπολόγητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ἀπολογέομαι, inserta litera ν euphoniae causa) qui excusari, defendi, a culpa liberari, absolvi non potest, *non excusandus*, *a culpa non absolvendus*, *innocens non pronuntiandus*. Bis Rom. 1, 20. 2, 1. In cod. graec. V. T. non habetur, nec adeo frequens est profanis. cf. *Raphelii* annot. ex Polyb. ad h. l.

Ἀναπτύσσω, fut. ύξω, *expando*, *explico*. Semel Luc. 8, 25. coll. Deut. 22, 17. 2 Reg. 19, 14.

Ἀνάπτω, fut. ψω, *incendo*, *accendo*. Ter. Luc. 12, 49. Act. 28, 2. Jac. 3, 6.

Ἀναρίθμητος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ἀριθμός, *numerus*, interposita litera ν euphon.), *innumerabilis*. Semel Hebr. 11, 12. coll. Job. 21, 33. Sap. 7, 11.

Ἀνασείω, fut. σείσω, (ex ἀνὰ et σείω, quatio) 1) concutio; 2) ad animum translatum: concito, commoveo, instigo, nostrum aufregen. Semel Marc. 15, 11. In Aquilae vers. Job. 2, 3. hebr. נסה respondet.

Ἀνασκευάζω, fut. άσω (ex ἀνὰ et σκεῦος, vas, supellex 1) supellectilem colligo migrandi causa; 2) everto, desolo, diruo. Ita improprie Act. 15, 24. ἀνασκευάζειν τὰς ψυχάς, animum evertere, i. e. mentem perturbare. Vid. etiam ἀνατατόω. Sic Polyb. lib. 9, 26. ἀνασκευάζειν ὅρκους καὶ συνθήκας jusjurandum et foedera evertere. In cod. graeco V. T. non legitur. —

Ἀναστάω, fut. άσω (ex ἀνὰ et σπάω, traho) sursum traho, extraho. Bis. Luc. 14, 5. Act. 11, 10. coll. Hab. 1, 15.

Ἀνάστασις, εως, ἡ, (ab ἀνίστημι, erigo) 1) erectio, resurrectio, vel jacentis vel lapsi. Ita semel in N. T. sensu tropico Luc. 2, 34. ubi πτώσει opponitur: εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν in offendiculum et resurrectionem i. e. aliis in damnum scl. novum, quatenus in illum peccabunt, aliis in reparationem damni scl. prioris, miseriae a Messia tollendae. Sic in Psalter. Salomon. Ps. 3, 13. (Fabric. C. Ps. I, p. 927.): οὐκ ἀναστήσεται ἡ ἀπώλεια τοῦ ἁμαρτωλοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, nunquam reparabitur damnum sive interitus peccatorum. — 2) resurrectio e morte, corporis jam emortui nova hujus vitae inchoatio. Ita Hebr. 11, 35. ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν, mulieres quaedam (majorum) amatos, qui vitam exhalaverant, ἔλαβον ἐξ ἀναστάσεως i. e. ἀναστάντας i. e. receperunt vitae restitutos. Respexit ad 1 Reg. 17, 17. sqq. 2 Reg. 4, 20—36. — Eodem sensu Jesu in vitam restituto tribuitur ἀνάστασις s. ἀναστ. ἐκ νεκρῶν, Act. 1, 22. 2, 31. 4, 33. 17, 18. Rom. 1, 4. 6, 5. Phil. 3, 10. 1 Petr. 1, 3. 3, 21. — 3) resurrectio futura communis omnium mortuorum, ἀνάστασις ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ Jo. 11, 24., quae dicitur vel simpliciter ἀνάστασις, vel ἀνάστασις νεκρῶν, et ἐκ νεκρῶν, (2 Macc. 7, 9. ἀναβίωσις ζωῆς), Act. 17, 32. 24, 15. 21. 26, 23. 1 Cor. 15, 12. 13. 21. 42. Hebr. 6, 2. et Hebr. 11, 35. ut distinguatur ab ea, de qua antea diximus, κρείττων ἀνάστασις appellatur, quippe dans αἰώνιον ἀναβίωσιν (2 Macc. 7, 9.). Eam negarunt Sadducaei, Matth. 22, 23. 28. 30. 31. Marc. 12, 18. 23. Luc. 20, 27. 33. 35. Act. 4, 2. 23, 6. 8. et quidam christianorum 2 Tim. 2, 18. Duplex ἀναστ. in N. T. commemoratur, scl. prima ἀνάστασις εἰς ζωὴν s. ζωῆς, resurrectio ad felicitatem aeternam Jo. 5, 29. quae Luc. 14, 14. dicitur ἀναστ. δικαίων i. e. εἰς βασιλείαν τοῦ θεοῦ, ut vers. sq. explicatur, et de qua etiam Luc. 20, 36. est sermo, quam quidem auctor. Apoc. 20, 5. 6. τὴν πρώτην ἀναστ. appellat, eamque ad christianos solos

Ἀφυπνόω, ῶ, f. ώσω, (ex ἀπὸ et ὕπνος somnus) *a somno obruor*, *obdormio*, i. q. καθεύδειν. Legitur non nisi Luc. 8, 23. et Judic. 5, 27. in edit. Aldina pro hebr. שכב. Profanis ἀφυπνίζω est *expergefio*.

Ἄφωνος, ου, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et φωνὴ vox, clamor, lingua) 1) vocem, clamorem, sonum ore non edens, *obmutescens*, vel propter patientiam, Act. 8, 32. coll. Jes. 53, 7. vel prae stupore (ubi, ut loquitur Virgilius, vox faucibus haeret) *attonitus*, Sap. 4, 19. 2 Macc. 3, 29. — 2) *sonos articu-*

latos, mutos quales hominum lingua fatur, non proferens, mutus; de idolis 1 Cor. 12, 2. coll. Pf. 115, 5. Hab. 2, 18. — de brutis 2 Petr. 2, 16. — 1 Cor. 14, 10. οὐδὲν αὐτῶν (scl. φωνῶν) ἄφωνον, nulla hominum lingua est, quae sonos proferret non articulatos, (quales edere solent οἱ γλώσσαις λαλοῦντες).

Ἀχὰζ, ὁ, *Achaz*, nom. propr. indecl. regis Judaeorum. Matth. 1, 9. coll. 2 Reg. 15, 38. c. 16. 2 Chron. c. 27 et 28.

Ἀχαΐα, ας, ἡ, *Achaia*, proprie nomen provinciae in Peloponneso; deinde latius dictum complectebatur Peloponnesum et Graeciam usque ad Thessaliam, sive Romanorum *provinciam* proconsularem *Achaiam*. Hi enim Graecia subacta, eam diviserant in duas provincias, alteram *Macedoniam*, quae Macedoniam propria sic dictam, Illyricum, Epirum et Thessaliam comprehendebat, alteram *Achaiam*, universam Graeciam liberam inde a Thessalia, simulque Peloponnesum complectentem. Commemoratur Act. 18, 12. 27. 19, 21. 2 Cor. 1, 1. 11, 10. 1 Thess. 1, 7. 8. et ponitur pro Christianis in Achaia, Rom. 15, 26. (16, 5. in textu vulg.) 1 Cor. 16, 15. 2 Cor. 9, 2.

Ἀχαϊκός, οῦ, ὁ, *Achaicus*, ex *Achaia*. — In N. T. nomen propr. viri christiani, 1 Cor. 16, 17. et in fine epistolae in edit. vulg.

Ἀχάριστος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et χαρίζομαι, gratificor) *ingratus, gratias non referens*; Bis, Luc. 6, 35. 2 Tim. 3, 2. coll. Sir. 29, 17; 25. Sap. 16, 29.

Ἀχεὶμ, ὁ, *Achim*, nom. propr. indecl. viri e majoribus Christi, Matth. 1, 14. commemorati, qui vero in V. T. non occurrit.

Ἀχειροποίητος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. χεὶρ manus et ποιητὸς, factus) *manu non factus*, Coloss. 2, 11. *manu non exstructus*, 2 Cor. 5, 1. Marc. 14, 58.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, 1) nebula; 2) *tenebrae, caligo*. Semel Act. 13, 11. *Hesych.* ἀχλύς· ἡ ἐν ὀφθαλμοῖς λεπτὴ ὕλη, ὁμίχλη, σκοτία, ἀμβλυωπία.

Ἀχρεῖος, α, ον, (ex ἀ priv. et χρεία, utilitas) *inutilis, utilitatem non praebens*, Matth. 25, 30. coll. vers. 26. 27. Vid. etiam Tob. 4, 14. Ex adjuncto: *praemia non meritus*, quia qui utilia nobis non praestat, nec gratias meretur; ita Luc. 17, 10. ἀχρεῖοι, qui nihilominus praemia tanquam debitum a Deo poscere non possunt.

Ἀχρειόω, ῶ, f. ώσω, 1) inutilem reddo; 2) *corrumpo, pendo*, 2 Reg. 3, 19. Jer. 11, 16. 3 Esdr. 1, 56. Sic semel sensu morali, *vitiis corruptus sum*, Rom. 3, 12.

Ἄχρηστος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et χρηστὸς utilis) 1) *inutilis*; 2) *perniciosus, noxius*, etiam *improbus, malae indolis*, Sir. 16, 1. c. 37, 19. Sic Phil. vers. 11. ἄχρηστος est,

qui olim malla erga te voluntate fecerat, damnum tum quasfuerat.

Ἄχρι, et sequente vocali ἄχρις 1) adv. quod verbis junctum est *donec, dum, bis dum,* Luc. 24, 24. Apoc. 15, 18. 17, 17. 20, 3. et in formula ἄχρις οὗ sc. χρόνου, Act. 7, 18. Rom. 11, 25. 1 Cor. 11, 26. 15, 25. Gal. 3, 19. 4, 19. Apoc. 2, 25. 7, 3. Semel ἄχρι οὗ naturam conjunctionis habet Act. 27, 33. vid. no. 2, c. 2) *praepositionis* loco cum genitivum regentis, et quidem a) *loci: usque ad,* Act. 11, 5. 13, 6. 20, 4. 28, 15. Apoc. 14, 20. 18, 5. 2 Cor. 10, 13. 14. ἄχρι καὶ ὑμῶν ad vos quoque veni apostolus, usque ad vos perferre doctrinam officii mei fuit. — b) *gradus summi: usque ad;* in formulis ἄχρι θανάτου ut adeo mortem inferre superem Act. 22, 4. five ut vel mortem pati non detrectarem, Apoc. 2, 10. 12, 11. (Phil. 2, 8. μέχρι θανάτου). Ἄχρι μεμερισμοῦ, Hebr. 4, 12. adeo ut separet. — c) *temporis,* ubi proprie significat *inde a* temporis quodam momento *usque ad* aiterum, igitur durationem periodi temporis, et dicitur α) de *termino ad quem, usque ad,* Matth. 24, 38. Luc. 1, 20. 17, 17. Act. 1, 2. 2, 29. 3, 21. 20, 11. 23, 1. 26, 22. Rom. 1, 13. 5, 13. ἄχρι νόμου usque ad legis mosaicae promulgationem. 1 Cor. 4, 13. 2 Cor. 3, 14. Phil. 1, 6. Hebr. 6, 11. Apoc. 2, 26. Ἄχρι τοῦ νῦν usque adhuc, Rom. 8, 22. Phil. 1, 5. — Ἄχρι τούτου τοῦ λόγου Act. 22, 22. usque ad haec eius verba. — β) de *termino a quo, inde ab,* ut latinor. *usque,* ἄχρι πεντοῦ, Luc. 4, 13. Act. 13, 11. inde ab illo tempore. Quare etiam Act. 27, 33. ἄχρι οὗ scl. χρόνου est inde ab illo tempore, quo etc. i. e. *cum* dies illuxisset. — γ) de *duratione* temporis, sive de temporis definiti periodo tota, ubi est *quamdiu;* Gal. 4, 2. ἄχ. τῆς προθ. quam diu constituit, vult pater. — Ἄχρις οὗ, scl. χρόνου, quam diu, Hebr. 3, 13. coll. 2 Macc. 14, 10. Saepius non legitur.

Ἄχυρον, ου, τὸ, nostris scriptoribus et *palea* dicitur, quae vento solet abigi, Dan. 2, 35. Jes. 17, 13. Job. 31, 18. et vero etiam calamus frumenti, e quo grana extrita sunt, *stramen,* quo utebantur Judaei cum ad pabula (Gen. 24, 25. 32. Jud. 19, 19. Jes. 30, 24.), tum ad ignis usum (Exod. 5, 7.), ubi respondet hebr. תבן. Sic bis, Matth. 3, 12. Luc. 3, 12.

Ἀψευδής, ές, οῦς, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ψευδής mendax) non mendax, *mentiri nescius, veracissimus.* Tit. 1, 2. coll. Sap. 7, 18.

Ἄψινθος, ου, (etiam ἀψίνθιον, τὸ) *absinthium,* Wermuth. In Apoc. c. 8, 11. est nomen stellae, quae in aquas delapsa eas corrumpit et amaritudine lethali inficit. Imago fortasse repetita ex Exod. 15, 23. coll. Cohel. 7, 27. Sir. 28, 25. Jer. 8, 14. Thren. 3, 15. 1 Sam. 15, 32. Jer. 9, 15. 23, 15. In Jonathanis paraphr. chald. ad Deut. 29, 17. legunt: *finis eius erit amarus* באגרנא דמוסא, *sicut absinthium mor-*

tis. Hebr. dicitur בלע Prov. 5, 4. ubi LXX. χολή, Aquila ἀφλεγμάτιστον.

Ἄψυχος, ον, ὁ, ἡ, (ex ἀ priv. et ψυχή anima) *anima carens, vita et sensu carens.* Semel 1 Cor. 14, 7. coll. Sap. 14, 29.

B.

Βάαλ, ὁ et ἡ βάαλ i. e. ἡ τοῦ βάαλ εἰκών, (Num. 22, 41. Hos. 2, 8.) *Baal*, nom. propr. indecl. (Hebr. בעל *dominus*) idolum Cananitarum, Phoenicum, Assyriorum et Babyloniorum, etiam contracte Bel (בל, בע) dictum, solis, ut putant, symbolum. Deinde per synecdochen speciei pro *idololatria* quacunque ponitur. Et sic semel Rom. 11, 4. quae repetita sunt ex 1 Reg. 19, 18. coll. Jer. 2, 8.

Βαβυλών, ῶνος, ἡ, *Babylon*, 1) urbs antiquissima Chaldaeae ad Euphratem sita (Gen. 11.), et sedes regni Assyriorum. In N. T. Matth. 1, 11. 12. 17. Act. 7, 43. ponitur pro tota regione s. terra Assyriorum. — 2) Babylon recentior, urbs quam post excidium antiquioris Seleucus Nicanor condidit ad Tigridem, haud procul ab antiqua distantem. Commemoratur 1 Petr. 5, 13. 3) in Apocal. c. 14, 8. 16, 19. 17, 5. 18, 2. 10. 21. Βαβυλὼν est nomen symbolicum sedis et imperii idololatriae, ut antiqua Babylon fuerat cultui veri Dei inimicissima. coll. Jes. 21, 9. Jer. 50, 38. 51, 7. 8. 25. Ps. 137, 8. 9.

Βαθμός, οῦ, ὁ, (verbale a βαίνω scando) gradus, limen; in N. T. semel tropice βαθμὸς scil. τῆς τιμῆς *gradus honoris, dignitatis, auctoritatis*, 1 Tim. 3, 13.

Βάθος, εος, τὸ, respondet latinorum vocabulo *altitudo*, et ut hoc dicitur 1) de *profundo*, altum ex mensura Eph. 3, 18. — altitudo terrae foecundae Matth. 13, 5. Marc. 4, 5. — Rom. 8, 39. οὔτε ὕψωμα οὔτε βάθος: plurimi: *nec coelum nec terra*, ut Jes. 7, 11. Potest vero etiam verti: nec spiritus in aëre (Eph. 2, 2. Luc. 10, 18.) nec daemones in inferno. — tropice: *altum, reconditum, imperveſtigabile*; 1 Cor. 2, 10. τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, imperveſtigabilia consilia Dei, coll. Ps. 92, 5. Sir. 24, 29. Judith 8, 14. — Rom. 11, 33. βάθος πλούτου, imperveſtigabilis immensitas. (Apoc. 2, 12. in edit. vulg.) — 2) de *excelso, sublimo*; Luc. 5, 4. βάθος scil. τῆς θαλάσσης, ut etiam latini dicunt *altum mare*, das hohe Meer. — tropice: *summum, maximum*, 2 Cor. 8, 2. ἡ κατὰ βάθους πτωχεία, summa paupertas. Aelian. V. H. 3, 18. πλοῦτος βαθύς, summae divitiae. Saepius non legitur.

Βαθύνω, f. υνῶ, *profundum facio*, excavo, austiefen. Semel Luc. 6, 48. ἔσκαψε καὶ ἐβάθυνε i. e. βαθέως ἔσκαψε, alte effodit.

Βαθύς, εῖα, ύ, latinor. *altus*; 1) *profundus*, Jo. 4, 11. tropice: ὕπνος βαθύς somnus profundus, Act. 20, 9. coll. Sir.

Sap. 16, 11. — τὰ βαθέα τοῦ Σατανᾶ recondita fol. consilia, i. e. *fraudes, malae artes*, Apoc. 2, 24. coll. Ier. 17, 9. ubi in hebr. est עקב *fallax*. — 2) *summus*; Luc. 24, 1. ὄρθρου βαθέος, summo mane. coll. Marc. 16, 2. Sic etiam saepius apud profanos. Νυκτὶ βαθείᾳ, Fabric. Cod. Pseud. V. T. I, p. 595.

Βαΐον, ου, τὸ, (graecis etiam βαΐς) *ramus palmae*. Semel Jo. 12, 13. coll. 1 Macc. 13, 51. Hesych. βαΐς. ῥάβδος φοίνικος, καὶ βαΐαι.

Βαλαάμ, ὁ, *Balaam, Bilaam*, praestigiator, qui data pecunia excitabatur, ut Dei populum diris devoveret. Num. 22, 5. Deut. 23, 4. Jos. 24, 9. In N. T. cum eo comparantur falsi doctores, Dei filio et eius ecclesiae inimici, lucri causa rem christianam perdere studentes, 2 Petr. 2, 15. Jud. vers. 11. — Apoc. 2, 14. est nomen symbolicum eiusmodi falsorum doctorum, quod vers. 15. graece exponitur per Νικολαΐται, quum בלעם sit עם *vicit*, לעם *populum*, νικῶν λαόν.

Βαλάκ, ὁ, *Balak*, nom. propr. indecl. regis Moabitarum. Apoc. 2, 14. coll. Num. 22, 2 sqq. 23, 7. 24, 10.

Βαλάντιον, ου, τὸ, (etiam βαλλάντιον, ut habent codd. Luc. 12, 33.) quum a βάλλω deriretur). *crumena, loculus*, Beutel zu Geld. Habetur Luc. 10, 4. 12, 33. 22, 35. 36. coll. Joh. 12, 7. Prov. 1, 4. Hesych. βαλάντιον, μαρσύππιον.

Βάλλω, tempora sua formans ab obsoleto βάλω, βαλέω f. βάλῶ, f. βαλῶ et βλήσω; perf. βέβληκα, aor. 2. ἔβαλον, aor. 1. pass. ἐβλήθην, 1) *jacio*, v. c. τὸν ἀλῆρον, Matth. 27, 35. (1 Sam. 14, 42. hebr. ידה) Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Jo. 19, 24. — de arbore fructus deficiente, Apoc. 6, 13. — Cum aliis verbis et particulis conjunctum de rebus valde diversis usurpatur, varieque modo vertendum est, quanquam ubique notio *jaciendi* subjacet. Igitur a) βαλλ. ἀπὸ, *abjicere*, Matth. 5, 29. 18, 8. 9. b) βαλλ. ἐκ, *ejicere*, Apoc. 12, 15. 16. βαλλ. ἐκ τοῦ στόματος ἐκείνου κυνός, evomere adversus aliquem. c) βαλλ. εἰς, *adhuc*, *injicere*, *conjicere*, Matth. 3, 10. 5, 29. 6, 30. 13, 42. 50. Marc. 9, 22. 42. et alibi saepius. — passive βλήθητι, *conjice te*, Matth. 21, 21. Marc. 11, 23. — de retibus; *jacere*, *demittere*, Matth. 4, 18. 13, 47. 17, 27. Marc. 1, 16. Jo. 21, 6. coll. Ies. 19, 8. ubi in hebr. שלך. — de vino, f. aqua; *infundere*, Matth. 9, 17. Marc. 2, 22. Luc. 5, 37. Jo. 13, 5. coll. Jud. 6, 19. Levit. 5, 11. — de gladio: *immittere*, *recondere*, Jo. 18, 11. — de digito: *ingerere* Marc. 7, 33. Jo. 25, 27. — βαλλ. τοὺς χαλινοὺς frenare, Jac. 3, 3. de argento: *recondere*, *injicere*, Matth. 27, 6. Marc. 12, 41—44. Luc. 21, 1—4. τὰ βαλλόμενα pecunia data Jo. 12, 6. βαλλ. ἀργύριον τινὶ, *collocare*, *tradere*. — Tropice βάλλ. εἰς τὴν διάνοιαν excitare in animo consilium, Jo.

13, 2. — d) βάλλ. ἔμπροσθεν (etiam τινὶ Matth. 18, 26. Marc. 7, 27.) et ἐνώπιόν τινος projicere aliquid alicui, ad pedes eius projicere Matth. 7, 6. Apoc. 4, 10. sive objicere Apoc. 2, 14. — e) βάλλ. ἔξω, abjicere, Matth. 5, 13. 13, 48. Luc. 14, 35. Jo. 15, 6. etiam ejicere 1 Jo. 4, 18. — f) βάλλ. ἐπί, injicere, immittere, (Ezech. 21, 22.) imponere, v. c. pacem terrae Matth. 10, 34. onus alicui Apoc. 2, 24. semen spargere super Marc. 4, 26. Ps. 126, 7. — lapides in aliquem Jo. 8, 7. 59. — unguentum spargere in corpus Matth. 26, 12. — falcem immittere Apoc. 14, 16. et ib. vers. 19. cum εἰς. — Passive βάλλεσθαι ἐπὶ κλίνης ἐκεῖτο affixum esse, decumbere, Matth. 9, 2. Marc. 7, 30. etiam absolute sine ἐπί, Matth. 8, 6. βέβληται decumbit, ib. vers. 14. — g) βάλλ. περί, i. e. περιβάλλειν circumponere, Luc. 13, 8. βάλλω scil. περὶ αὐτόν, quod ex antecedentibus repetendum est. coll. Jes. 29, 3. — h) βάλλεσθαι πρός projectum esse, jacere ad, Luc. 16, 20. — i) βάλλειν ἑαυτόν, se projicere, ruere, Matth. 4, 6. Luc. 4, 9. Jo. 21, 7. Huc et refero Act. 27, 14. βάλλειν κατὰ πρῆσσ. scil. ἑαυτόν ruere adversus aliquam, irruere in aliquem. — 2) antecedens pro consequente, jacio v. c. telum pro facio, percutio: Marc. 14, 65. βάλλ. τινὰ ῥαπίσμασιν, infligere alicui alapam. 2 Chron. 26, 15. Hab. 3, 13.

Βαπτίζω, f. ίσω, (a βάπτω) proprie: saepius intingo, submergo, in aquam immergo; respondet hebr. טבל 2 Reg. 5, 14. et apud profanos frequenter occurrit. In N. T. dicitur de sacris lotionibus, sive lustrationibus, quae per aquam purem fiebant, et est 1) in aquam mergo lustrandi causa, aqua abluo, purgo, Marc. 7, 4. Luc. 11, 38. coll. Judith 12, 8. Sir. 31, 25. — 2) baptizo, i. e. solemni ritu in aquam immergo, quod erat symbolum purgationis interna vel a poenis peccatorum, vel a peccandi libidine. Vid. Joseph. antiq. 18, 5. 2. ubi narrat, Joannem Judaeos monuisse, ne baptismo suo uterentur ἐπὶ τινῶν ἁμαρτάδων παραιτήσει, ἀλλ' ἐφ' ἁγνείᾳ τοῦ σώματος, ὅτε δὴ καὶ τῆς ψυχῆς δικαιοσύνῃ προκεκαθαρμένης. Dicitur βαπτ. ἐν ὕδατι Jo. 1, 31. 33. Matth. 3, 11. Marc. 1, 8. et in Lucae scriptis ὕδατι omissa praepositione Luc. 3, 16. Act. 1, 5. 11, 16. βαπτ. ἐν τῷ Ἰορδάνῃ i. e. in aquis Jordani, Matth. 3, 6. coll. 2 Reg. 5, 14. Est autem in activo: baptismi ritum administro Jo. 4, 2. Act. 8, 38. Jo. 3, 22—26. baptismum alicui applico Matth. 28, 19. — in passivo: baptismum accipio, baptismo initior, Matth. 3, 13. 14. Act. 2, 41. 8, 12—16 et alibi saepius. Si construitur cum εἰς est baptismo se obstringere ad aliquid, vel ad praestandum alicui obsequium. Dicitur autem a) βαπτ. εἰς Χριστόν Gal. 3, 27. ad obsequium Jesu praestandum, quare inde colligitur, virtutes quoque Jesu christianos suos fecisse. b) βαπτ. εἰς χριστ. Ἰησοῦν Rom. 6, 3. εἰς τὸ ὄνομά τινος Matth.

18, 19. Act. 19, 5. 1 Cor. 1, 13. 15. c) εἰς τὸν Μωσῆν 1 Cor. 10, 2. eodem sensu. d) εἰς μετάνοιαν Matth. 3, 11. ad sponsionem emendationis, quare Joannis baptismus Act. 19, 4. appellatur βάπτισμα μετανοίας; et βαπτ. εἰς τὸ Ἰωάννου βάπτισμα est i. q. βαπτίζεσθαι εἰς μετάνοιαν, Act. 19, 3. coll. vers. 4. — e) εἰς ἓν σῶμα 1 Cor. 12, 13. in unam societatem s. in unum amorem, quo omnes inuicti sunt arctissime. f) εἰς τὸν θάνατον τοῦ Ἰησοῦ, Rom. 6, 3. baptizari ita, ut mortis Christi beneficia ad nos redundent. — 3) Activum tropice, ut latinor. *imbuo*, est: *alicui largiter suppedito, imbuo*. Sic in formula βαπτίζ. ἐν πνεύματι ἁγίῳ, Jo. 1, 33. Matth. 3, 11. (πνὶ πυρί) Marc. 1, 8. Luc. 3, 16. Act. 1, 5. 11, 16. Similiter Jes. 21, 4. ἡ ἀνομία με βαπτίζει. — 4) Passivum metaphorice: *miseriis mergor, calamitatibus premor*, Marc. 10, 38. 39. (βαπτισθῆναι τὸ βάπτισμα pro εἰς τὸ βάπτισμα coll. Act. 19, 3.) Luc. 12, 50. et Matth. 20, 22. 23. in edit. vulg. — βαπτ. ὑπὲρ τινος 1 Cor. 15, 29. alicuius causa, in alicuius gratiam maximas calamitates subire.

Βάπτισμα, ατος, τὸ, (nomen verbale a perf. pass. verbi βαπτίζω) 1) immersio in aquam; 2) *baptismus*, ritus sacer. Vid. Βαπτίζω. Dicitur a) de *Joannis* baptismo et est vel actus baptizandi, Matth. 3, 7. vel ritus et institutum baptismi a Joanne administrati, Matth. 21, 25. Marc. 1, 4. 11, 30. Luc. 3, 3. 7, 29. 20, 4. Act. 1, 22. 10, 37. 13, 24. 18, 25. 19, 3. 4. — b) de baptismo christiano, Rom. 6, 4. Eph. 4, 5. Coloss. 2, 12. 2 Petr. 3, 21. — 3) *tropice: afflictiones*, quibus quis *undique urgetur, gravissimas*, Marc. 10, 38. 39. Luc. 12, 50. (Matth. 20, 22. 23. in edit. vulg.). Saepius non habetur, nec in cod. graeco V. T. legitur.

Βάπτισμος, οῦ, ὁ, 1) *lotio sacra, ablutio, purgatio*. Marc. 7, 4. 8. Hebr. 9, 10. — 2) *baptismi ritus*, Hebr. 6, 2. διδαχὴ βαπτισμῶν doctrina de ritu baptismali, sel. cum Joannis Judaeorumque, tum Christi. Alii hic lotiones s. purgationes leviticas subintelligunt, sed sequitur impositio manuum etc. quae ad christianam doctrinam unice spectare possunt. Nec hoc legitur in cod. graeco V. T.

Βαπτιστής, οῦ, ὁ, *baptista*, ritum baptismi administrans. Agnomen Joannis, Matth. 3, 1. 11, 11. 12. 14, 2. 8. 16, 14. 17, 13. Marc. 6, 24. sqq. 8, 28. Luc. 7, 20. 28. 33. 9, 19. quod ei etiam a *Josepho* antiq. 18, 5. 2. tribuitur.

Βάπτω, f. ψω, *intingo, immergo*. Ter. Luc. 16, 24. Jo. 13, 26. Apoc. 19, 13. coll. Ex. 12, 22. Lev. 4, 6. 16. 17. hebr. טבל.

Βαραββᾶς, ᾶ, ὁ, *Barrabas*, nomen propr. latronis, qui in haud paucis codd. (vid. Griesb. ad Matth. 27, 16.) Ἰησοῦς βαραββᾶς rectius, ut videtur, quam βαραββᾶς sim-

pliciter appellatur. Matth. 27, 16—26. Marc. 15, 7. 11. 15. Luc. 23, 18. Jo. 18, 40.

Βαράκ, ὁ, Barak, nom. propr. indecl. ducis Israëlitarum; Hebr. 11, 32. coll. Judic. c. 4. et 5. (בָּרָק *fulgur*).

Βαραχίας, ου, ὁ, Barachias, nomen propr. viri ignoti judaici, patris cuiusdam Zachariae, Matth. 23, 35. Vid. *Ζαχαρίας*.

Βάρβαρος, ον, ὁ, ἡ) ut latinor. *barbarus: qui utitur lingua peregrina, ideoque non intelligitur*; LXX. Ps. 114, 1. hebr. לעז i. e. peregrino sermone utens. *Herodot.* 2, 158. βαρβάρους καλέουσι τοὺς μὴ ὁμόφωνους. cf. *Ovid.* Trist. 5, 10. 37. Sic 1 Cor. 14, 11. et Act. 28, 2. 4. ubi Melitenses dicuntur βάρβαροι, quia vulgus a Poenis descendens, non loquebatur lingua graeca vel latina. — 2) si opponitur Ἕλλην, est: *non graece utens sermone*, adjuncta notione *animi non exculti*; deinde: *rudis, inculta*, i. q. ἀπαίδευτος, et ita Rom. 1, 14. Sic quoque Coloss. 3, 11. βάρβαρος popolum rudem quemcunque notare videtur. Saepius non habetur. cf. Es. 21, 31. 2 Macc. 2, 21. 4, 26. 5, 22. 15, 21.

Βαρέω, ῶ, f. ήσω, (a βαρύς) 1) *gravo*, onero כבד. Exod. 7, 14. — In N. T. tropice: *gravis sum somno*, Matth. 26, 43. Luc. 9, 32. Marc. 14, 40. 2) *molestus sum, oneri sum*, 1 Tim. 5, 6. in passivo *premor calamitate, afflicor*, 2 Cor. 1, 8. 5, 4.

Βαρέως, adv. *graviter, difficulter*; v. c. βαρέως φέρειν, Gen. 31, 35. 2 Macc. 14, 27. In N. T. bis Act. 28, 27. Matth. 13, 15. βαρέως ἀκούειν, difficulter audire, aures habere obtusas. In loco Jes. 6, 10. הכבד.

Βαρθολομαῖος, ου, ὁ, Bartholomaeus, nom. propr. apostoli, de quo vid. Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 14. Act. 1, 13.

Βαριησοῦς, Barjesus, (filius, בר, Jesu) cognomen pseudoprophetae, qui commemoratur Act. 13, 6.

Βαρ-ιωνᾶς, ᾶ, ὁ, Bar-Jonas, nom. Simonis Petri, Apostoli, aramaïcum ex בר *filius* et יונה *Jonas*, filius Jonae. Matth. 16, 17.

Βαρναβᾶς, α, ὁ, Barnabas, cognomen Josae, collegae Pauli, patria Cypri, Judaei, Act. 4, 36. 9, 27. et c. 11. c. 12, 25. c. 13—15. 1 Cor. 9, 6. Gal. 2, 1. 9. 13. Coloss. 4, 10. De vi nominis, et quomodo Lucas illud explicare potuerit υἱὸς παρακλήσεως (Act. 4. 36) valde distentiunt interpretes. Plurimi a בר et נבא, *doceo*; filius doctrinae, i. e. doctor insignis.

Βάρος, εος, ους, τὸ, 1) onus, pondus; 2) ut latinorum onus, pondus, gravitas, metaphorice est: a) Sensu bono, *gravitas, auctoritas*, 1 Thess. 2, 7. praestantia, 2 Cor. 4, 17.

βάρος δόξης gravissimam i. e. eximiam, nuncupatam δόξαν, ut 2 Macc. 9, 10. βάρος τῆς ὀσμῆς est summa, (intolerabilis) ὀσμή. b) sensu malo, molestia, vel laboris Matth. 20, 12.; vel officiorum Act. 15, 28. Apoc. 2, 24. coll. Sir. 13, 2. vel molestia ex aliorum erroribus et vitiis nobis creata, Gal. 6, 4.

Βαρσαβᾶς, ᾶ, ὁ, Barsabas, cognomen duorum christianorum 1) Josephi cuiusdam, Act. 1, 23. et 2) Judae cuiusdam, Act. 15, 22. De utroque praeterea nil constat.

Βαρτιμαῖος, ου, ὁ, (i. e. filius (בר) Timaei) Bartimaeus, nomen caeci cuiusdam, Marc. 10, 47.

Βαρύθω, f. ύσω, 1) gravor, deprimor, Sap. 2, 4. 2) metaph. ineris, segnis fio. Semel Luc. 21, 34. ubi edit. vulg. βαρύνομαι, quod eodem sensu dicitur. coll. Ex. 8, 15. Sap. 9, 15.

Βαρύνω, gravo. Luc. 21, 34. in edit. vulg. Vid. Βαρύθω.

Βαρὺς, εῖα, ὺ, hebr. כבד, 1) gravis, ponderosus, Matth. 23, 4. — 2) ut latinor. gravis tropice a) sensu bono: praestans, magni momenti, Matth. 23, 23. τὰ βαρύτερα praecepta gravissima, primi ordinis. coll. 3 Macc. 6, 33. συμπόσιον βαρὺ, convivium splendidum. — b) sensu malo: molestus, difficilis, 1 Jo. 5, 3. coll. Dan. 2, 11. Exod. 18, 18. Sap. 2, 15. — gravis, timendus, violentus, Act. 20, 29. 2 Cor. 10, 10. coll. 3 Macc. 6, 4. Ἥσυχοι βαρεῖς ἀνοικτοί, ἀνιδεῖς, ἀλληλοεῖς. Βαρὺ-δηλοῖ δὲ καὶ μέγα καὶ χαλεπὸν καὶ ἰσχυρόν.

Βαρύτιμος, ίμου, ὁ, ἡ, (ex βαρὺς et τιμὴ) pretiosus, gravis pretii, praestans. Semel Matth. 26, 7. ἀλάβ. μύρου βαρυτίμου, alabastrum unguenti pretiosi, s. praestantissimi.

Βασανίζω, f. ίσω, descendit a βάσανος. Inde est 1) tormentis interpositis examino, inquiro, 2) abjecta notione inquisitionis: crucio doloribus, Matth. 8, 6. Apoc. 9, 5. 12, 2. 2 Macc. 7, 13. — crucio malis poenae loco inflictis, Apoc. 14, 10. 20, 10. coll. Sap. 11, 9. 12, 23. 16, 1. — et quum, qui ita cruciantur mali, etiam coërceantur, est quoque vim et impetum alicuius coërceo, Matth. 8, 29. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. Apoc. 11, 10. 2 Macc. 7, 17. — 3) metaphorice: exerceo, affligo dolore, 2 Petr. 2, 8. cf. Arrian. Epict. 2, 22. — de navi a ventis agitata, laboro, jactor, Marc. 6, 48. Matth. 14, 24.

Βασανισμὸς, οῦ, ὁ, (a βασανίζω) 1) inquisitio per tormenta; 2) cruciatus, gravissimi dolores, Apoc. 9, 5. 14, 11. κάπνος βασαν. i. e. fumus ignis, a quo cruciantur. 3) causa dolorum: calamitates, interitus, Apoc. 18, 7. 10. 15. Apud LXX. non legitur.

Βασανιστὴς, οῦ, ὁ, (a βασανίζω) proprie qui tormenta applicat. Sed Matth. 18, 34. est praefectus carceris

f. ergastuli, quia debitores in carcerem quidem conjiciebantur, sed non torquebantur. Subest notio coërcendi, quam etiam habet verbum βασανίζω. *Symmachus* βασανιστήριον Jer. 29, 2. pro hebr. מַחְבֹּאת, *carcer*.

Βάσανος, ου, ὁ, ἡ, 1) lapis Lydius, coticula, qua metalla explorantur. 2) tormenta quibus vera ex reis extorquentur coll. Sap. 2, 19. 3) *cruciatus, gravissimi dolores*, Matth. 4, 24. Ezech. 12, 18. — potissimum cruciatus malorum in inferno, Luc. 16, 23. coll. Sap. 3, 11. 17, 13. 19, 4.

Βασιλεία, *ίας*, ἡ, hebr. מַלְכוּת sive מַמְלָכָה, 1) *regia potestas, imperium*; Luc. 1, 33. 19, 12. 15. Hebr. 11, 33. Apoc. 16, 10. 17, 12. 17. (Matth. 6, 13. in edit. vulg.) coll. 1 Sam. 28, 17. Sap. 6, 4. 2) *respublica ipsa*, quae imperio subest, Matth. 12, 25. 26. Marc. 3, 24. Luc. 11, 17. 18. — 3) materia imperii, vel *nationes*, Matth. 24, 7. Luc. 21, 10. Marc. 13, 8. vel *terrae* alicuius ditionis, Matth. 4, 8. Marc. 6, 23. Luc. 4, 5. — 4) *regnum Messiae*, cuius nomina in N. T. sunt a) βασιλεία τῶν οὐρανῶν (מַלְכוּת הַשָּׁמַיִם Targ. Mich. 4, 7.) i. e. regnum coeleste, divinum, a Deo instituendum, ita ut idem sit quod βασιλ. τοῦ θεοῦ. Solent enim Judaei *coelum* ponere pro *Deo*. Vid. Οὐρανός. Vel etiam esse potest regnum *in coelis*, quod locum habebit in coelo, quare etiam 1 Tim. 4, 18. dicitur βασιλ. ἐπουράνιος. Legitur autem haec formula βασ. τῶν οὐρανῶν non nisi in Matthaei evangelio, neque in alio N. T. libro occurrit. b) βασιλεία τοῦ θεοῦ, interdum apud Matthaeum, saepissime in Marco et Luca, et passim in reliquis libris, i. q. βασ. τῶν οὐρανῶν. Interdum etiam βασ. τοῦ πατρός. c) βασ. τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου Matth. 13, 41. τοῦ Χριστοῦ, quatenus Jesus, Messias, auctor et rex huius regni est sub Dei auspiciis, quare etiam Eph. 5, 5. appellatur βασ. τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ. — d) βασιλεία τοῦ Δαυὶδ Marc. 11, 10. quia Davidi promissum et a postero quodam Davidis inaugurandum erat regnum. Petita videtur doctrina Judaeorum e locis Dan. 7, 17. 18. 9, 24. 27. coll. Mich. 4. Jes. c. 11. c. 52 et 53. Ps. 2 et 110. — Ex mente Judaeorum autem duplex erat Messiae regnum, alterum *regnum millenare in his terris*, alterum, hoc finito, *regnum aeternum* vel in his terris prorsus renovatis, vel in Hierosolymis coelestibus, s. in coelis locum habiturum. Docebant enim: Messiam in vitam esse revocaturum Judaeos mortuos (resurrectio prima), omnesque, et viventes et resuscitatos, collecturum in unum imperium, mille annos duraturum, cui non solum daemones, in tartarum detrudendi, sed etiam gentiles omnes sint subjiciendi. Quo in regno (de quo Apoc. 1, 5. 6. cogitandum est) Messiam Judaeis epulum splendidissimum, cui et pii majores interfuturi essent, paraturum esse (Matth. 8, 11. Luc. 13, 28. 29. 14, 15. 22, 30. Apoc. 19, 9.). Peractis

mille annis diabolum, vinculis suis excussis, gentiles ad atrocissima contra Messiam eiusque adsectas bella excitaturum esse, at victum in tartarum in aeternum conjectum iri, Messiam autem omnes omnino mortuos tunc resuscitaturum, judicium solemne habiturum et immutata et renovata terra novisque Hierosolymis de coelo demissis, piis cultoribus summa gaudia et aeterna daturum esse. Haec autem gaudia sibi Judaeorum etiam in coelo ipso in Hierosolymis coelestibus, locum esse habitura arbitrati sunt. Vid. Sap. 10, 10. ubi βασ. τοῦ θεοῦ sunt coelicolae, et Test. XII. patriarch. (Fabric. C. Pf. V. T. I, p. 656 sqq.) ubi nova Hierosolyma inhabitantes dicuntur βασιλεύειν ἐν ἀληθείᾳ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. In evangeliis N. T., ubi vel discipuli Jesu, vel Judaei utuntur formula βασ. τοῦ θεοῦ, (v. c. Matth. 3, 2. 18, 1. 20, 21. Luc. 3, 42. Act. 1, 6. Marc. 11, 10.) haud dubie secundum Judaeorum sententiam est intelligenda, ut etiam Apoc. 11, 15. 12, 10. adeoque servator ipse ubi loquitur cum Judaeis, haud raro ex eorum sententia loquitur, v. c. Matth. 8, 11. Luc. 22, 29. 30. Matth. 5, 5. 10. 19, 28. 20, 21—23. — In aliis locis autem certo definiri nequit, quonam sensu Jesus illa formula usus fuerit, v. c. Matth. 4, 17. 5, 10. 19. 20. 7, 21. 16, 19. 28. 18, 3. 4. 23. 12, 28. et alibi. Certum vero est, Jesum quoque regnum sive *felicitatem Christianorum post mortuorum resurrectionem* hoc nomine significasse, v. c. Matth. 25, 34. 26, 29. 18, 8. 9. 13, 43. Neque apostoli de imperio his in terris cogitarunt, sed de *statu felicissimo piorum in coelis* post omnium hominum resurrectionem, 1 Cor. 6, 9. 10. 15, 50. Gal. 5, 21. Eph. 5, 5. 1 Thess. 2, 12. 2 Thess. 1, 5. 2 Tim. 4, 1. 18. Hebr. 12, 28. Jac. 2, 5. 2 Petr. 1, 11. Act. 14, 22. nisi quod quidam 1 Cor. 15, 24. et 2 Tim. 4, 1. de regno Christi his in terris instituendo cogitandum esse opinati sunt. — Praeterea autem βασιλ. τοῦ θεοῦ s. τῶν οὐραν. s. τοῦ Χριστοῦ dicitur in N. T. 1) *de re christiana*, quatenus per Christi doctrinam et ecclesiam colliguntur cives regni divini, Matth. 6, 10. 33. 13, 11. 24. 31. 33. 44. 45. 47. 52. 19, 24. 21, 31. 43. et in locis parallelis Marci et Lucae. Luc. 19, 11. Act. 19, 8. Rom. 14, 17. 1 Cor. 4, 20. Colos. 1, 13. 4, 11. — de societate civium huius regni, Matth. 13, 41. Jo. 3, 3—5. 2) de *vocatione* ad hoc regnum et *admissione* civium, Matth. 20, 1. 22, 2. 23, 13. 25, 1. Luc. 18, 17. Act. 8, 12. quo etiam pertinet formula εὐαγγέλιον τῆς βασ. τ. θ., sive εὐαγγελίζ. τὴν βασ. i. e. annuntiare, patere jam aditum ad regnum Dei, Luc. 4, 43. Marc. 1, 14. Act. 20, 25. 28, 31. — 3) de *imperio*, quod Christus, dominus huius regni, exercet, Jo. 18, 36. ubi sensus est: meum imperium non est respublica politica ab hominibus mihi demandata. Hebr. 1, 8. 1 Cor. 15, 24. Apoc. 1, 9. — 4) de *auctore* regni, *Chri-*

βο; Luc. 17, 21. ἡ βασιλ. ἐντὸς ὑμῶν ἐστι, auctor huius regni jam medios inter vos adest. Marc. 11, 10. εὐλογημένη ἡ ἐρχομένη βασιλεία, i. e. βασιλεὺς ἐρχόμενος. Fortasse etiam in loco vexatissimo Matth. 11, 12. βασιλ. est pro nuntiis regni divini, Joanne baptista et Jesu, dictum. Sic σωτήριον, v. c. Luc. 2, 30. est σωτὴρ; ζωὴ auctor τῆς ζωῆς.

Βασίλειος, εἰον, ὁ, ἡ, regius. 1 Petr. 2, 9. βασίλειον ἱεράτευμα (מַמְלֶכֶת כֹּהֲנִים Ex. 19, 6,) i. e. Deo sacri, ut reges et sacerdotes, Deo unice devoti et ab eo amati. coll. Apoc. 1, 6. Sap. 18, 15. — τὸ βασίλειον scl. δῶμα f. οἴκημα, regia domus, palatium. Luc. 7, 25. coll. Nah. 2, 6. Esth. 2, 13. Epist. Jer. v. 59. Prov. 18, 19. ubi hebr. אֲרמוֹן palatium.

Βασιλεύς, έως, ὁ, 1) dux, praefectus, Jo. 6, 15. Apoc. 9, 11. coll. Ps. 60, 7. — Matth. 10, 18. Marc. 13, 9. Luc. 21, 12. 1 Tim. 2, 2. — 2) caput populi, princeps, qui habet dominium in alios, potens, regulus, qui etiam dicuntur οἱ ὑπερέχοντες, 1 Petr. 2, 13. 17. Act. 17, 7. Matth. 11, 8. 17, 25. 18, 23. Hebr. 7, 1. 2. Luc. 14, 31. 22, 25. Act. 4, 26. 9, 15. alibi. Quare etiam Herodes, cum magnus ille, tum tetrarcha ita appellantur, Luc. 1, 5. Matth. 2, 1. 2, 3. 9. 14, 9. Marc. 6, 1. Act. 12, 1. 25, 13. sqq. Similiter Aretas ἐθνάρχης Damasci, 2 Cor. 11, 32. coll. Jos. 11. Ita etiam Christiani Apoc. 5, 10. (et c. 1, 5. in edit. vulg.) reges dicuntur, quatenus cum Messia populis sunt imperaturi. — 3) rex proprie dictus, i. e. qui summum tenet imperium, nec habet superiorem dominum, Matth. 1, 6. Act. 13, 22. 7, 10. 18. Hebr. 11, 23. 27. Quare Jo. 19, 12. 13. etiam imperator romanus dicitur βασιλεύς, summus dominus Judaeorum. Luc. 10, 24. βασιλεῖς sunt antiqui Judaeorum reges pii. Hoc sensu βασιλεὺς etiam transfertur ad Messiam, et βασ. τῶν Ἰουδαίων, f. Ἰσραὴλ idem est quod Χριστός, Messias, quatenus habet regnum (vid. βασιλεία). Apparet hoc ex Marc. 15, 32. Luc. 23, 35. 36. eodemque sensu habetur Matth. 2, 2. 21, 5. 25, 34. 40. Luc. 19, 38. 23, 2. 3. Jo. 1, 50. 12, 13. 15. 27, 42. Ubi Pilatus et milites romani Jesum ita appellant, est: ὁ λεγόμενος βασιλεύς, Marc. 15, 12. 18. 26. Jo. 19, 21. Matth. 27, 11. 29. 37. Jo. 18, 33. sqq. — Denique Deus dicitur βασιλ., quia omnium est dominus summus, 1 Tim. 1, 17. 6, 15. Apoc. 15, 3. 17, 14. Matth. 5, 35. πόλις τοῦ μεγάλου βασιλ. i. e. Dei, dicitur Hierosolyma, quia ibi Deus quasi habitare et imperii sedem fixisse putabatur.

Βασιλεύω, f. εύσω, (vid. βασιλεύς) 1) dominium habeo, f. exerceo, dominor. Luc. 19, 14. 27. tribuitur homini, qui v. 12. εὐγενὴς dicitur; Matth. 2, 22. Archelao, ethnarchae; Apoc. 5, 10. 20, 4. 6. christianis in regno Messiae. — 2) ex adjuncto: honorem et felicitatem regiam i. e. maximam nanciscor. Sic 1 Cor. 4, 8. ironice: sine me principes

inter christianos, i. e. honoratissimi facti estis. coll. Prov. 9, 6. et Jac. 2, 8. — Apoc. 22, 5. βασιλεύσουσιν summis gaudiis maximisque honoribus fruentur. — 3) *regiam* i. e. *summam potestatem habeo, rex sum, summum imperium exerceo,* 1 Tim. 6, 15. de Deo Apoc. 11, 17. 19, 6. de Christo 1 Cor. 15, 25. Apoc. 11, 15. — De rebus inanimatis, morte Rom. 5, 14. 17, peccato Rom. 5, 21. 6, 12. gratia Rom. 5, 21. si dicitur, est: vim universalem, *vim in omnes exserere.* — Rom. 5, 17. in verbis οἱ τὴν περισσείαν — βασιλεύς. constructio est inversa, et ita resolvenda: ἡ περισσεία τῆς χάριτος εἰς ζωὴν ἐν ἡμῖν βασιλεύσει, ut apparet e versu 21.

Βασιλικός, ή, όν, *regius,* et quidem vel regi subditus, Act. 12, 20. 1 Macc. 13, 15, vel regi conveniens, ib. vers. 21. Esth. 5, 1. 2 Macc. 15, 5. — Jo. 4, 46. 49. βασιλικὸς alii: homo regius, e familia regia; alii rectius: homo aulicus, regis minister. — 2) tropice: *summus, praestantissimus,* Jac. 2, 8. coll. Matth. 22, 38. *Xenoph.* Sympos. I, 8. βασιλικὸν κάλλος. *Joseph.* Antiq. 6, 4. 5. ὕψος βασιλικόν.

Βασιλίσσα, ης, ἡ, 1) *dominium exercens,* Apoc. 18, 7. κάθημαι βασίλισσα sedeo summa dignitate ornata. — 2) *regina.* Matth. 12, 42. Luc. 11, 31. Act. 8, 21. coll. 1 Reg. 10, 1. Dan. 5, 10.

Βάσις, εως, ἡ, (a βαίνω gradior) 1) *gressus, incessus;* 2) *planta pedis,* et pars pro toto: *pes,* quo incedimus. Act. 3, 7. coll. Sap. 13, 19. Exod. 26, 19.

Βασκαίνω, f. ανῶ, latinor. *fascino,* ab aliis a βάσκω derivatur, garrio, loquax sum, deinde maledico, et denique *fascino,* einen beschreien, behexen; ab aliis a φάσκειν καίειν oculis occidere; *oculis fascinare;* deinde *fascinare* simpliciter. Vid. *Aristot.* problem. 20, 34. *Gellii* Noct. Att. 13, 6. semel Gal. 3, 1. ubi est fascinare, *malis artibus capere, in errorem inducere.*

Βαστάζω, f. άσω, 1) *fero, porto, fulcio,* sine notione motus rei, Rom. 11, 18. — 2) impono mihi ut portem vel manu, vel humeris, *porto, fero* Marc. 14, 13. Luc. 7, 14. 11, 27. 22, 10. Apoc. 17, 7. — crucem Jo. 19, 17; improprie perferre Christi fata adversa, Luc. 14, 27. — Metaph. *patienter, constanter perfero,* Rom. 15, 1. Gal. 6, 2. 5. Apoc. 2, 2. 3. — *sustineo,* nostrum ertragen, aushalten, Matth. 20, 12. Act. 15, 10. Gal. 5, 10. — *perfero animo, mente possum capere* Jo. 16, 12. Sic 4 Esdr. 4, 27. „non *capit portare* (in textu graeco fuit: οὐ δύναται βαστάζειν) quae in futuris temporibus justis repromissa sunt." — 3) adjuncta notione motus e loco sive ad locum, *circumfero, mecum habeo,* Jo. 12, 6. Luc. 10, 4. Gal. 6, 17. — tropice: nomen, gloriam circumfero, i. e. divulgo, perfero. Act. 9, 15. — *attollo* Jo. 10, 31. Act. 21, 35. βαστάζεσθαι αὐτόν, ita ut sublatus ferre-

tur. — *aufero*, wegnehmen, Matth. 8, 17. aufero et *absporto* Jo. 20, 15. — *adporto*, herbeitragen, Matth. 3, 11. — *τὰ ὑποδήματα βαστάσαι* calceamenta adportare, soleas tanquam servus domino adportare; locutio proverbialis, cuius sensus est: non dignus sum ut vilissima officia ei praestem. — Saepius non habetur.

Βάτος, ου, ἡ, rubus, sentis. Profanis est femininum, et sic in Lucae scriptis Luc. 6, 44. 20, 37. Act. 7, 30. 35. et Deut. 33, 16. — LXX. vero etiam dicunt *ὁ βάτος*, masculino genere, pro hebr. סְנֶה Ex. 3, 2. 3. 4. et ita Marc. 12, 26.

Βάτος, ου, ὁ, batus, hebr. בַּת, Esdr. 7, 22. mensura liquidorum, quae capiebat sextarios septuaginta et duos; *Joseph.* Antiq. 8, 2. 9. *ὁ δὲ βάτος δύναται χωρῆσαι ξέστας ἑβδομήκοντα δύο.* Semel Luc. 16, 6.

Βάτραχος, ου, ὁ, rana. Semel Apoc. 16, 13. *ὡς βάτραχοι* (ita enim pro *ὅμοια βατράχοις* legendum) ranis similes, i. e. foedi et noxii. coll. Ex. 8, 2. sqq. Ps. 78, 45. Sap. 19, 10. *Eichhornius* in Comment. ad h. l. monet, ranas fuisse veteribus signum praestigiarum et iactantiae, affertque verba *Artemidori*, II, 15. *βάτραχοι δὲ ἄνδρας γοήτας καὶ βωμολόχους προσημαίνουσι· τοῖς δὲ ἐξ ὄχλου πορίζομένοις ἀγαθόν.*

Βαττολογέω, ῶ, f. ήσω, verbum in scriptis profanis rarissime obvium (*Simplic.* ad *Epict.* p. 340.) quod alii derivant a *Batto*, rege quodam Cyrenaico balbutiente (*Herodot.* 4, 155.), alii a Batto poëta, qui longa et *ταυτολογίας* plena carmina fecisset (*Suid. βαττολογία· ἡ πολυλογία, ἀπὸ βάττου τινὸς μακροὺς καὶ πολυστίχους ὕμνους ποιήσαντος, ταυτολογίαν ἔχοντες*) *Schleusnerus* (lex. N. T.) derivat a בְּהִים Job. 11, 3. coll. vers. 2, ubi per רַב דְּבָרִים h. e. *πολυλογίαν* explicetur. Certum est *βαττολ.* significare *multa, eadem loquor, verbosus sum*, et ita legitur semel Matth. 6, 7. ubi per *πολυλογίαν* satis explicatur. Similiter Sir. 7, 14. *μὴ δευτερώσῃς λόγον ἐν προσευχῇ σοῦ*, ubi in altero membro est *ἀδολεσχεῖν, garrire. Hesych.: βαττολογία· ἀργολογία, ἀκαιρολογία.*

Βδέλυγμα, τος, τὸ, (a *βδέω*, f. *βδελύσσω* foedum odorem edo, pedo; deinde fastidium moveo) 1) *res foeda, abominabilis*, Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. *τὸ βδελ. τῆς ἐρημώσεως*, i. e. *ἐρήμωσιν βδελυκτὴν*, desolationem foedam per gentes idololatras factam. coll. Luc. 21, 10. et Dan. 9, 29. 12, 11. ubi שִׁקּוּץ מְשֹׁמֵם. — Luc. 16, 15. *βδελ.* scl. *τῷ θεῷ*, Deo est detestabile, peccatum, cf. Prov. 15, 8. 9. Sir. 15, 13. 17, 26. — 2) inquinatio, quae idolorum cultu contrahitur, *idololatriae impuritas.* Sic Apoc. 17, 4. 5. ubi i. q. *ἀκάθαρτα.* Apoc. 21, 27. *ποιεῦν βδελ. καὶ ψεῦδος*, idololatriae et cultui Deorum mentitiorum deditus, i. e. idololatria inquinatus. Eodem modo *βδελ.* Jer. 11, 15. ut apparet e vers. 13. et 17, et 3 Esdr. 7, 13. ubi hebr. טֻמְאָה Esdr. 6, 21. (LXX. *ἀκαθαρσία*)

respondet. Apud LXX. βδελ. saepius est idolum ipsum, 1 Reg. 11, 5. 35. 21, 22. Jes. 2, 8. 20. Test. XII. patr. (Fabric. C. Pf. I, p. 615.) ἐπιμιγήσεσθε ἐν βδελύγμασι ἐθνῶν sacris gentilium, pudicitiam laedentibus et libidinibus inservientibus.

Βδελυκτός, ή, όν, (vid. βδέλυγμα) abominandus, detestabilis. Tit. 1, 16. coll. Prov. 17, 15. Sir. 41, 5. 2 Macc. 1, 27. Hesych. βδελυκτὸς· μιαητὸς, ἐξουθενημένος, βδελυρός.

Βδελύσσω, f. ύξω, foedum odorem edo, fastidium moveo; medium βδελύσσομαι, fastidium habeo, averror, abominor, Rom. 2, 22. βδελυσσόμενος τὰ εἴδωλα. Sic Levit. 26, 11. Sap. 11, 25. et Sir. 20, 8. ubi βδελυχθήσεται et μισηθήσεται sibi respondent. Deinde neutraliter: abominabilis, detestandus sum Apoc. 21, 8. ἐβδελυγμένοι flagitiis foedi. coll. Hos. 9, 10. Job. 9, 31. 15, 16.

Βέβαιος, ου, ὁ, ἡ, et βέβαιος, αία, αιον, firmus, stabilis; tropice: certus, firmus, ratus, constans, Rom. 4, 16. 2 Cor. 1, 7. Hebr. 2, 2. 3, 6. 14. 6, 19. 9, 17. 2 Petr. 1, 10. 19. Saepius non habetur.

Βεβαιόω, ῶ, f. ώσω, (a βέβαιος), firmum, stabile facio. Improprie: stabilem aliquem facio, i. e. salutem eius firmo Coloss. 2, 7. coll. Ps. 41, 13. ubi hebr. אמץ, firmiter collocavit, incolumem praestitit. — confirmo, firmum facio, comprobo, Marc. 16, 20. Hebr. 2, 3. constantem facio, Hebr. 13, 9. 1 Cor. 1, 6. coll. Ps. 119, 28. constantem servo, 1 Cor. 1, 8. 2 Cor. 1, 21. — ratum facio, Rom. 15, 8. Saepius non legitur.

Βεβαίωσις, εως, ἡ, (a βεβαιόω) confirmatio, comprobatio Phil. 1, 7. confirmatio, τὸ fidem facere, Vergewisserung, Hebr. 6, 16. coll. Sap. 5, 20. προσοχὴ νόμων (scil. divinorum) βεβαίωσις ἀφθαρσίας.

Βέβηλος, ου, ὁ, ἡ, (a βάω, vado, βηλὸς limen) proprie de loco; ubi est: locus ad quem cuivis patet accessus, locus profanus, cui opponitur locus ἀβέβηλος, sacer, ad quem profanis licitum non est accedere. Apud LXX. sibi opponuntur βέβηλος (ὁ communis) et ἅγιος, profanus et sacer, Lev. 10, 10. 1 Sam. 21, 4. Ezech. 22, 26. Etymol. Magn. βέβηλος· ὁ μὴ ἱερὸς τόπος, ἀκάθαρτος καὶ βατὸς πᾶσιν. — De hominibus est: profanus, non initiatus; deinde metaphorice: profanus, Dei contemtor, flagitiosus 1 Tim. 1, 9. Hebr. 12, 16. 3 Macc. 2, 14. — de doctrina: impia, a pietate abducens, profana, 1 Tim. 4, 7. 6, 20. 2 Tim. 2, 16.

Βεβηλόω, ῶ, f. ώσω, (vid. βέβηλος), profano, violo; Hesych. ἀκάθαρτον ποιεῖν. Bis, Matth. 12, 5. Act. 24, 6. coll. Neh. 13, 18. Ezech. 22, 16. Mal. 2, 11.

Βεελζεβούλ, ὁ, cognomen indecl. principis geniorum malorum, Satanae, quod legitur Matth. 10, 25. 12, 24. 27. Marc. 3, 22. Luc. 11, 15. 18. 19. hebr. בעל זבוב dominus

ſtercoris i. e. immunditiei, τῆς ἀκαθαρσίας, et ita appellatur Satanas, vel quia daemones impuri habebantur, (vid. Ἀκάθαρτος), vel quia idololatriae (ἀκαθαρσίας, βδελυγμάτων) auctor et fautor putabatur. Alii βεελζεβοὺλ pro βεελζεβοὺβ (ut legunt quidam codd.) accipiunt, בַּעַל זְבוּב dominus muscarum, et allegant 2 Reg. 1, 2. coll. *Plin.* hiſt. nat. 10, 28. et *Buxtorfii* lex talm. ſub בַּעַל. In cod. graeco V. T., Pſeudepigraphis V. T. et Apocryphis N. T. non legitur.

Βελίαλ, ὁ, hebr. בְּלִיַּעַל, *homo nequam*, Judic. 19, 22. ubi Theod. *βελίαλ*, LXX. autem παράνομοι, 2 Cor. 6, 15. in textu vulg. Vid. *Βελίαρ*.

Βελίαρ, ὁ, cognomen Satanae, principis daemonum, ex hebraico בְּלִיַּעַל (vid. *Βελίαλ*) *nequam* mutata Syrorum more λ in ρ. Legitur in N. T. ſemel 2 Cor. 6, 15. ſed ſaepiſſime princeps daemonum *Βελίαρ* appellatur in Teſt. XII. patriarch. Vid. Fabric. Cod. Pſeudep. V. T. I, p. 539. 587. 619. 629. 654. et paſſim. Heſych. explicat per δράκων, Suidas per ἀποστάτην, non etymologia, ut videtur, ducti, ſed aliis locis N. T. ubi Satanas ita vocatur.

Βελόνη, ης, ἡ, cuspis teli (a *βέλος*); deinde cuspis quivis, *acus*. Legitur in codd. Luc. 18, 25. pro ῥαφὶς.

Βέλος, εος, τὸ, (a *βάλλω* jacio) quodvis quod manu vel arcu emittitur, jaculum, *telum*, *ſagitta*; hebr. שְׁלַח Joel. 2, 8. חֵץ Deut. 32, 42. Semel Eph. 6, 16. *βέλη πεπυρ. tela ignita*, tela in quorum capite ſeu alveo excavato ignis incluſus erat, ad incendium excitandum: hinc tropice: tela maxime periculoſa i. e. omnia, quibus Satan Chriſtianos vel ad defectionem vel ad vitia commovere ſtuderet. 2 Sam. 22, 15. de fulminibus. coll. Pſ. 18, 14. 144, 6.

Βελτίων, ονος, ὁ, ἡ, (compar. ab ἀγαθὸς) *melior*. Neutrum *βέλτιον* adverbialiter: *optime*, *rectiſſime*. 2 Tim. 1, 18.

Βενιαμὶν, ὁ, *Benjamin*, nom. propr. ind. filii Jacobi duodecimi de quo vid. Gen. 35, 18. ſqq. 46, 19. Ex. 1, 3. Num. 26, 41. Joſ. 18, 11. Legitur Act. 13, 21. Rom. 11, 1. Phil. 3, 5. Apoc. 7, 8.

Βερνίκη, ης, ἡ, *Bernice*, filia Herodis Agrippae majoris, nupta primum Herodi, Chalcidis regi, deinde *Polemoni*, regi Ciliciae, quem vero mox deſeruit, et ad fratrem, Agrippam minorem, rediit, cum quo jam antea in incestu viviſſe ferebatur, cf. *Joſeph.* Antiq. 20, 7. 1 et 2. Act. 25, 13. 23. 26, 30.

Βέροια, ας, ἡ, *Beroea*, Macedoniae urbs prope Pellam, poſtea Irenopolis dicta, hodie *Boor*; Act. 17, 10. 13.

Βεροιαῖος, αία, αῖον, *Beroeenſis*. Act. 20, 4.

Βηθαβαρὰ, ᾶς, ἡ, *Bethabara* (ex בֵּית domus, locus et עֲבָרָה trajectio) locus ſ. vicus ad Jordanem ſitus, ubi flu-

vius trajiciebatur. Legitur Jo. 1, 28. in textu vulg. ubi Griesb. repofuit *Βηθαβάρᾳ* ex codd. optimor. auctoritate.

Βηθανία, ας, ἡ, Bethania, vicus *ἐγγὺς τῶν Ἱεροσολύμων ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε* (Jo. 11, 18.) ultra montem Oliveti fitus, qui commemoratur Matth. 21, 17. 26, 6. Marc. 11, 1. 11. 12. 14, 3. Luc. 19, 29. 24, 50. Jo. 11, 1. 18. 12, 1. — Alius huius nominis vicus vel pagus commemoratur Jo. 1, 28. ad Jordanis ripam fitus, de quo vero praeterea nil conftat; imo *Origenes* (T. 2, p. 130. edit. Huet.) profitetur, vicum huius nominis ad Jordanem non extare. Opinantur ut difficultatem removeant, quidam, Bethabaram poftea Bethaniam (בית עברה et בית עניה) appellatam fuiffe.

Βηθεσδά, ᾶς, ἡ, Bethesda (chald. בית חסדא *domus mifericordiae*), nomen pifcinae in vicinia Hierofolymorum cum fonte falubri ad tempus ebullienti, quae commemoratur Jo. 5, 2. de qua autem in antiquis fcriptoribus praeterea nil reperitur.

Βηθλεέμ, ἡ, Bethlehem, (בית-לחם, domus panis f. frumenti) nom. indecl. urbis in tribu Juda prope Hierofolymam, olim Ephrata appellata. Vid. Gen. 35, 19. 48, 1. Mich. 5, 2. 2 Chron. 11, 6. 2 Sam. 23, 15. Commemoratur Matth. 2, 1. 5. 6. 8. 16. Luc. 2, 4. 15. Jo. 7, 42. Dicitur Matth. 2, 1. 5. *βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας*, quia alia Bethlehem, in tribu Sabulon fita, olim extiterat, cf. Jof. 19, 15. (ubi LXX. non *Βηθλεὲμ*, fed *Βαιθμὰν* verterunt).

Βηθσαϊδά, (ita fcribunt Lucas et Joannes) et *Βηθσαϊδὰν* (ut habent Matth. et Marc.) *Bethfaida* (בית-צידה, locus venationis f. pifcationis) nomen indecl. vici cuiusdam ad occidentale littus lacus Genefareth fiti; Matth. 11, 21. Marc. 6, 45. 8, 22. Luc. 9, 10. 10, 13. Jo. 1, 45. 12, 21. — Philippus tetrarcha, (inquit *Jofephus* Antiq. 18, 2, 1.) *κώμην Βηθσαϊδὰν, πρὸς λίμνῃ τῇ Γεννησαρίτιδι, πόλεως παρασχὼν ἀξίωμα, — Ἰουλίᾳ θυγατρὶ τῇ Καίσαρος ὠνόμασεν ἐκάλεσεν.* — *Duo* putant fuiffe huius nominis oppida, (*Fifcher* de vitiis Lex. N. T. prolnf. 19. p. 5. fqq.) alterum ad occidentale, alterum ad *orientale* littus lacus Genefareth, quod commemoretur Luc. 9, 10. Sed de ea re dubitandum eft. Lucae enim verba c. 9, 10. non cogunt, de orientali littore eiusque deferto cogitare, quum *τόπος ἔρημος* non fit defertum quod proprie dicitur, fed *locus folitarius*; dicuntur enim in eius vicinia fuiffe *κώμαι*, in quas multitudo potuiffet pervenire cum jam vesperafceret, ut apparet e verfu 12.

Βηθφαγή, ἡ, Bethphage, (quod derivant a בית domus, locus et גא ficus immatura) vicus ad montem Oliveti prope Bethaniam; alii minus recte putant fuiffe tractum ad montem olivarum ita dictum a ficubus, quibus confitus fuiffet. Commemoratur Matth. 21, 1. Marc. 11, 1. Luc. 19, 29.

Βῆμα, τος, τὸ, (a *βάω* vado) 1) gradus, passus; — *pedis spatium*, Act. 7, 5. οὐδὲ βῆμα ποδὸς nec pedis spatium i. e. nec tantulam. Vid. Deut. 2, 5. Ps. 39, 6. — 2) locus editus, ad quem per gradus adscenditur, *suggestus*, v. c. ad orationem habendam Nehem. 8, 6. 3 Esdr. 9, 42. suggestus throno similis Act. 12, 21. — *tribunal* ad judicia habenda, Act. 18, 12. 16. 17. 25, 6. 10. 17. tribunal Jesu Rom. 14, 10. 2 Cor. 5, 10.

Βήρυλλος, ου, ὁ, ἡ, (etiam *βηρύλλιον* Ex. 28, 20. 39, 11.) *beryllus*, gemma subviridis (Aquamarin). *Plin.* hist. nat. 37, 5. Legitur Apoc. 21, 20. et Tob. 13, 17.

Βία, ας, ἡ, vis, Act. 5, 26. *impetus*, Act. 21, 35. 27, 4. coll. Sap. 4, 4. 27, 4. — Act. 24, 7. *βία*, ut saepius *δύναμις*, *militiam* indicat, *στράτευμα*, ut apparet e c. 23, 10. Sic Dan. 11, 17. *ἰσχὺς de exercitu.*

Βιάζω, et usitatius in medio *βιάζομαι*, f. *ἀσομαι*, *vim facio* f. *infero, opprimo*; et passive, ut interdum (v. c. Sir. 34, 21. εἰ ἐβιάσθης ἐν ἐδέσμασιν) legitur, *vim patior, urgeor, opprimor.* Bis legitur in N. T. Matth. 11, 12. et in loco parallelo Luc. 16, 16. — Matth. 11, 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, *regnum Dei* (i. e. praecones regni Dei, quorum unus, Joannes, cuius legati adstabant, jam in carcerem erat conjectus) *vim patitur, ut* (v. 13.) *non solum prophetae olim* (Luc. 24, 25—27. 45. 46.) *sed et ipse Joannes* (Jo. 1, 29. 36.) *praedixerunt.* Hunc sensum confirmant adeoque flagitant ea, quae vers. 15—24. sequuntur. Jam Luc. 16, 16. πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται est: quisque vestrum (scil. Pharisaeorum, v. 14.) vi adversus eam utitur; quam explicationem suadent vers. 14. 15. — Alii, quum *βιάζομαι* quoque sit: *modo violento ad aliquid feror; desiderio rei flagro*, verbum potius passive accipientes, vertunt: doctrina christiana cupide expetitur; et Luc. 16, 16. omnes summo studio in regnum coelorum recipi nituntur. Alii *βιάζομαι* active accipiunt: ingruit cum impetu, vim suam exserit regnum coeleste.

Βίαιος, ὁ, ἡ, ον, τὸ, et *βίαιος, αία, αιον, violentus, vehemens.* Semel Act. 2, 2. coll. Ex. 14, 21. Jes. 59, 19. Sap. 19, 7.

Βιαστής, οῦ, ὁ, vi utens, violentus; vi irrumpens, praedator; deinde violentus, *fervidus*, ein heftiger Mensch. Semel Matth. 11, 12. ubi est: violenter adversus rem christianam agens: καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν· homines violenti flagrant praecones regni divini e medio tollere. Alii: desiderio (regni coelorum) flagrans. Sed nescio, an sensu bono dicatur. Vid. *Βιάζω.*

Βιβλαρίδιον, ου, τὸ, (diminutiv. a *βιβλάριον*) *libellus.* Apoc. 10, 2. 8. 9. 10.

Βιβλίον, ου, τὸ, (diminutiv. a *βίβλος*) 1) *liber, vo-*

lumen, Luc. 4, 17. 20. Jo. 20, 30. 21, 25. alibi. Apoc. 6, 14. ὡς βιβλ. vid. Ἀποχωρίζω. — De codice V. T. Hebr. 10, 7. coll. Ps. 40, 8. 1 Macc. 12, 9. 2 Macc. 8, 23. — e) *literae, epistola* (2 Sam. 11, 14. 1 Macc. 1, 46.) 2 Tim. 4, 13. *documentum scriptum; scheda*, Matth. 19, 7. Marc. 10, 4. βιβλίον ἀποστασίου (Deut. 24, 1. 3.) libellum repudii. — Βιβλίον ζωῆς, Apoc. 13, 8. (ubi in edit. vulg. βίβλῳ) 17, 8. 20, 12. 21, 27. vid. Βίβλος.

Βίβλος, ου, ἡ, 1) interior frutex vel papyri vel philyrae, quo olim utebantur ad scribendum; 2) *scriptum, catalogus* Matth. 1, 1. ספר Gen. 5, 1. Neh. 7, 5. 3) *liber, volumen*, Marc. 12, 16. (3 Esdr. 6, 18.) Luc. 3, 4. 20, 42. Act. 1, 42. 7, 42. 19, 19. — Βίβλος ζωῆς Hebraeis olim dicebatur catalogus viventium, quare etiam βίβλ. ζώντων (Ps. 69, 29.) dicitur, et expungi ex hoc libro erat: *morti tradi*. Ex. 32, 31. 32. Ps. 69, 29. Simul poëtice fingebant, Deum omnia fata hominis futura, inde ab aeterno uti etiam vitae terminum in eo praescripsisse; Ps. 139, 16. coll. Job. 14, 5. Post exilium babylon. loquebantur etiam de *libris judicii* extremi, quibus omnia, quae homines fecerint, inscripta essent. Dan. 7, 10. 4 Esdr. 6, 20. qui libri etiam commemorantur Apoc. 20, 12. Ab his diversum statuebant *librum vitae*, qui contineret catalogum eorum, quibus ζωὴ αἰώνιος destinata esset. Sic Dan. 12, 1. Phil. 4, 3. et Apoc. 3, 5. 20, 15. (22, 19. in edit. vulg.) Vid. etiam βιβλίον. Hic liber Apoc. 13, 8. 21, 27. agni s. Christi esse dicitur, nominaque inscripta putabantur ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, Apoc. 17, 8. coll. Ps. 139, 16. Saepius non habetur.

Βιβρώσκω, Vid. βρώσκω.

Βιθυνία, ας, ἡ, *Bithynia*, provincia Asiae minoris, adjacens ponto Euxino et Phrygiae. Act. 16, 7. 1 Petr. 1, 1.

Βίος, ου, ὁ, 1) *vita, vitae tempus*, 1 Petr. 4, 3. 2) *vita, vitae ratio*, 1 Tim. 2, 2. 2 Tim. 2, 4. 3) *quae ad vitam sustentandam sunt necessaria, facultates, opes*, Marc. 12, 44. Luc. 8, 43. 15, 12. 30. 21, 4. 1 Jo. 3, 17. coll. Prov. 31, 3. Sir. 29, 22. *Suidas*: βίος· ποτὲ δὲ αὐτὸ τὸ ζῆν, ποτὲ μὲν ἡ οὐσία τῶν κτημάτων. — 4) *conditio rerum mundanarum*, vel *homines ipsi*, i. q. κόσμος Luc. 8, 14. ἡδοναὶ τοῦ βίου, voluptates, quibus abripi solent homines. 1 Jo. 2, 16. ἀλαζ. τοῦ βίου, audacia hominum impiorum, nisi hic βίος significat opes. — Similiter Sap. 10, 8. 14, 21. βίος positum pro βιῶντες. In lingua hebr. חי est et *vita* et vivens. Gen. 3, 20. 8, 31. Levit. 16, 10. Deut. 31, 27. Similiter Sir. 40, 24. βοήθεια dicitur pro βοηθῶν.

Βιόω, ῶ, i. q. ώσω, *vivo*, Semel, 1 Petr. 4, 2. βιῶσαι χρόνον, tempus *transigere*, coll. Job. 29, 18. Sap. 12, 23.

Βίωσις, εως, ἡ, *vita*, quatenus continentur actibus,

vivendi ratio, f. mores, fata, instituta alicuius. Act. 26, 4. cf. Prol. Sir. ἔννομος βίωσις vivendi ratio ex patriis legibus.

Βιωτικός, ή, ὸν, vitam habens, *ad vitam spectans*. Luc. 21, 34. μέριμναι βιωτικαὶ, curae f. desideria eorum, quae huius vitae sunt, e. g. honoris, divitiarum. Alii curas auxias de victu intelligunt, minus recte, quum praecedant κραιπάλη καὶ μέθη, quae affluentiam divitiarum potius innuant, quam penuriam. 1 Cor. 6, 3. 4. βιωτικὰ κριτήρια lites de rebus ad hanc vitam spectantibus, de rebus externis, quae opponuntur rebus et personis, de quibus in judicio extremo sententia sit ferenda.

Βλαβερός, ά, ὸν, (a βλάβη noxa, damnum) *noxius*. Semel 1 Tim. 6, 9. coll. Prov. 10, 26.

Βλάπτω, f. ψω, 1) impedimento sum, offendiculum objicio, impedio, turbo, *obcoeco* Sap. 10, 8. 2) *noceo, laedo*, Marc. 16, 18. Luc. 4, 35. coll. Tob. 12, 2. 2 Macc. 12, 22.

Βλαστάνω, f. ήσω. neutraliter 1) *germino, progermino, efloresco*, Matth. 13, 26. Marc. 4, 27. Hebr. 9, 4. Jes. 27, 6. Sir. 39, 13. — 2) active: *germinare facio, produco* Jac. 5, 18. coll. Gen. 1, 11. Num. 17, 8. Sir. 24, 17.

Βλάστος, ου, ὁ, *Blastus*, praefectus cubiculo Herodis, regis. Act. 12, 20.

verbi, quod quam maxime vario modo usurpatur; notiones ad octo capita, five notiones primarias revocari posse videntur, quarum prima est 1) *originem habeo, orior, ich entstehe*, nec solum de prima omnium rerum creatione, Jo. 1, 3. 10. sed etiam de secunda dicitur, *orior, nascor*, Jo. 1, 14. σὰρξ ἐγένετο, homo natus est; Phil. 2, 7. γενόμ. ἐν ὁμοιώμ. ἀνθρώπων. Sic Sap. 7, 3. γενόμενος, natus. Rom. 1, 3. Gal. 4, 4. coll. Levit. 27, 26. etiam de frugibus Matth. 21, 19. et idolis, quae ortum debent manibus humanis Act. 19, 26. — *exorior*, quocunque modo hoc fiat, Matth. 8, 24. 26. 21, 42. 25, 6. 27, 45. 28, 2. Marc. 4, 37. 39. Luc. 4, 25. 15, 10. 14. 22, 24. Jo. 1, 6. Act. 14, 5. 15, 2. 7. alibi saepius. — 2) *sum, existo, adsum*, ich bin da, vorhanden, Jo. 1, 15. 30. 8, 58. 1 Jo. 2, 18. Marc. 2, 27. ἐγένετο adest, institutum est. — οὐκ ἐγένετο non adfuit, locum non habuit, Matth. 19, 8. 24, 21. Marc. 13, 19. Apoc. 16, 18. — 3) *fio, ich werde*, γίνομαί τι, fio aliquid, v. c. χριστιανὸς Act. 26, 28. ἀρχιερεὺς Hebr. 6, 20. 7, 20. et similia, Matth. 9, 16. 12, 45. 13, 22. 17, 2. 23, 15. 26, 4. Marc. 10, 43. 44. Luc. 20, 14. 33. Jo. 1, 12. 5, 4. 6, 9. 9, 22. 27. Act. 16, 27. 29. et alibi. Saepius et *fieri* et *efferri* potest, c. g. Matth. 5, 45. 6, 16. 10, 16. 25. 18, 3. 20, 26. 24, 44. Marc. 1, 17. 4, 10. 6, 26. 9, 26. Luc. 6, 36. 36. Rom. 4, 18. alibi. — γίνεσθαι τί et εἴς τι, saepe significat *abire in*, zu etwas werden, Matth. 4, 3. 13, 32. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 11, 30. 4, 3. Jo. 2, 9. 4, 14. Rom. 2, 25. 11, 9. 1 Cor. 1, 30. 4, 9. 13. 13, 11. 11. 2 Cor. 5, 21. Apoc. 6, 12. 16, 19. *cedere in*, Rom. 7, 15. γέγονε θάνατος, cedit in mortem. Jo. 16, 20. γέγ. εἰς χαρὰν. 1 Cor. 14, 26. — γίνεσθ. εἰς οὐδὲν Act. 5, 36. in nihilum abire; εἰς κενόν 1 Theff. 3, 5. vanum esse. — 4) *evenio, fio, accido, geschehen, sich ereignen*, Matth. 1, 22. 5, 18. 13, 21. 21, 4. 24, 20. 26, 54. Marc. 9, 21. saepius. Notandae formulae: a) Ἐγένετο, *accidit, evenit*, sequ. ὅτε, ἐν, ὡς, saepius ex more hebr. וַיְהִי sive וְהָיָה (Mich. 4, 1.) redundat, Matth. 9, 29. 7, 28. 11, 1. 26, 1. Marc. 1, 4. 9. 2, 15. Luc. 1, 5. 8. Act. 5, 7. 9, 3. b) τὸ γενόμενον, τὸ γεγονὸς, *quae evenerant*, acciderant, Matth. 18, 31. 27, 54. 28, 11. Marc. 5, 14. Luc. 2, 15. 8, 34. 35. 56. — c) Γίνεταί μοι, *evenit mihi* Matth. 8, 13. 9, 29. 15, 28. Marc. 5, 16. Luc. 1, 38. Jo. 5, 14. 2 Tim. 3, 11. etiam ἐν ἐμοὶ ex hebraismo 1 Cor. 9, 15. — *contingit mihi* Matth. 18, 13. Luc. 2, 46. — Eph. 6, 3. ἵνα εὖ σοι γένηται ut bona tibi contingant. — d) Γένηταί μοι etiam *possideo* Matth. 18, 12. *accipio* Luc. 14, 12. 1 Cor. 4, 5. — Jo. 10, 35. πρὸς οὓς ἐγένετο ὁ λόγος, quibus factum, *datum* est praeceptum, promissio, Act. 10, 13, Formula hebraica וַיְהִי דְבַר־יְהוָה אֶל v. c. Jon. 1, 1. 3, 1. Marc. 4, 11. γίνεσθαι ἐν παραβολαῖς, per parabolas, in parabolis involutam doctrinam accipere. — Dicitur autem

hoc sensu etiam e) de sono subito exorto, φωνὴ, ἦχος ἐγένετο, accidit, ut audiretur vox, Marc. 1, 11. Luc. 1, 44. 3, 22. 9, 35. 36. Jo. 12, 30. Apoc. 2, 2. 6. 8, 5. 11, 15. 16, 18. — f) Μὴ γένοιτο, hoc minime eveniat, absit, non ita, Luc. 20, 16. Rom. 3, 4. 6. 31. 6, 2. 15. 9, 14. Gal. 2, 17, alibi, coll. Gen. 44, 7. 17. — 6) evenire facto, passive: peragor, patror, gethan werden; Matth. 11, 20. 21. 23. Marc. 4, 22. 6, 2. 14, 4. Luc. 9, 7. 10, 13. 13, 17. (ὑπὸ τινὸς) Act. 2, 43. (διὰ) 4, 22. 26. 12, 9. Saepius simpliciter vertendum est fieri, v. c. Act. 12, 15. 13, 32. Hebr. 9, 22. — 1 Cor. 16, 14. ἐν ἀγάπῃ γενέσθω secundum amorem christi fiant, agantur. 1 Thess. 1, 5. τὸ εὐαγγ. ἐγεν. ἐν λόγῳ, ore, verbis facta est s. peragebatur evangelii praedicatio. — 6) venio, advenio, pertingo, a) de loco, ἐν Matth. 26, 6. Marc. 9, 33. Act. 13, 5. 2 Tim. 1, 17. εἰς Act. 25, 15. κατὰ Luc. 10, 32. Act. 27, 7. ἐπὶ Luc. 22, 40. ἐγγὺς γιν. prope venire, accedere, Jo. 6, 19. 21. 25. Eph. 2, 13. — b) de tempore, Luc. 22, 14. advenio, sum, fio; ita de vespera, die, hora, Matth. 8, 16. 14, 15. 23. 16, 2. 27, 1. Marc. 6, 2. 21. 35. 15, 33. Luc. 6, 13. Jo. 6, 16. 17. Act. 16, 35. — c) de promisso, vaticinio, mandato, eventum habeo, fio, zur Erfüllung kommen, Matth. 6, 10. 11, 26. 21, 21. 24, 6. 26, 42. Luc. 1, 20. 22, 42. Act. 21, 14. 1 Cor. 15, 54. — d) de beneficiis et aliis rebus: advenio, confero, do, Jo. 1, 17. Gal. 3, 14. Rom. 7, 3. γίνεται ἀνδρὶ ἑτέρῳ, si alius fit, alteri datur scil. in matrimonium; c. 7, 4. — e) γίνεσθαι ἐπὶ τινὰ, Luc. 1, 65. 4, 36. Act. 5, 5. 11. 11, 19. vel τινὶ Act. 2, 43. Rom. 11, 25. venire super, invadere. f) γενομ. ἐν ἑαυτῷ Act. 12, 11. ad se redire, sui compos fieri. — 7) sum, (hebr. הָיָה), Jo. 2, 1. „erant s. celebrabantur nuptiae; Jo. 13, 2. 2 Reg. 23, 22. ἐγένετο τὸ πάσχα. — γενόμενος ἐτῶν sum homo annorum i. e. ago annum, Luc. 2, 42. 1 Tim. 5, 9. — γίνομ. ἐπάνω sum super, praepositus, Luc. 19, 19. ὑπὸ τινὸς subjectus Gal. 3, 4. — γιν. ἐν ἀγωνίᾳ Luc. 22, 44. esse in agone; — ἐν παραβάσει 1 Tim. 2, 14. i. e. transgressionis rea, peccatrix. 2 Petr. 1, 20. ἰδίας ἐπιλ. οὐ γίνεται non est in se clara, non se ipsa interpretatur. — γίνεσθαι ἐν πνεύματι in ecstasi esse Apoc. 1, 10. 4, 2. Saepius γίνομαι hoc sensu tanquam auxiliare usurpatur, ita ut nomen, cui jungitur, possit vertendo resolvi in verbum, v. c. Jo. 12, 29. βροντὴ ἐγένετο pro tonuit. — 8) versor, sum alibi, vel cum aliquo; Marc. 16, 10. οἱ μετ' αὐτοῦ γινόμενοι, qui cum eo fuerant. Apoc. 1, 9. ἐγεν. ἐν Πάτμῳ, versabar in Patmo. Deinde ut latinor, versari in aliqua re, significat: me gero, ago, ich benehme mich; Eph. 4, 32. γίνεσθε εἰς ἀλλήλους χρηστοί. 1 Cor. 2, 3. ἐν ἀσθενείᾳ ἐγενόμην πρὸς ὑμᾶς modestia apud vos usus sum. ib. 16, 10. ἵνα ἄφοβος γένηται πρὸς ὑμᾶς ut sine timore vobiscum possit agere. 1 Thess. 1, 5. ἐγεν. ἐν ὑμῖν, egi

inter vos. Sic 1 Sam. 4, 9. γίνεσθε εἰς ἄνδρας, fortiter agite, viros vos praestate. 2 Macc. 8, 27. περὶ τὸ σάββατον ἐγίνοντο, sabbatum celebrabant.

Γιγνώσκω et *γιγνώσκω*. f. γνώσομαι, perf. ἔγνωκα aor. ἔγνων, perf. pass. ἔγνωσμαι, aor. ἐγνώσθην, (a νόω, νοέσκω contr. νώσκω (latin. *nosco, novi*) addita et duplicata litera γ) proprie quamcunque notionem et cognitionem, quae percipitur, indicat, redeuntque huius verbi significationes ad duo capita, ut *primum* dicatur de cognitione s. scientia suggesta per res exteras et alios, *deinde* autem de scientia, quam ipsi efficimus, et quaerendo *cogitando*que invenimus. I) De scientia *nobis oblata* si dicitur, est 1) *animadverto, sentio*, ich bemerke, empfinde, *intelligo*, vel oculis, vel auribus, vel mente, Matth. 12, 15. 16, 8. 21, 45. 22, 18. 24, 39. 26, 10. Marc. 6, 38. 8, 17. 12, 12. 15, 10. Jo. 4, 1. 6, 15. 8, 27. — Marc. 5, 29. ἔγνω τῷ σώματι sensit in corpore; coll. Luc. 8, 46. 2, 43. saepius. 2) *comperio*, ich bringe in Erfahrung, Matth. 9, 30. 24, 50. Marc. 5, 43. 15, 45. Luc. 8, 10. 24, 18. Jo. 11, 57. 12, 9. — *certior fio* Coloss. 4, 8. 1 Thess. 3, 5. passive: *divulgor, notus fio* Matth. 10, 26. Marc. 7, 24. Luc. 8, 17. active: *notum facio, divulgo*, Jo. 5, 42. Rom. 2, 18. — 3) *experior*, experiendo aliquid cognosco s. cognitum habeo; Jo. 5, 42. ἔγνωκα ὑμᾶς, vos expertus sum. 1 Cor. 4, 19. Jo. 7, 17. Sir. 46, 6. Sic hebr. ידע *experiri*, Gen. 22, 12. Num. 24, 34. Job. 21, 19. Ps. 20, 6. — deinde *experior in me ipse, conscius mihi sum* i. e. quod attinet ad sensum, *pergo*; 2 Cor. 5, 21. μὴ γνόντα ἁμαρτίαν, qui non est expertus peccatum i. e. qui non fecit peccatum. Apoc. 2, 24. ἔγνωσαν τὰ βαθέα τοῦ σατανᾶ. Eph. 3, 19. Sic etiam Psal. 35, 11: μάρτυρες ἄδικοι, ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, ἐπηρώτων με. Similiter ידע 1 Sam. 22, 15. — *deprehendo*, 1 Cor. 3, 20. γινώσκει ὅτι εἰσὶ μάταιοι, vanos deprehendit. — cf. Sap. 2, 1. οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀναλύσας ἐξ ἅδου. — 4) *novi, intelligo, scio, cognitum habeo*, Jo. 1, 49. Act. 19, 15. 19, 35. 1 Cor. 5, 16. Luc. 12, 47. 19, 15. Jo. 4, 53. 5, 6. 8, 52. Rom. 6, 6 alibi. — *disco*, Act. 17, 19. 20. 21, 34. 2 Cor. 3, 2. — II) De scientia, quae diligentia et meditatione efficitur dictum, est: 1) *investigo, perscrutor*, Luc. 16, 15. Jo. 2, 24. 25. Act. 1, 7. *cognosco*, sensu forensi, Jo. 7, 51. Quum in perscrutatione judicium sit adhibendum, est 2) *judico, dignosco, conjicio, dijudico*, Matth. 12, 33. 24, 32. 33. Marc. 13, 28. 29. Luc. 10, 11. 6, 44. 21, 31. Jo. 13, 35. 1 Jo. 2, 3. 18. 4, 2. 1 Cor. 2, 14. οὐ δύναται γνῶναι, non judicare de ea re potest; alii: assensum praebere non potest. 1 Cor. 8, 2. καθὼς δεῖ γνῶναι, ut judicare decet. Inde etiam 3) est *perpendo, considero, disco*, Jo. 15, 18. Jac. 1, 3. 13, 23. 2 Petr. 1, 20. 3, 3. Matth. 24, 43. Luc. 12, 39. Jac. 2, 20. hebr. ידע similiter Job. 34, 4.

Pf. 90, 11. 4) indicat persuasionem sive scientiam per judicia et investigationem effectam, et est a) *arbitror*, meynen, *puto*, Matth. 24, 50. Luc. 12, 46. Apoc. 3, 3. — b) *persuasum habeo, assentior*, glauben, sich überzeugen, Jo. 6, 69. 7, 26. 8, 28. 2 Cor. 13, 6. Eph. 5, 5. Phil. 1, 12. Luc. 1, 18. Jo. 8, 43. γιν. τὴν λαλιάν, verbis fidem habere. ib. 14, 31. ἵνα γνῷ ut sibi persuadeat. Act. 2, 36. ἀσφαλῶς γινωσκέτω certissime sibi persuadeat. — c) *scio*, Matth. 6, 3. Luc. 7, 39. 10, 22. Jo. 7, 27. ubi permutatur cum οἶδα, c. 21, 17. — cogitando inveni, *habeo, constituo mecum, decerno*; Luc. 16, 4. ἔγνων τί ποιήσω, jam habeo, decrevi quid faciam. Rom. 7, 15. οὐ γινώσκω, non habeo, non deliberato consilio facio. — Psalt. Sal. Ps. 17, 47. ἣν ἔγνω ὁ θεὸς ἀναστῆναι, quem Deus decrevit suscitare. — d) *calleo, bene gnarus sum*, Matth. 16, 3. Jo. 3, 10. 7, 49. Rom. 7, 1. Act. 21, 37. — e) *comprehendo* cogitando, i. q. συνῆκα, Matth. 12, 7. 13, 11. Marc. 4, 11. 13. Luc. 18, 34. Jo. 10, 6. 12, 16. 13, 12. Act. 8, 30. alibi. — f) *agnosco* aliquem qualis est, *cognosco*, Matth. 7, 23. Luc. 24, 35. 1 Cor. 2, 8. Jo. 1, 10. 10, 14. 15. 27. 2 Tim. 2, 19. Rom. 7, 7. ἁμαρτίαν οὐκ ἔγνων, peccatum tanquam peccatum non agnovi. Luc. 19, 42. 44. — III) denique ex usu hebr. ידע, cui apud LXX. saepissime respondet, est a) *amo, probo*, Rom. 10, 19. 1 Cor. 8, 3. coll. Sap. 4, 1. Hos. 8, 4. Ps. 1, 6. 37, 18. coll. Jer. 24, 5. Amos. 3, 2. ὑμᾶς ἔγνων ἐκ πασῶν τῶν φυλῶν τῆς γῆς, amore ductus elegi. — Hebr. 13, 23. benigniter excipio. — b) *rem habeo, coëo*, Matth. 1, 25. Luc. 1, 34. vid. Gen. 4, 1. 19, 8. 24, 16. Num. 3, 17. Jud. 19, 25.

Γλεῦκος, εος, ους, τὸ, *mustum*, τὸ ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς πρὶν πατηθῇ, ut *Hesych.* explicat. Semel Act. 2, 13. et semel in V. T. Job. 32, 19. ubi hebr. יין. Quum tempore festi pentecost. vindemia non esset, quae potius incidebat in mensem Tisri, putant mustum pro *vino dulci* positum esse, rectius fortasse pro *mero*, vino aqua non temperato, itaque magis inebriante.

Γλυκύς, εῖα, ύ, *dulcis*. Apoc. 10, 9. 10. Jac. 3, 11. τὸ γλυκὺ scl. ὕδωρ, ut est vers. 12, aqua dulcis, i. e. apta ad potum; de aquis amaris vid. Exod. 12, 8. 15, 23. Num. 5, 18. sqq.

Γλῶσσα, attice γλῶττα, ης, ἡ, hebr. לשון, 1) *lingua*, pars corporis; commemoratur, tanquam organon gustus Luc. 16, 24. et tanquam organon loquendi, Marc. 7, 33. 35. Luc. 1, 64. Rom. 14, 11. Jac. 3, 5. 6. Apoc. 16, 10. — Phil. 2, 11. πᾶσα γλῶσσα, lingua cuiusvis hominis. coll. Jes. 45, 23. ubi fere eadem leguntur. Act. 2, 26. ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου, exsultat lingua i. e. laeta se movet (גיל), laetabundus loquor. coll. Ps. 16, 9. — Linguam domare i. e. usum lin-

guae in loquendo, Jac. 1, 26. 3, 8. 1 Petr. 3, 10. coll. Sir. 28, 18. Tqq. 2) *flammulae, ignis formam habentes*, et linguae in modum lambentes, Act. 2, 3. ubi sunt signum symbolicum doni linguarum. Sic Jes. 5, 24. שלהבת 3) *verba, sermones*, Rom. 3, 13. 1 Jo. 3, 18. coll. Jes. 28, 11. Prov. 25, 15. Sap. 1, 6. 4) *lingua, dialectus*, qua populus aliquis utitur, Act. 2, 4. 11. 1 Cor. 13, 1. Sic לשון Gen. 10, 5. 31. Esth. 1, 22. (LXX. λέξις). ib. 3, 12. 8, 9. — Inde πᾶσαι γλῶσσαι omnes *populi, nationes*, Apoc. 5, 9. 7, 9. 10, 11. 11, 9. 13, 7. 14, 6. 17, 15. cf. Dan. 3, 4. 31. Judith. 3, 11. — Denique 5) formula γλώσσαις λαλεῖν in N. T. non uno sensu dicta videtur; a) γλώσσαις ἑτέραις λαλεῖν Act. 2, 4. haud dubie est: in lingua peregrina, non nativa, sermones facere, ut apparet ex iis, quae vers. 6—11. leguntur. Idem intelligendum esse videtur in γλώσσαις καιναῖς λαλ. Marc. 16, 17. quod ibidem inter miracula refertur. c) λαλεῖν γλώσσαις, λαλεῖν γλώσσῃ, προσεύχεσθαι γλώσσῃ (1 Cor. 14, 14.), λόγοι ἐν γλώσσῃ (1 Cor. 14, 19.), vel etiam γλῶσσαι simpliciter (1 Cor. 12, 10. 28. 30. 13, 8. 14, 22. 26.) est *sermo in ecstasi*, non seriem verborum sensum certum exprimentium continentes, sed verba abrupta, sonos non articulatos, exclamationes, suspiria, et quae sunt eiusdem generis, in quae animus vehementer commotus erumpit. Act. 10, 46. 19, 6. 1 Cor. 12, 30. et cap. 14, 1—27. Apparet enim hoc ex iis, quae 1 Cor. 14, 7—12. et vers. 23. commemorantur. — Saepius non legitur.

Γλωσσόκομος, ου, τό, i. q. γλωσσοκομεῖον, 1) cistella qua tibiarum lingulae asservabantur. Descendit enim a γλῶσσα, lingua, lingula (das Mundstück) et κομέω, servo. Hesych. γλωττόκομον· ἐν ᾧ οἱ αὐληταὶ ἀπετίθεσαν τὰς γλωσσίδας. 2) quaelibet *theca, capsula, loculus*, Hesych. γλωσσόκομον· θήκη, σορὸς ξυλίνη λειψάνων. Bis, Jo. 12, 6. 13, 29. coll. 2 Chron. 24, 8. 10. 11. et Aquilae versione Exod. 37, 1. 1 Reg. 6, 19. ubi de arca foederis legitur.

Γναφεύς, εος, (et κναφεύς) *fullo* a γνάπτω sive ut veteres attici pronuntiabant κνάπτω, cum γνάφῳ (carduo, Kardetsche) pannos pecto. Legitur Marc. 9, 3. coll. Jes. 7, 3. 2 Reg. 18, 17. ubi כובס lavans, purgans.

Γνήσιος, ου, ὁ, ἡ, ον, τό, (proprie γενέσιος contr. γνήσιος) 1) qui ex legitimo matrimonio natus est, genuinus, legitimus, ad familiam pertinens; deinde etiam indigena, uti a *Josepho* (de Bell. Jud. I. proem) γνήσιοι opponuntur τοῖς Ἕλλησι καὶ βαρβάροις. 2) transfertur in N. T. ad rationem doctoris et discipuli, et γνήσιος τέκνος ἐν πίστει, 1 Tim. 1, 4. Tit. 1, 4. est discipulus *genuinus*, doctoris doctrinam sincere amplexus et tuitus. 3) *sincerus, fidelis*, ut γνήσιοι sibi esse solent, Phil.

4, 3. — τὸ γνήσιον, *sinceritas*, *candor*, 2 Cor. 8, 8. coll. 3 Macc. 3, 19. ubi est benevolentiae sinceritas, animi candor.

Γνησίως, genuine; — *sincere*, *candide*. Phil. 2, 20. coll. 2 Macc. 14, 8. Vid. *Γνήσιος*.

Γνόφος, ου, ὁ, caligo, Amos. 5, 20. Job. 23, 17. 2) *nubes densa* et *caliginosa*, ut עָנָן Deut. 4, 11. 5, 22. Sic Hebr. 12, 18. Dicitur etiam de turbine Job. 9, 17. 27, 10.

Γνώμη, ης, ἡ, (verbale a perf. verbi γινώσκω) 1) scientia, cognitio, Philem. vers. 4. χωρὶς τῆς σῆς γνώμης, te inscio; sensus: te invito. 2) *opinio*, *placitum*, *judicium*, Act. 20, 3, ἔκρινεν γνώμην, judicavit, placuit ei. 1 Cor. 7, 40. κατὰ τὴν ἐμὴν γνώμην, ut ego certe judico. 2 Macc. 9, 20. κατὰ γνώμην, ex animi sententia. ib. c. 11, 37. 14, 20. — 1 Cor. 1, 10. ἐν τῇ αὐτῇ γνώμῃ in una eademque doctrina, iisdem placitis. — 3) judicium, opinio, quatenus alteri datur, i. e. *consilium*. Sic 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 8, 10. ubi γνώμην δίδωμι opponitur τῷ ἐπιτάσσειν, et est i. q. συμβουλεύω, ut *Hesych.* interpretatus est. vid. etiam Sir. 6, 24. 4) *sententia*, *decretum*, *propositum*, Apoc. 17, 13. 17. coll. Esdr. 4, 19. Dan. 2, 14. — Luc. 14, 18. ad ἀπὸ μιᾶς multi supplent γνώμης; alii fortasse rectius, φωνῆς.

Γνωρίζω, f. ίσω, quod respondet in vers. Alexandr. hebr. הודיע, scire fecit, est 1) *notum facio*, *manifesto*, quod quidem fit per verba, est: *annuncio*, *enarro*, Eph. 6, 19. 21. Coloss. 4, 7. 9. — per facta: *manifesto*, Rom. 9, 22. 23. Eph. 3, 10. — vel per utrumque, ubi est: *ostendo*, *indico*, *doceo*, Act. 2, 28. ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, ostendisti mihi viam, qua possem mortem evadere; sensus: e mortis periculo me eripuisti. cf. Psal. 16, 11. — manifesto, i. q. ἀποκαλύπτω, *revelo*, Luc. 2, 15. Job. 15, 15. 17, 26. Rom. 16, 26. (in edit. Griesb. in fine capitis 14.) Eph. 1, 9. 3, 3. 5. Coloss. 1, 27. 2 Petr. 1, 16. coll. Ezech. 39, 7. Gen. 41, 39. (LXX. ἔδειξεν) Psal. 25, 14. (LXX. δηλῶσαι). — 2) *in memoriam alicui revoco*, *moneo*, *commonefacio*, 1 Cor. 12, 3. γνωρίζω ὑμῖν, memoriae vos volo. ib. 15, 1. 2 Cor. 8, 1. Gal. 1, 11. — 3) notum facio mihi, i. e. investigo, Prov. 3, 6. *intelligo*, *cognosco*, Phil. 1, 22. οὐ γνωρίζω, non video, nescio. coll. Ps. 92, 6. Job. 34, 25. (hebr. הבין). — Construitur cum dative subjecti; semel Phil. 4, 6. sequente πρός, ex hebraismo, הודיע sequente אל, 1 Reg. 1, 27. Ezech. 20, 11. — Saepius non legitur.

Γνῶσις, εως, ἡ, hebr. דעת, 1) subjective dicitur, et est: a) *scientia*, *cognitio*, quam aliquis habet, Luc. 1, 77. Phil. 3, 8. Rom. 11, 33. γνῶσις θεοῦ, coll. Prov. 3, 20. Psal. 139, 6. — scientia religionis christianae Rom. 15, 14. 1 Cor. 1, 5. 2 Petr. 3, 18. — eximia et altior religionis cognitio, Rom. 8, 1. 7. 10. 11. 2 Cor. 11, 6. — b) *cognitio veri et re-*

eti, 2 Cor. 6, 6. 1 Petr. 3, 7. *κατὰ γνῶσιν* rationi convenienter. — c) *prudentia*, 2 Petr. 1, 5. 6. *ἐν τῇ ἀρετῇ τὴν γνῶσιν*, prudentiam in agendo. Sic Prov. 13, 16. *πᾶς πανοῦργος πράσσει μετὰ γνώσεως*. — 2) objective, id quod est objectum cognitionis, a) *scientia, doctrina*, Wissenschaft, 2 Cor. 2, 14. 4, 6. Coloss. 2, 3. coll. Dan. 1, 4. *γινώσκοντες γνῶσιν*. Malach. 2, 7. b) *altiora religionis dogmata*, omnibus non nota; ita de Rabbinorum *theologia*, Luc. 11, 52. Rom. 2, 20. 1 Tim. 6, 20; de theologia christiana, 1 Cor. 12, 8. *λόγος γνώσεως*, facultas intelligendi tradendique regni divini mysteria, id quod Luc. 11, 52. dicitur *κλεῖς τῆς γνώσεως*. 1 Cor. 13, 2. 8. 14, 6. 2 Cor. 8, 7. coll. Sap. 6, 22. *θήσω εἰς τὸ ἐμφανὲς τὴν γνῶσιν αὐτῆς* (scl. *σοφίας*) doctrinam de *σοφία* divina manifestabo. — Inde etiam religio christiana ipsa dicitur *γνῶσις*, quatenus altiorem de Deo scientiam manifestat; 2 Cor. 10, 5. *κατὰ τῆς γνώσ.* qui se extollunt contra doctrinam veram de Deo, i. e. religionem christ. Eph. 3, 19. *ἡ τῆς γνώσεως ἀγάπη τοῦ χριστοῦ* beneficium Christi, quod doctrina sua tradenda nobis exhibuit. — Saepius non legitur.

Γνώστης, *ου*, ὁ, (a *γινώσκω*) *gnarus, cognitionem rei certam habens*, ein Kenner. Semel Act. 26, 3. cf. hist. Susann. vers. 42. *θεὸς ὁ τῶν κρυπτῶν γνώστης*. Etiam de divinatore 1 Sam. 28, 3. 9. 2 Reg. 21, 6. 23, 24.

Γνωστὸς, *ἡ*, *όν*, 1) *cognitus, notus*, Act. 1, 19. 9, 42. 19, 17. 28, 22. coll. Jes. 19, 21. — *Γνωστὸν ἔστω*, *scitote*, Act. 2, 14. 4, 10. 13, 38. 28, 28. coll. Ezech. 36, 32. Dan. 4, 22. 13. — 2) omnibus notus, quia eminet, i. e. *insignis, eximius*; Act. 4, 16. *γνωστὸν σημεῖον*, insigne miraculum, omnibus notum, ab omnibus celebratum. Vid. 2 Reg. 10, 12. ubi *γνωστοὶ* sunt proceres. Psal. 76, 1. *γνωστὸς ὁ θεὸς* (hebr. ידוע) *celebretur*, i. q. in altero membro *μέγα* scl. sit *τὸ ὄνομα αὐτοῦ*. — 3) *familiaris, amicus*, ut nostrum ein Bekannter, Luc. 2, 44. 23, 49. Jo. 18, 15. 16. coll. Psal. 31, 11. 88, 8. 18. Nehem. 5, 10. — *τὸ γνωστὸν* substantive pro *ἡ γνῶσις*, Rom. 1, 19. Sic LXX. hebr. ידע Gen. 2, 9. — Act. 15, 18. *ὁ ποιῶν ταῦτα γνωστὰ ἀπ' αἰῶνος* (ut legitur in textu Griesbach.), qui haec scl. per prophetas (cf. vers. 15.) inde ab initio manifestavit. In edit. vulg. leguntur: *γνωστὰ ἀπ' αἰῶνός ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ*, quod est vel: ab aeterno Deus omnia *decrevit* (vid. *Γινώσκω*), quae esset facturus; vel: Deo omnia opera sua sunt *cara*.

Γογγύζω, f. *ύσω*, 1) *murmuro, mussito. Phavorin.* γογγύζειν· ἐπὶ τῆς περιστερᾶς λέγεται. σημαίνει δὲ τὸ τονθορύζειν. *Hesych.* γογγύζειν· φθέγγεσθαι, τονθορύζειν. — *Γογγύζειν τι περὶ τινός*, de aliquo clandestinos sermones facere, sermones clam conferre, Jo. 7, 32. — 2) offensus sum aliqua re, idque verbis significo; *indignabundus loquor*; Jo. 6, 41.

γογγύζ. μετ' ἀλλήλων, aegre ferentes inter se colloquuti; — περὶ τινός Jo. 6, 41. Thren. 3, 39. — πρὸς τινά Luc. 5, 30. — κατά τινος, Matth. 20, 11. Exod. 16, 7. — contra Deum, i. e. Deo invidiam facio, 1 Cor. 10, 10. coll. Num. 14, 1.

Γογγυσμός, οῦ, ὁ. (a γογγύζω) 1) mussitatio, murmur; — clandestini sermones, Jo. 7, 12. — 2) *indignatio, fremitus, querela* Act. 6, 1. γογγυσμὸς πρὸς querela de, sive indignatio contra. coll. Exod. 16, 7. 8. 12. — 3) *morositas*, quae facile in querelas et convitia prorumpit. Ἄνευ γογγυσμῶν, Phil. 2, 14. 1 Petr. 4, 9. sine morositate, i. e. hilari et benevolo animo, Jes. 58, 9. ubi ἄνευ ῥήματος γογγυσμοῦ explicatur vers. 10 per: δῶς ἐκ ψυχῆς σου.

Γογγυστής, οῦ, ὁ, (a γογγύζειν), murmurans; — deinde: *ad rixam pronus, contentiosus.* Semel Jud. vers. 16. Theodotion hebr. רָב *rixosus*, Prov. 26, 21. γογγυστής, Alexandrini λοίδορος. coll. Sap. 1, 10. 11. ubi γογγυσμὸς ἀνωφελὴς in altero membro explicatur per καταλαλιά.

Γόης, ητος, ὁ, incantator, praestigiator. — In N. T. semel 2 Tim. 3, 13. ubi subjacet notio *deceptoris*, quia praestigiatores sunt quoque deceptores. In animo habuit comparationem cum praestigiatoribus aegyptiacis, Mosi et Dei consiliis adversantibus (vid vers. 8.); sunt igitur et hic falsi doctores, imperitos decipientes et a veritate et pietate abducentes. Sic 2 Macc. 12, 14. γοητεία blanditiae decipientes, et *Aquila* Prov. 26, 22. γοητικὸς pro blandiente, blanditiis seducente. *Suidas:* γόης· κόλαξ, πλάνος, ἀπατεών.

Γολγοθᾶ, nom. indeclin. hebr. גֻלְגֹּלֶת, chald. גֻלְגַּלְתָּא (2 Reg. 9, 35.), euphoniae causa omissa altera ל; *cranium*; — *locus calvariae* prope Hierosolymam, ubi malefici mortem patiebantur, et in quem ossa eorum projiciebantur. Matth. 27, 33. Jo. 19, 17.

Γόμορρα, ας, ἡ, et γόμορρα, ων, τά, *Gomorrha*, hebr. עֲמֹרָה (litera ρ in γ mutata, ut in σηγώρ, γάζα et aliis nominibus). *Gomorrha*, urbs per terrae motum illum, cui, quinque urbibus deletis, lacus asphaltites sive mare mortuum originem olim debuerat, subversa. Vid. Gen. 19, 24. — In N. T. simul cum Sodoma tanquam impietatis cuiusque et divinarum poenarum exemplum commemoratur, Matth. 10, 15. Marc. 6, 11. Rom. 9, 29. 2 Petr. 2, 6. Jud. vers. 7.

Γόμος, ου, ὁ, 1) onus, (a γέμω, onustus sum), Exod. 23, 5. 2 Reg. 5, 17. 2) onus navis, Schiffsladung; *merces*, quae navi advehuntur, Act. 21, 3. — merces quaecunque Apoc. 18, 11. 12.

Γονεύς, έως, ὁ, (a γονέω, γίγνομαι, gigno) *parens*; de patre a que ac de matre dicitur, ut γίγνομαι a quo descendit. Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. Luc. 2, 27. 41. Jo. 9, 2. 3. 18 —23. 2 Cor. 12, 14. 2 Tim. 3, 2. alibi.

Γόνυ, γόνατος, (profanis etiam *γόνυας*), τὸ, *genu*, Hebr. 12, 12. — Caeterum in N. T. leguntur formulae: a) *θέντες*, sive *θεὶς τὰ γόνατα*, genua flectens, in genua procumbens, Marc. 15, 19. Luc. 22, 41. Act. 7, 60. 9, 40. 20, 36. 21, 5. (LXX. *κάμπτειν ἐπὶ τὰ γόνατα*, 2 Reg. 9, 24. Dan. 6, 10. — etiam *κλίνειν ἐπὶ τὰ γόνατα*. Esdr. 9, 5.) — b) *προσπίπτειν τοῖς γόνασι τινός*, ad genua alicuius procidere, ea amplecti, Luc. 5, 8. (LXX. *κάμπτειν ἐπὶ τὰ γόνατα τινός*, 2 Reg. 1, 13.) — c) *κάμπτειν γόνυ* s. *τὰ γόνατα τινὶ*, Rom. 11, 4. 14, 11. et Jes. 45, 23. sive *πρός τινα* Eph. 3, 14. *ἐν ὀνόματι τινός* Phil. 2, 10. genua flectere coram aliquo, aliquem adorare, cultum praestare, precibus orare; coll. 1 Chron. 29, 20.

Γονυπετέω, ῶ, f. *ήσω*, (a *γόνυ*, et *πετέομαι* q. *πίπτω*, cado) *in genua procido, genua flecto*, quod est cum implorantis, Matth. 17, 14. Marc. 1, 40. tum honorem habentis, Marc. 10, 17. Matth. 26, 29. Apud LXX. non legitur sed saepius apud profanos. *Hesych. γονυπετεῖ· παρακαλεῖ, δέεται, ἱκετεύει.*

Γράμμα, τος, τὸ, (a *γράφω*) 1) *litera*, quae stylo exarabatur, Luc. 23, 38. *γράμμασι* literis i. e. verbis et characteribus, cf. Levit. 19, 28. כתבת קעקע character s. stigma impressum, LXX. *γράμματα στικτά*. Jes. 29, 11. 12. *ἐπιστάμενος γράμματα* qui scit legere. — 2) *verba*, quae literis constant, Gal. 6, 11. *πηλίκοις γράμμασι*, quam prolixe. — 3) schedula scripta, 3 Esdr. 3, 9. 13. — *literae, epistola*, Act. 28, 21. 1 Macc. 1, 10. — *chirographum, syngrapha*, Luc. 16, 6. 7. mandatum scriptum Esth. 8, 5. 10. — 4) *liber, volumen*, Esth. 6, 1. 2. In N. T. *scriptura veteris Test.* Jo. 7, 15. 2 Tim. 3. 15. *τὰ ἱερὰ γράμματα* libri sacri (vet. Test.). Sic etiam Philoni et Josepho saepius dicuntur. — *lex mosaica*, Jo. 5, 47. — *τὸ γράμμα litera* (sc. *legis mosaicae*) Paulo dicitur lex ipsa, quatenus literis semper manentibus est scripta, singula cultus officia accurate et in perpetuum praescribit, nec igitur liberius pietatis exercitium permittit. Huic opponit apostolus *τὸ πνεῦμα*, i. e. religionem christianam, cuius praecepta (certe tum temporis) literis non erant exarata, quum potius pietatis exercitia per dictamen Spiritus sancti praescriberentur. Sic Rom. 7, 6. 2 Cor. 3, 6. 7. — Rom. 2, 27. *διὰ γράμματος καὶ περιτομῆς* i. e. „damnant, sive pietate sua demonstrant, impium esse te, qui, quanquam habes legem, (cuius verbis etiam ipsaeres), et circumcisus es, legem tamen transgrederis" ib. vers. 29. — 5) eruditio, quae ex libris hauritur, *scientia, eruditio*, Act. 16, 24. coll. Dan. 1, 4. Saepius non legitur.

Γραμματεύς, έως, ὁ, 1) scribendi peritus, scribendo occupatus, *scriba*. 2) *scriba publicus*, scriba regis sive reipublicae, qui mandata publica scribebat et edebat, fere no-

Schut Kanzler, 1 Sam. 8, 17. Esth. 3, 12. (סֹפֵר); — inde 3) *magistratus, praefectus*, Act. 19, 35. coll. Sir. 10, 5. Respondet in versione LXX. hebr. שׂר *praefectus, inspector*, Exod. 5, 6. 10. Jos. 1, 10. שׁטר magistratus Esdr. 7, 25. סָפְרִים Esdr. 4, 8. coll. 1 Macc. 5, 42. — 4) *literarum gnarus, eruditus* 1 Cor. 1, 20. coll. Jes. 33, 18. ubi סָפַר, LXX. γραμματικοί eruditi, literarum periti. Sic etiam γράμματα de eruditione. — 5) γραμματεῖς, *periti legis mosaicae*, i. e. qui legem legere, interpretari, et secundum eam jus dicere scirent, סוֹפְרִים, de qua notione cf. Esdr. 7, 6. 11. 12. 3 Esdr. 8, 1. 7. 8. 9. Sir. 38, 24. Eandem simul judices, Synagogarum praefecti et Synedrii magni assessores. Commemorantur in N. T. vel soli, vel conjuncti cum sacerdotibus, pharisaeis, v. c. Matth. 7, 29. 8, 19. Jo. 8, 3. Act. 4, 5. alibi. Quum hi divini codicis essent interpretes publici, transfertur 6) ad *interpretem legis divinae* privatum quemcunque, Matth. 13, 52. 23, 34.

Γραπτός, ή, ον, (a γράφω) *exaratus, scriptus*. Rom. 2, 15. γραπτὸν ἐν, inscriptum, infixum; i. e. manifestatum, coll. Jer. 31, 33.

Γραφή, ῆς, ἡ, 1) scriptum, liber, ספר 2 Chron. 24, 27. Sir. 42, 9. 2) ἡ γραφή et αἱ γραφαί, saepius etiam γραφαὶ ἁγίαι, γραφαὶ προφητικαί (Rom. 16, 26.) in N. T. κατ' ἐξοχὴν dicuntur libri Judaeorum sacri, codex V. T., et quidem cum totum horum librorum corpus et volumen, tum pars eorum, singuli libri, eorumque argumentum. Matth. 1, 22. 42. 22, 29. Marc. 12, 24. Luc. 24, 27. Jo. 5, 39. 10, 35. Act. 8, 32. 18, 24. et alibi saepissime. — Saepius reperiuntur formulae: *scriptura dicit, praecipit*, praevidit et similia, ita resolvenda: in scriptura legitur, praecipitur, scriptum, praedictum est, v. c. Rom. 9, 17. 10, 11. 11, 2. Gal. 3, 8. 22. 4, 30. et passim. Quum interdum ea, quae in N. T. tanquam τῆς γραφῆς dicta laudantur, in V. T. non legantur (ut Jac. 4, 5.) opinati sunt viri docti, Judaeos Jesu temporibus alios quoque libros prophaeticos istius aevi, praeter libros V. T., appellasse γραφὴν et γραφὴν ἁγίαν. Quam opinionem confirmant duo loca testamenti XII. patriarch. ubi liber Henoch (qui etiam Jud. vers. 14. commemoratur), laudatur hisce verbis: ἐγὼν ἐν γραφῇ ἁγίᾳ Ἐνώχ; — ἐν γραφῇ νόμου Ἐνώχ. vof. *Fabric.* Cod. Pseudep. V. T. I, p. 634. et 667. — Utrum 2 Petr. 3, 16. γραφαὶ sint libri V. T., an scripta Evangelistarum et Apostolorum, incertum videtur. — Interdum in laudando V. T. post verba dicendi omissum est ἡ γραφή, v. c. Eph. 4, 8. 22.

Γράφω, f. ψω, hebr. חָרַשׁ, 1) *sculpo, exaro*, 1 Reg. 6, 28. — stylo, calamo, sive alio modo exaro, lineolas duco, Jo. 8, 6. 8. nisi est: nomina eorum scripsit in terram, quod mali erat ominis. Vid. Jerem. 17, 13. — 2) *literas ex-*

ero, 2 Theſſ. 3, 17. οὕτω γράφω, ita literas pingo, ex ductum meum. — *ſcribo, literis exprimo,* Matth. 27, 37. Luc. 1, 63. 16, 6. 7. 23, 38. Jo. 9, 19. 21, 21. 22. Rom. 16, 22. Apoc. 3, 12. c. 14, 1. Βιβλ. γράφειν librum exarare, Jo. 21, 25. coll. Marc. 10. 4. — 3) *calamo excipio, literis mando, consigno,* aufſchreiben, niederſchreiben, Apoc. 1, 11. 19. Γράφειν εἰς, *inſcribere,* Luc. 10, 20. ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, i. e. inſcripta libro vitae, ut Apoc. 17, 8. 20, 12. 15. 21, 27. cf. Βίβλος. — 4) *describo;* et quidem a) *ſcribendo narro,* Luc. 1, 3. Jo. 20, 30. 31. 21, 24. ſqq. Act. 23, 26. Apoc. 22, 18. 19. — b) *notum facio* per literas, Act. 15, 23. 18, 27. 23, 25. Rom. 15, 15. — c) *pingo* aliquem verbis, *designo,* Jo. 1, 46. ὃν ἔγραψε quem in vaticiniis deſcripſit. Rom. 10, 5. γράφει, depinxit, deſignare voluit. 5) per literas *praecipio, praeſcribo;* γράφειν τινὶ, Luc. 20, 28. Marc. 12, 19. 1 Cor. 4, 14. 5, 9. 1 Jo. 2, 1—26. Γράφειν ἐντολὴν, praeceptum dare, Marc. 10, 5. Γέγραπται, praeſcriptum eſt, Luc. 2, 23. etpaſſim. Sic γράφειν Joh. 1, 6. Esdr. 3, 4. (2012). 3 Esdr. 6, 17. ubi in textu chald. Esdr. 5, 13. eſt כתב שם, LXX. Ἔθετο γράμμα. — Denique γέγραπται ἐν τῇ γραφῇ, Marc. 1, 2. Jo. 8, 17. et γέγραπται, γεγραμμένον ſimpliciter, ut Luc. 20, 17. Matth. 4, 4—7. et ſaepiſſime, de dictis et effatis V. T. quibuscunque dicitur, potiſſimum de *vaticiniis,* ita ut ſaepius verti poſſit: olim, antea praeſcriptum, praedictum eſt, v. c. Luc. 3, 4. 18, 31. 21, 22. 24, 44. 46. et paſſim. Occurrunt autem hoc ſenſu formulae γέγραπται a) ἐπὶ τινὸς, vaticinatum eſt *de aliquo,* Marc. 9, 12. b) ἐπὶ τινά, *in aliquem,* ita, ut eventum in eo habuerit, Marc. 9, 13. Jo. 12, 16. c) περὶ τινός, *de aliquo,* Marc. 14, 21. Luc. 7, 27. Jo. 5, 46. — ſemel quoque τινὶ, Luc. 18, 31.

Γραῶδης, εος, ὁ, ἡ, (a γραῦς, anus), ad morem ani, *anio dignus, anilis, ineptus.* 1 Tim. 4, 7.

Γρηγορέω, ῶ, f. ήσω, 1) *vigilo, ſomnum arceo,* Matth. 24, 43. 26, 38. 40. 41. Marc. 13, 34. 14, 34. 37. ſqq. Luc. 12, 37, 39. 2) ut latinor. *vigilo* et hebr. שקד Jer. 1, 12. Dan. 9, 14. Pſal. 102, 8. metaphorice: *vigilo, attendo, bene paratus ſum,* Matth. 24, 42. 25, 13. Marc. 13, 35. Act. 20, 31. 1 Cor. 16, 13. 1 Theſſ. 5, 6. 1 Petr. 5, 8. Apoc. 16, 15. γρηγορῶν alacer ad pietatem. — 3) γρηγορεῖν ἐν τινὶ, *alicui rei vacare, aſſiduum eſſe in illa,* Coloſſ. 4, 2. Sic Baruch. 2, 9. γρηγορεῖν ἐπὶ τοῖς κακοῖς, curare, ut adveniant mala. — 4) ut dormire ad mortem transfertur, ita vigilare ad vitam, et eſt: *in vita, vigore ſum, vivo,* 1 Theſſ. 5, 10. — et de vita ſpirituali: vivus ſum *in fide, alacer in pietate,* Apoc. 3, 2. 3. Explicatur enim hic γρηγ. per verba verſ. 1. ζῇς καὶ νεκρὸς ἐ, vivis quidem, ſed fide mortuus es. — Saepius non legitur.

Γυμνάζω, f. άσω, (a γυμνὸς nudus) 1) me nudum ex-

erceo in palaestra; 2) metaphorice: *exerceo me*, 1 Tim. 4, 7. γύμναζε σεαυτὸν πρὸς εὐσέβειαν exerce te in rebus, quae ad pietatem faciunt. Hebr. 5, 14. γεγυμνασμένα satis exercitata, idonea facta. ib. c. 12, 11. γεγυμνασμένοι δι' αὐτῆς, malis exercitati. coll. 2 Macc. 10, 15. 2 Petr. 2, 14. καρδίαν γε γυμνασμένην πλεονεξίας, animus lucro adsuetus, i. e. lucri cupidissimus.

Γυμνασία, ας, ἡ, 1) exercitatio athletarum in palaestra, ita dicta, quianudo fiebat corpore. 2) *exercitatio in abstinentia*, scl. earum rerum, quae corpus alunt et oblectant, sic 1 Tim. 4, 8. ubi σωματικὴ γυμνασία explicanda est ex iis, quae versu 3. leguntur, scl. abstinentia a matrimonio, sive etiam concubitu in matrimonio (1 Cor. 7, 5.) et a cibis quibusdam. Est igitur *exercitatio* in pietate *ad corpus spectans*, quam γυμνασίαν appellat apostolus, quia eadem a venere, vino et cibis delicatioribus abstinentia injuncta erat athletis. Hesychius: γυμνασία· ἄσκησις, μελέτη.

Γυμνητεύω, f. εύσω, *nudus sum*. — Tropice ut nostrum: entblößt seyn, est: *privatus sum vitae commodis necessariis*, et ex adjuncto: *in ignominia et contemtu vivo*. Sic intelligendum videtur 1 Cor. 4, 11. ubi alii: *male vestitus sum*. Vid. Thren. 1, 8. Hos. 2, 11. ubi עֶרְוָה, nuditas, quoque pro ignominia, contemtu, privatione vitae commodorum.

Γυμνὸς, ἡ, ὸν, 1) *non tectus*, *nudus*; potissimum ut hebr. בְּלִי־בֶגֶד de *corpore* veste non tecto, cf. Gen. 2, 25. 3, 7. 21. 27, 16. Job. 31, 19. Sic Apoc. 16, 15. ubi, si *sensum* spectas, est: destitutus pietatis et constantiae documentis. ib. c. 17, 16. γυμνὴν ποιεῖν, vestibus spoliare, quod in metaphora est: urbem diripere. cf. Thren. 1, 8. Ezech. 23, 10. Jer. 51, 58. Psal. 134, 7. — In loco 2 Cor. 5, 3. translatum legitur ad animam, corpore vestimenti instar indutam, igitur, corpore per mortem soluto, quasi nudam: οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, anima non nuda i. e. non prorsus destituta erit aliquo indumento. Sic *Philo* (de Charit. p. 701. edit. Mang.) τὴν ψυχὴν Mosis morientis appellat ἀπογυμνουμένην quatenus corpus solvitur; et *Plato* (Crat. 20.) ψυχὴν γυμνὴν τοῦ σώματος, corpore destitutam abire in orcum dicit. Similiter Sap. 9, 15. (et haud raro profanis) corpus dicitur σκῆνος animae. — Transfertur γυμνὸς a Paulo 1 Cor. 15, 37. adeo ad *granum*, quod, quatenus corpori plantae ex eo nasciturae opponitur, granum *nudum* appellavit. — 2) *vestibus honestis et necessariis destitutus*, adjuncta notione egestatis et miseriae, Matth. 25, 36. 38. 43. sqq. Jac. 2, 15. Apoc. 3, 17. coll. Jes. 58, 7. Job. 22, 6. — 3) *pallio* s. *toga non indutus*. Dicebantur etiam profanis ii quoque γυμνοί, qui, etsi veste interiori, leviori illa, i. e. tunica obtecti, tamen pallio, sive toga non erant induti. Sic Marc. 14, 51. ἐπὶ γυμνοῦ scl. σώ-

ματος, saper corpus leviter vestitum; ib. vers. 52. γυμνὸς ἔφυγε, relicto pallio, aufugit. Similiter Josephus pallio relicto e manibus uxoris Potipharis effugiens, dicitur: γυμνὸς ἔφυγον. cf. testam. XII. patr. *Fabric.* C. Pseud. I, p. 709. coll. Gen. 39, 12. sqq. — Eodem sensu γυμνὸς legitur Act. 19, 16. Jo. 21, 7. — 4) metaphorice i. q. πανερὸς, non velatus, apertus, notus, Hebr. 4, 13. coll. Job. 26, 6.

Γυμνότης, τητος, ἡ, (a γυμνὸς) 1) τὸ esse γυμνὸν, nuditas; 2) *pudenda*, Apoc. 3, 18. ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου, turpitudo pudendorum, quod metaphora remota est: vitiositas turpissima. — 3) *defectus vestimentorum necessariorum*, 2 Cor. 11, 27. Rom. 8, 35. coll. Deut. 28, 48.

Γυναικάριον, ου, τὸ, (diminutivum a γυνὴ) *mulierculae*. — In N. T. semel 2 Tim. 3, 6. ubi de *mulieribus* in contemtum dicitur, ut interdum latinor. *mulierculae*.

Γυναικεῖος, εία, εῖον, muliebris, vel: ad mulieres pertinens, v. c. aula Esth. 2, 11. diadema Esth. 2, 17. vel: mulierum naturae conveniens, iis proprius, v. c. τὰ γυναικεῖα, menstrua Gen. 18, 11. κόιτη γυναικεία Levit. 18, 22. στολὴ Deut. 22, 5. — In N. T. semel 1 Petr. 3, 7. ubi συνοικεῖν τῷ γυναικείῳ est: concubitum exercere cum muliere. Videtur hic γυναικεῖον de muliere ipsa sive potius de pudendis muliebribus dictum esse, ut γυναικεῖα γύμνωσις accipienda videtur in test. XII. patriarch. (*Fabric.* Cod. Pseud. I, p. 525).

Γυνὴ, αικὸς, ἡ, vocativ. γύναι, *foemina* quaevis, ratione sexus, Matth. 14, 21. 15, 38. 1 Cor. 11, 12. Act. 22, 4. et saepissime; hebr. אשה Gen. 2, 23. — Dicitur vero deinde de foeminis quoque ratione habita aetatis et conditionis externae, ideoque appellantur γυνὴ a) *puellae* Luc. 22, 57. coll. vers. 56. Apoc. 9, 8. Esth. 2, 4. ubi in hebr. est נערה puella, coll. Gal. 4, 4. b) *foeminae adultae*, Matth. 5, 28. 9, 29. 11, 11. Apoc. 12, 1. 4. passim. — c) *sponsae*, Matth. 1, 20. 24. Apoc. 19, 7. coll. 21, 9. ubi νύμφη ἡ γυνὴ est: mulier, quae erat sponsa eius. Redundat hic ut etiam in formula γυνὴ χήρα, *vidua*, Luc. 4, 26. d) *uxores*, *conjuges*, Matth. 5, 31. 32. 14, 3. Marc. 6, 18. 1 Cor. 7, 34. et passim. Interdum *heros*, uti Matth. 13, 33. 15, 22. Luc. 15, 8. accipiendum esse videtur. — 1 Cor. 9, 1. γυνὴ τοῦ πατρὸς vel est altera patris conjux, igitur filii *novercа*, ut בת אשה dicitur Gen. 37, 2. Levit. 18, 8. vel foemina, quacum pater vivit vel vixit non matrimonio conjunctus, sed stupri consuetudine. — Appellatio γύναι, vel est *honorifica*, qua vel honoratissimae adeoque reginae olim appellabantur (*Homer.* Iliad. 3, 204. Odyss. 19, 221.), vel *blandiens*, benevolentiam loquentis indicans, Matth. 15, 28. (ubi γύναι i. q. θύγατερ in simili loco v. 9, 22.) Luc. 13, 12. 22, 57. Jo. 2, 4. 4, 21. 19, 6. 20, 13.

15. 1 Cor. 7, 16. — Interdum omittitur, e. g. Matth. 1, 6. 14, 4. Jo. 19, 25.

Γώγ, Gog, Gogitae, nomen indeclinabile gentis fabulosae. Gog enim et Magog erat nomen mythicum, ex Ezech. c. 38 et 39. repetitum, quo Judaei Jesu temporibus gentes remotissimas, ferocissimas et quam maxime barbaras appellabant, quas, a Satana excitatas, adversus Messiam eiusque regnum bellum facturas esse gravissimum arbitrabantur. Hoc bellum Targum Jonathan. (in Levit. 26, 44. et Num. 11, 27.) et Targ. Hierosolymitan. (in Num. 11, 27.) locum habiturum esse tradunt ante regnum Messiae hisce in terris; secundum Apocal. 20, 7—9. autem post regnum millenario eventurum dicitur.

Γωνία, ας, ἡ, 1) *angulus*, Ecke, Winkel; Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. coll. Psal. 117, 21. Job. 38, 6. — Matth. 6, 5. *αἱ γωνίαι τῶν πλατειῶν* platearum anguli, i. e. loci, ubi plures plateae junguntur, multique homines confluere solent. Quum anguli sint in extremitate, *γωνία* etiam est 2) *extremitas*, Apoc. 7, 1. 20, 8. *γωνίαι τῆς γῆς* extremitates, plagae terrae; (non enim globum sed planitiem esse terram veteres arbitratos esse, satis constat). cf. 1 Sam. 14, 38. *γωνίαι τοῦ Ἰσραήλ.* — 3) quum anguli, ubi non est exitus, soleant esse infrequentes *γωνία* etiam sensu abjecto est: angulus, locus abditus et infrequens, Act. 26, 26. et Susann. vers. 38.

Δ.

Δαβὶδ, ὁ, David, nomen indeclinab. regis Israelitarum, olim celeberrimi. — In N. T. saepius commemoratus, v. c. Matth. 1, 1. 6. 17. — *ἐν Δαβὶδ*, Hebr. 4, 7. per Davidem, i. e. in libro Psalmorum Davidis. — *Υἱὸς Δαβὶδ*, quod *prolem* Davidis significat, ideoque etiam de Josepho dicitur Matth. 1, 20, fuit apud Judaeos seriores appellatio Messiae perfrequens, ea de causa ei tributa, quod e stirpe Davidis futurus esse putabatur. cf. Matth. 2, 5. 6. — Legitur haec formula Matth. 9, 27. 12, 23. 15, 22. 20, 31. 21, 9. 15. 22, 42. coll. vers. 45. Marc. 10, 47. 48. 12, 35. Luc. 18, 38. 39. 20, 41. (Etiam *ἡ ῥίζα Δαβὶδ*, Apoc. 5, 5. 22, 16. eodem sensu). In Joannis autem scriptis non legitur. Eadem vero de causa regnum quoque Messiae, sive eius imperium appellabatur *ἡ βασιλεία τοῦ Δαβὶδ*, Marc. 11, 10. *ὁ θρόνος Δαβ.* Luc. 1, 32. *ἡ σκηνὴ Δαβ.* Act. 15, 16. *ἡ κλεὶς τοῦ Δαβ.* Apoc. 3, 7. coll. Matth. 16, 19.

Δαιμονίζομαι, f. *ἰσομαι* (a *δαίμων*) 1) *δαιμόνιον ἔχω, daemonem habeo, a daemone regor*, Jo. 10, 21. 2) *insanio*

rexor, corripior. Judaeos enim plurium morborum auctores esse daemones, qui homine potiti essent, persuasum sibi habebant, et ita δαιμονιζόμενοι inter aegrotos commemorantur, Matth. 4, 24. 8, 16. 15, 22. κακῶς δαιμονίζεται, graviter vexatur a daemone; Marc. 1, 32. — item muti Matth. 9, 32. 12, 22. et furiosi Matth. 8, 28. 33. Marc. 5, 15—18. Luc. 8, 36. Saepius non habetur. Conferenda sunt quae *Josephus* Antiq. 6, 8, 2. et 8, 2. 5. de obsessis a daemonibus, et ratione, qua ejici possint ex homine, uberius narravit.

Δαιμόνιον, ίου, τὸ, (diminutivum a δαίμων, cum quo eiusdem est significationis), *daemon.* Profanis δαιμόνια dicebantur *genii*, spiritus Dii supremi ordinis inferiores, hominibus aut propitii (ἀγαθοδαίμονες), aut infesti et malorum auctores (κακοδαίμονες). Deindè δαιμόνιον est *numen* quodcunque, *ens divinum.* Sic Act. 17, 18. ubi loquuntur Athenienses. — *Judaeis* autem graece loquentibus δαιμόνια constanter sunt *spiritus mali*, Jac. 2, 19. Apoc. 16, 14. qui etiam πνεύματα Luc. 4, 33. πνεύματα πονηρά, Luc. 8, 2. 10, 27. 20. Act. 5, 16. 8, 7. 19, 13. et πνεύματα ἀκάθαρτα, (vid. Ἀκάθαρτος) dicuntur, quique putabantur loca deserta et devastata inhabitare, ut intelligitur e versione alexandr. Jes. 13, 21. 34, 14. Baruch. 5, 35. Dicuntur interdum ἄγγελοι, quia angeli Dei olim fuisse putabantur; (vid. Ἄγγελος) *Josephi* enim (de bell. Jud. 7, 6. 3.) verba: τὰ καλούμενα δαιμόνια πονηρῶν ἐστιν ἀνθρώπων πνεύματα τοῖς ζῶσιν εἰσδυόμενα non sententiam Judaeorum sed Josephi opinionem exprimunt. Putabantur autem isti genii ingredi posse in homines (εἰσέρχεσθαι Luc. 8, 32.), eos tenere obsessos (Joseph. 7, 11. 3. τῶν δαιμονίων ἐγκαθεζομένων, Fabric. Cod. Pseud. I, p. 673. ἐκδιώξαιμι οἰκοῦντα αὐτὸν ὡς ἴδιον σκεῦος), variosque morbos (Matth. 7, 22. 9, 33. Luc. 11, 14.) potissimum melancholiam, insaniam et furorem efficere (πνιγμοὺς αὐτῷ καὶ σπραγγάλας ἐπιφέρων, Joseph. Antiq. 6, 8. 2. — ib. 6, 11, 3. τὸ δαιμόνιον ἐθορύβει τὸ πνεῦμα καὶ συνετάρατε). vid. etiam *Fabric.* Cod. Pseud. I, p. 538. Nec tantum unus, sed etiam plures in uno homine interdum habitare dicuntur, Marc. 16, 17. Luc. 8, 2. 27. 30. — Inde formulae: a) δαιμόνιον ἔχειν, *daemonem in se habitantem habere, correptum esse a daemone*, Luc. 8, 27. dicebaturque etiam pro *melancholia laborare*, Matth. 11, 18. Luc. 7, 33. et *insanire*, Jo. 7, 20. 8, 48. 49. 52. 10, 20. ubi καὶ μαίνεται explicationis causa additur. — b) ἐκβάλλειν τὰ δαιμόνια, *ejicere daemones*, i. e. jubere ut egrediantur (ἐξέρχεσθαι Matth. 17, 18. Marc. 7, 29. 30. Luc. 4, 35. 41. 8, 2. 33. 35.) quod fiebat interposito nomine potentioris, cui obedire daemones coacti essent, Matth. 7, 22. 9, 34. 10, 8. Luc. 9, 1. 13, 32. et passim. Intelligitur inde, quo modo Judaei dicere potuerint, daemones a Jesu ei-

jici interposito nomine ipsorum praefecti, Matth. 10, 25. Luc. 11, 15—19. — Judaei utebantur in hac re nomine Dei (Luc. 11, 19.) et potissimum Salomonis (Σολομῶντος μεμνημένος, καὶ τὰς ἐπῳδὰς, ἃς συνέθηκεν ἐκεῖνος; ἐπιλέγων, Josepho, 8, 2. 5.) ad quam rem Matth. 12, 42. verba Christi referenda videntur; Apostoli autem (Luc. 9, 1. 10, 17. 16, 18.) et alii etiam (Luc. 9, 49. 50. Act. 19, 13—15.) Jesu Christi nomine, quem daemones novissent, et tanquam ipsorum dominum ac victorem reveriti essent, Matth. 8, 29. Marc. 1, 34. Luc. 4, 34. 41. 8, 28. Act. 16, 18. 19, 15. Caeterum Judaei tribuebant daemonibus potestatem miraculorum faciendorum (Apoc. 16, 14), non autem eiusmodi miraculorum, quae ad hominum salutem spectarent (Jo. 10, 21); imo habebantur hominibus insensissimi (Jo. 8, 44.) putabanturque latere in oraculis (Act. 16, 17.) et idolis ethnicorum 1 Cor. 10, 20. 21. Baruch. 4, 7. Psal. 96, 5. 106, 37. Deut. 32, 17. (ubi hebr. שדים et מלאכים respondet) et hominibus errores inspirare, omnisque falsae doctrinae esse vel fautores vel auctores. 1 Tim. 4, 1. πνεύμασι πλάνοις καὶ διδασκαλίαις δαιμονίων, spiritibus malis per falsos doctores errores spargentibus. Vocantur propterea etiam πνεύματα πλάνης Apoc. 9, 20. et saepissime in testam. XII. patriarch. v. c. *Fabric.* Cod. Pseud. I, 535. 732. δαίμονες πλάνης, p. 615. coll. Matth. 8, 44.

Δαιμονιώδης, ους, ὁ, ἡ, *daemoniacus*, daemoni proprius. Semel Jac. 3, 15.

Δαίμων, ονος, ὁ, ἡ, *genius — numen*, i. q. δαιμόνιον, quod vid. Nostris scriptoribus est: *spiritus malus*, Matth. 8, 31. Marc. 5, 12. Luc. 8, 29. Apoc. 18, 2. (et 16, 14.) in textu vulg.). Saepius non legitur.

Δάκνω, f. δήξω, *mordeo*, proprie mordeo *dentibus*, Gen. 49, 17. 21, 16. — deinde tropice: mordeo *verbis*, convitiis, *laedo*, convitiis *proscindo*, *noceo*. Gal. 5, 15. coll. Hab. 2, 7. et saepissime apud profanos.

Δάκρυ, υος, τὸ, et δάκρυον, ύου, τὸ, *lacryma*, Apoc. 7, 17. 21, 4. — Δάκρυα, Luc. 7, 38. 44. — Formula μετὰ δακρύων, sive διὰ δακρύων, ut legitur 2 Cor. 2, 4. est quidem proprie: *effusis lacrymis*, ut Marc. 9, 24. interdum vero etiam non lacrymarum profusionem veram, sed *summam animi sollicitudinem*, ut Act. 20, 19. 31. 2 Cor. 2, 4. Hebr. 5, 7. 12, 17. vel etiam *tenerrimum amorem*, 2 Tim. 1, 4. indicare videtur. Sic Job. 3, 24. δακρύω δὲ ἐγὼ συνεχόμενος φόβῳ. Sir. 12, 16. ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ δακρύσει ὁ ἐχθρὸς, dolose lacrymabitur i. e. tenerrimum amorem simulabit.

Δακρύω, f. ύσω, *lacrymor*; *lacrymas profundo*. Jo. 11, 35.

Δακτύλιος, ου, ὁ, (a δάκτυλος) *annulus*, quia digitus eo ornatur. Luc. 15, 22. Annuli et vestes pretiosi honoris

significandi gratia dabantur. cf. Gen. 41, 43. Esth. 8, 2. 2 Macc. 6, 16.

Δάκτυλος, ου, ὁ, 1) *digitus*, Matth. 23, 4. 11, 46. Marc. 7, 35. Jo. 8, 6. 20, 25. 27. Deo si tribuitur, est pro *manu*, quae quidem est *potentiae* symbolum; Luc. 11, 20. coll. Matth. 12, 28. Exod. 8, 15. Psal. 8, 4. hebr. יד.

Δαλμανουθά, ἡ, *Dalmanutha*, vicus ad lacum Genesareth situs, quem ob Matth. 15, 39. putant in vicinia vel in agro Magdalae fuisse. Semel Marc. 8, 10. Caeterum non commemoratur.

Δαλματία, ας, *Dalmatia*, provincia Illyrici magni ad mare Adriaticum sita, Macedoniae finitima. Semel 2 Tim. 4, 10.

Δαμάζω, f. άσω, *domo, coërceo*. De bestiis Jac. 3, 7. de furibundo Marc. 5, 4. tropice de lingua, Jac. 3, 8. coll. Sir. 28, 18. sqq. — In V. T. semel Dan. 2, 40. bello coërcere imperia.

Δάμαλις, εως, ἡ, (a δαμάζω) *vacca*. Semel Hebr. 9, 13. De cineribus vaccae combustae, quibus, qui sese polluerant, conspergebantur purgandi gratia, vid. Numer. c. 19.

Δάμαρις, ιδος, ἡ, *Damaris*, nomen mulieris Atheniensis, de qua vid. Act. 17, 34.

Δαμασκηνός, ὴ, ὸν, *Damascenus*, incola urbis Damasci. 2 Cor. 11, 32.

Δαμασκός, οῦ, ἡ, *Damascus*, urbs antiquissima (Gen. 14, 15. 15, 2. 1 Sam. 8, 6.) celeberrima et florentissima (Jer. 49, 25.) in campo fertilissimo inter Libanum et Antilibanum ad fluvium Chrysorrhoam sita (2 Reg. 5, 12. Ezech. 27, 18), Syriae metropolis (1 Reg. 15, 18. 2 Reg. 7, 9. Jes. 7, 8.) hebraeis דמשק vocata, et Pauli temporibus Aretae, regulo Arabiae Petraeae, subjecta. Commemoratur Act. 9, 2—27. 22, 5—11. 26, 12. 20. 2 Cor. 11, 32. Gal. 1, 17.

Δανείζω, f. ίσω, (a δάνος, donum; deinde pecunia sub usuris data) 1) *dono, largior*; potissimum *pecuniam do, mutuum do*, δανείζεσθαι *mutuum accipere*, Luc. 6, 34. 35. Matth. 5, 42. Deut. 5, 6. 8. Prov. 19, 17. Sir. 19, 12. 2. in quibus locis non est *foenerari* mutuum dare *sub usura* (ἐπὶ τόκῳ), sed *mutuum dare* simpliciter. Sic quoque Sap. 15, 16.

Δάνειον, ειου, τὸ, (a δανείζω), *quod mutuum est datum, debitum*, vel sine usura, ut Matth. 18, 27. Deut. 24, 11. vel sub foeneris conditione, (δάνειον ἐπὶ τόκῳ): ut profanis saepius dicitur.

Δανειστής, qui mutuam pecuniam dedit, *creditor*, (a δανείζω). Luc. 7, 41. coll. 2 Reg. 4, 1. Ps. 109, 11.

Δανιήλ, ὁ, *Daniel*, (ex דן judicare, et אל Deus) nom. indecl. prophetae Judaeorum, de quo vid. librum V. T.

qui eius nomen fert et Ezech. 14, 14. Legitur Matth. 24, 15. (et Marc. 14. edit. vulg.)

Δαπανάω, ῶ, f. ήσω, 1) *impendo, sumtus facio;* 2 Cor. 12, 15. coll. 1 Macc. 14, 32. Act. 21, 24. δαπ. ἐπὶ, sumtus sacrificiorum pro illis praestare. De sacrificiis in eiusmodi votis faciendis vid. Joseph. Antiq. 19, 6. 1. Bell. Jud. 2, 15. 1. 2) *sumtibus consumo, consumo,* Marc. 5, 26. et Judith. 12, 4. 2 Macc. 1, 23. 2, 10. — malo sensu: *dilapido, luxuriose perdo* opes, Luc. 15, 14. inde etiam *luxuriose vivo,* ut Jac. 4, 3. videtur accipiendum esse. *Suidas:* δαπανᾶν· οὐ τὸ ἀναλύσκειν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ λαμπρῶς ζῆν, καὶ σπαθᾶν, καὶ δαπανᾶν τὴν οὐσίαν.

Δαπάνη, ης, ἡ, *impensa, sumtus.* Luc. 14, 28. coll. Esdr. 6, 4. 1 Macc. 3, 30. 10, 45.

Δέ, conjunctio discretiva, quae semper alii verbo postponitur, et saepe in latina adeoque in vernacula lingua non est vertenda, v. c. Matth. 21, 3. Jo. 16, 27. Act. 23, 10. 24, 17. Gal. 4, 20. 1 Cor. 14, 1. In Evangelio Joannis rarius habetur, quam in reliquis N. T. libris, multo rarius autem in epistolis Joann. et in Apocalypsi. Habet autem eam vim, ut *conjungat diversa,* sive indicet diversitatem et rerum et notionum, quae inter se junguntur, ideoque vario modo verti potest. Distinguit igitur 1) *singulas* et *notiones* et *propositiones* in una serie prolatas, δὲ—δὲ, 2 Petr. 1, 5—7. — μὲν-δὲ Act. 23, 8. 1 Cor. 15, 39., ubi non est vertendum. Legitur etiam in subjunctione propositionum, ubi est: *jam, vero,* Rom. 4, 4. 5. 8, 8—11. *itaque* 1 Cor. 15, 57. — Distinguit 2) *responsiones in colloquio,* Luc. 12, 14. 13, 8. Act. 12, 14. 15. 22, 27. 28. 19, 2—4. ubi *autem, quidem, contra* significat, vel plane quoque redundat. — 3) *contrarium,* quod affertur, ubi est *sed, autem, contra, potius,* Matth. 6, 6. 7. 15. 17. 33. 7, 15. 23, 8. Jo. 1, 12. Luc. 12, 10. Act. 12, 9. Eph. 4, 15. 1 Tim. 4, 8. Jac. 2, 10. 2 Cor. 6, 10. εἰ δὲ μήγε *sin minus,* Luc. 13, 8. Apoc. 2, 5. 16. 4) *restrictionem* propositionis, ubi est *tamen, autem, attamen,* Matth. 23, 25. Act. 9, 7. Jac. 1, 6. 2, 10. — Discernit 5) propositionem illustrandi causa interpositam a serie orationis; *autem,* Matth. 8, 24. Act. 9, 7. 23, 13. 1 Cor. 15, 56. ubi in aliis locis γὰρ legitur, potissimum in Joanne, vid. Γὰρ. Inservit etiam 6) accuratiori illustrationi subjecti, ubi est *scilicet, nempe,* Matth. 23, 5. Rom. 3, 22. *inquam,* Luc. 13, 15. Rom. 5, 8. 2 Cor. 10, 2. *enim* (si ratio redditur), Marc. 16, 8. Jo. 6, 10. 1 Cor. 10, 11. 1 Thess. 2, 16. — si negatio praecessit: *at, tamen, potius,* 1 Cor. 15, 51. Rom. 3, 4. Jac. 2, 11. — *transitum fecit* ad *aliam rem* in narratione, sive ad *novam propositionem,* Jac. 1, 5. 1 Cor. 16, 1. 15. 17. et verti potest *porro, et,* Luc. 13, 10. Act. 5, 32. 9, 8. 1 Cor. 16, 35. 2 Cor.

6, 14—16. Jac. 2, 15. Jo. 16, 26. Rom. 8, 28. *praeterea*, Luc. 15, 11. *etiam*, Marc. 4, 37. — *quum*, *jam*, *autem*, *vero*, Matth. 1, 18. 2, 3. 5. 9. 6, 16. 7, 15. Marc. 16, 9. Luc. 12, 11. 13. 16. 13, 6. 15, 17. Act. 6, 1. 12, 10. 13. — *itaque*, *igitur*, Luc. 13, 7. Act. 6, 2. 15, 3.

Δέησις, εως, ἡ, (a δέομαι) 1) *indigentia*; 2) *supplicatio* miseri et afflicti, Hebr. 5, 7. 3) *preces*, *supplicatio quaevis*, Luc. 1, 13. 2, 37. 5, 33. (Act. 1, 14. edit. vulg.) Eph. 6, 18. Phil. 4, 6. 1 Tim. 5, 5. 2 Tim. 1, 3. 1 Petr. 3, 12. 2 Chron. 6, 36. Speciatim *preces pro aliquo*, *deprecatio*, maxime seq. ὑπὲρ, Rom. 10, 1. 2 Cor. 1, 11. 9, 14. Phil. 1, 4. 19. 1 Tim. 2, 1. Jac. 5, 16. Saepius non legitur.

Δεῖ, f. 1. δεήσει, aor. 1. ἐδέησε, imperf. ἔδει, impersonale (a δέω ligo, opus habeo), et necessitatem qualemcunque exprimit, *necesse est*, *oportet*, *opus est*, *debet*, Act. 27, 21. Rom. 1, 27. 8, 2. 2 Cor. 2, 3. Speciatim exprimit 1) necessitatem *destinationis* et *voluntatis Dei*, Jo. 9, 4. 10, 16. Act. 1, 16. 3, 21. 4, 12. ἐν ᾧ δεῖ σωθῆναι ἡμᾶς, per quem destinatum vobis sit salvari, cf. Sap. 16, 4. Potissimum de rebus futuris e Dei decreto evenientibus dicitur, ubi interdum verti potest, *destinatus est*, Matth. 17, 10. 24, 6. Marc. 13, 7. 10. Luc. 4, 43. 22, 7. Jo. 3, 30. 20, 9. et alibi. coll. Dan. 2, 28. 29. — 2) necessitatem *officii*, sive moralem, *decet*, *debet*, Matth. 18, 33. 23, 23. Marc. 13, 14. Luc. 2, 49. 18, 1. Act. 5, 29. 1 Thess. 4, 1. Tit. 1, 11. alibi. 3) necessitatem *praecepti* et *morum*, Luc. 22, 7. Jo. 4, 20. 24. Act. 15, 5. 18, 21. etiam legum civilium, Act. 24, 19. 25, 10. 4) necessitatem e *rerum conditione* natam, Matth. 26, 35. κἂν δέῃ με, si vel cogerer, si vel moriendum mihi esset. Marc. 14, 31. Jo. 4, 4. Act. 14, 22. 5) necessitatem *conditionis*, Jo. 3, 7. δεῖ, i. q. vers. 5. ἐὰν μὴ — οὐ δύναται. 6) necessitatem eius, *quod opus est*, Luc. 12, 12. 19, 5. 1 Tim. 3, 7. quod opus est ad finem consequendum Jo. 3, 14. Act. 9, 6. 16, 30. 1 Cor. 11, 19. δεῖ εἶναι, ἵνα, necesse est, ut sint, quo veri Christiani a falsis dignoscantur. Hebr. 9, 26. 11, 6. — 6) necessitatem *rationis*, 1 Cor. 15, 53. 7) necess. *decoris*, 2 Tim. 2, 6. 2, 24. — 8) interdum non id, quod necesse, sed id, quod permissum est, necessitatem incompletam, indicat, et est: *decet*, *licet*, Luc. 13, 14. 16. 15, 32. Act. 25, 24. Rom. 12, 3. 2 Cor. 11, 30. Coloss. 4, 6. 2 Cor. 2, 3. ἔδει με χαίρειν, de quibus possem laetari. Job. 15, 3. ἐλέγχων ἐν ῥήμασιν οἷς οὐ δεῖ, καὶ ἐν λόγοις οἷς οὐδὲν ὄφελος. *Hesych*: δεῖ· πρέπει, χρή, χρεία ἐστὶν, δεσμεύει.

Δεῖγμα, τος, τὸ, (a δείκνυμι) 1) specimen rei, quod monstro (die vorgezeigte Probe); 2) *exemplum* aliorum oculis propositum. Jud. vers. 7. πρόκειται δεῖγμα, sunt in perpetuum exemplo. coll. 2 Petr. 2, 6. 3 Macc. 2, 5. Σοδομίτας παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις κατωστήσας.

Δειγματίζω, f. *ίσω*, (a *δείγμα*) non nisi Coloss. 2, 15. legitur, ubi *ἐδειγμάτιζε* (scl. *σεαυτὸν*) *ἐν παῤῥησίᾳ*, est vel exemplum nobis dedit ipse fiduciae animi, vel conspicuam fecit fiduciam, animum intrepidum. Alii accipiunt pro *παραδειγματίζω*, publicae ignominiae expono, quo sensu habent codd. Matth. 1, 19.

Δεικνύω, et *δείκνυμι*, f. *δείξω*, 1) *monstro, rem oculis conspiciendam facio*, Jo. 14, 8. 9. *δεῖξον ἡμῖν τὸν πατέρα*, fac ut oculis videamus patrem. Matth. 4, 8. Luc. 4, 5. *monstro in visionibus*, Apoc. 1, 1. 4, 1. 17, 1. 21, 9. 10. 22, 1. 6. 8. *δεῖξον σεαυτὸν*, fiste te spectandum, Matth. 8, 4. Marc. 1, 44. Luc. 5, 4. — 2) *exhibeo, monstro*, aufzeigen, vorzeigen, Hebr. 8, 5. Jo. 20, 20. de rebus internis: *manifesto, probo*, Jac. 2, 18. 3, 13. — de factis: *exhibeo, perficio*, Jo. 2, 18. 10, 32. etiam de rebus futuris, efficio, facio ut eveniat et conspiciatur, 1 Tim. 6, 15. coll. Ps. 71, 20. (הרְאָה) 60, 3. Sap. 10, 14. *ψευδεῖς ἔδειξε*. Fabric. Cod. Pseud. I, p. 700. *δόκιμόν με ἀνέδειξε*. — 3) verbis monstro, *doceo*, Matth. 16, 21. Jo. 5, 20. Act. 10, 28. 1 Cor. 12, 31. coll. 1 Sam. 12, 23. *δείξω ὑμῖν τὴν ὁδὸν τὴν ἀγαθήν*. Deut. 4, 5. — 4) *assigno, do*, anweisen, Marc. 14, 15. Luc. 22, 12. coll. Exod. 13, 21. 2 Reg. 16, 14. Saepius non habetur.

Δειλία, *ας*, *ἡ*, (a *δειλός*, *timidus*) *timiditas*. 2 Tim. 1, 7. *πνεῦμα δειλίας* i. e. *πνευ. δειλόν*, spiritus, qui sit timidus in confitenda tuendaque religione. cf. Psal. 55, 4. Levit. 26, 36.

Δειλιάω, f. *δειλιάζω*, f. *άσω*, *timidus sum, consternor*, Jo. 14, 27. coll. Deut. 1, 31. Jes. 13, 7. Psal. 14, 5.

Δειλός, *ή*, *όν*, 1) *timidus, ignavus*, Matth. 8, 26. Marc. 4, 40. *δειλοί*, fide in Dei auxilium destituti ideoque trepidantes. coll. Sir. 2, 12. 31, 14. Jud. 7, 3. — 2) *vacillans, fidem non servans*, (etiam miles stationem deserens) *inconstans*; Apoc. 21, 8. *δειλοῖς καὶ ἀπίστοις*, iis, qui metu correpti defecerunt a Christo, et gentilibus. coll. Deut. 20, 8. ubi hebr. רַךְ mollis, debilis. Sap. 9, 14. *λογισμοὶ δειλοί* i. e. inconstantes, vacillantes.

Δεῖνα, *ὁ*, *ἡ*, *τό*, genit. *δεῖνος*, dat. *δεῖνι*, acc. *δεῖνα*, *quidam, aliquis, quispiam*. Utuntur Graeci hoc vocabulo ad significandam rem, quam nominare aut nolunt aut nesciunt. Semel Matth. 26, 18. *πρὸς τὸν δεῖνα*, ad quendam, istum vobis jam notum.

Δεινῶς, adv. (a *δεινός* eximius, modum excedens) *graviter, vehementer*. Matth. 8, 6. Luc. 11, 53. Sap. 17, 3. 18, 17. *δεινῶς ἐξεστάραξαν αὐτούς*.

Δειπνέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *δεῖπνον*) *coeno*, Luc. 17, 8. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. *μετὰ τὸ δειπνῆσαι*, coena finita, in coenae fine. Alii: postquam prima mensa sublata erat. Prima mensa scilicet fuisset agnus ipse paschalis cum vino, secunda

autem olera amara cum embammate et panibus azymis. cf. *Ammonii* theolog. biblica Vol. 3, p. 137. Evangeliſtae Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. utuntur formula ἐσθιόντων αὐτῶν. — Tob. 8, 1. Apoc. 3, 20. ubi familiaris commeſſatio imago tenerrimae amicitiae eſt, niſi auctor ad epulum in regno Meſſiae (vid. Γάμος) respexit. — Eſt etiam: epulo ſplendidiori intereſſe Prov. 23, 1.

Δεῖπνον, ου, τὸ, 1) *coena*, Luc. 14, 12. Jo. 13, 2. 4. 20, 46. 1 Cor. 11, 20. 2) *cibus, eſca*, quae in coena capitur, 1 Cor. 11, 21. Dan. 1, 16. 3) *convivium, epulum ſplendidum*, Matth. 23, 6. Marc. 6, 21. 12, 39. Luc. 14, 16. 17. 24. 20, 46. Jo. 12, 2. — convivium in regno Meſſiae, Apoc. 19, 9. 17. coll. 4 Esdr. 3, 38. 6, 49. ſqq. Vid. Γάμος.

Δεισιδαίμων, ονος, ὁ, ἡ, comparat. δεισιδαιμονέστερος (ex δείδω, metuo, et δαίμων, numen) maxime ſenſu malo: *ſuperſtitioſus*; interdum etiam ſenſu bono: *religioſus, numen reverens*. Semel Act. 17, 22., ubi δεισιδαιμονέστεροι videntur eſſe, variorum numinum (idolorum) cultui nimis dediti, nimis faciles in Diis putativis colendis. *Heſych*: δεισιδαίμων· ὁ τὰ εἴδωλα σέβων, εἰδωλολάτρης, ὁ εὐσεβὴς καὶ δεινὸς παρὰ θεῷ. *Suidas*, δεισιδαίμων· θεοσεβὴς, ἢ ἀμφίβολος περὶ τὴν πίστιν, καὶ οἱονεὶ δεδοικώς.

Δεισιδαιμονία, ίας, ἡ, (vid. Δεισιδαίμων) *ſuperſtitio*; deinde etiam ſenſu bono *numinis reverentia*. Semel Act. 25, 19. ubi eſt: religionis doctrina ſuperſtitioſa. *Suidas*, δεισιδαιμονία· εὐλάβεια περὶ τὸ θεῖον, δειλία, ἀμφιβολία περὶ τὴν πίστιν, ἢ ἄκαιρος εὐσέβεια. In cod. graeco V. T. non legitur, neque δεισιδαίμων.

Δέκα, οἱ, αἱ, τὰ, *decem*. Matth. 14, 31. 20, 24. Numerus denarius ſaepe pro certo et finito numero quovis dicitur, ut in locis Matth. 25, 1. 28. Luc. 15, 8. 17, 12. 19, 13. 17, 25. Apoc. 12, 3. 13, 1. 17, 3. 12. — Apoc. 2, 10. θλίψις decem dierum i. e. finita, finem *mox* habitura. coll. 1 Sam. 25, 38. Dan. 1, 12. (*Terent.* Heautont. 5, 1. 36. „decem dierum vix mihi eſt familia,"

Δεκαδύο, i. q. δώδεκα, *duodecim*. Act. 19, 7. 24, 11.

Δεκαπέντε, *quindecim*. Jo. 11, 8. Act. 27, 28. Gal. 1, 18.

Δεκάπολις, εως, ἡ, *Decapolis, regio decem urbium*, tractus trans Jordanem in tribu Manaſſe, ubi poſt exilium multi pagani conſederant. Matth. 4, 25. Marc. 5, 20. 7, 31. In enumerandis decem urbibus non conſentiunt docti. *Joſeph.* de Bell. Jud. 3, 9. 7. *Scythopolin* appellat urbem maximam τῆς δεκαπόλεως. coll. *Plin.* hiſt. nat. 5, 18.

Δεκατέσσαρες, ων, οἱ, αἱ, — σαρα, τὰ, *quatuordecim* Matth. 1, 17. 2 Cor. 12, 2. Gal. 2, 1.

Δεκάτη, ης, ἡ, (hebr. מעשר) ſcil. μερὶς ſ. μοῖρα, *decima*

pars, decimae; et de praeda bello capta, Hebr. 7, 2. 4. coll. Gen. 14, 20. et de decimis frugum et pecorum, Hebr. 7, 8. Lev. 27, 30. sqq. 1 Macc. 3, 49. Sir. 32, 9. sqq.

Δέκατος, η, ον, *decimus.* Jo. 1, 40. Apoc. 21, 20. — τὸ δέκατον scl. μέρος, decima pars, Apoc. 11, 13.

Δεκατόω, ῶ, f. ώσω, *decimo, decimas exigo* vel *accipio;* Hebr. 7, 6. Nehem. 10, 37. (hebr. עשר) Passivum: *decimor, decimas solvo.* Hebr. 7, 9.

Δεκτὸς, ή, ὸν, (verbale a 3. perf. perf. pass. verbi δέχομαι, accipio) 1) *acceptus,* Luc. 4, 24. δεκτός ἐστι pro δέχεται, accipitur scl. tanquam propheta. 2) *accipiendus, gratus, acceptus.* Act. 10, 35. δεκτὸς αὐτῷ ἐστι admittendus ab eo judicatur ad societatem Christi. Phil. 4, 18. — Ex adjuncto, quod *bene placet,* quod *faustum aut habetur, aut est,* ubi hebr. רצה, *beneplacitum,* respondet, Exod. 28, 34. Jes. 56, 7. θυσίαι erunt δεκταὶ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν μου. Sic bis Luc. 4, 19. 2 Cor. 6, 2. καιρὸς δεκτὸς *faustum* tempus. Saepius non legitur.

Δελεάζω, f. άσω (a δέλεαρ, esca exposita ad capiendos animalia) 1) *invesco, esca capio,* ködern; 2) *insidior, decipio, allicio, illecebris pellicio.* Jac. 1, 14. 2 Petr. 2, 14. 18. *Hesych.* δελεάζει. ἐξαπατᾷ. Idem: δελεασθεὶς· ἀπατηθεὶς. Sic saepius apud profanos. In V. T. autem non habetur.

Δένδρον, ου, τὸ, *arbor,* cuiusvis generis. Matth. 3, 10. 7, 17—19. 12, 33. Apoc. 7, 1. 3. 8, 7. 9, 4. et passim. — Matth. 13, 32. γίνεται δένδρον, f. εἰς δένδρον Luc. 13, 19. i. e. ὡς δένδρον, magnitudine similis arbori, coll. Marc. 4, 32. — Marc. 8, 24. βλέπω ὡς δένδρα, plurimi vertunt: *video non satis distincte, forma inverta.* Mallem: video homines tanta proceritate, qua arbores esse solent.

Δεξιολάβος, ου, ὁ, Hanc vocem, quam profani veteres ignorant, Act. 23, 23. *militum genus* indicare certissimum quidem est; qualenam autem, et cur ita appelletur, incertum manet. Alii *satellites* vel *regis;* vel *tribuni,* (παρὰ τὸ λαβεῖν τὴν τοῦ βασιλέως καὶ χιλιάρχου δεξιάν), ergo i. q. παραφύλακες, ut *Suidas* interpretatur, *satellites, custodes corporis.* Alii cum quibusdam codd. legere malunt δεξιοβόλους (dextra jacientes), i. e. *funditores, sagittarios.* *Vulgat.* vertit *lancearios.*

Δεξιὸς, ὰ, ὸν, *dexter,* Matth. 5, 29. 30. 39. Luc. 22, 50. Jo. 18, 10. Apoc. 10, 2. alibi. — ἡ δεξιὰ scl. χεὶρ, *dextra,* dextra manus, Matth. 6, 3. 27. 29. Apoc. 1, 20. — τὰ δεξιὰ scl. μέρη *partes ad dextram, latus dextrum,* etiam i. q. ἡ δεξιὰ, Matth. 20, 21. 23. 22, 44. 25, 33. 34. 26, 64. 27, 38. Marc. 16, 5. Luc. 1, 11. 2 Cor. 6, 7. ὅπλα τὰ δεξιὰ καὶ τὰ ἀριστερὰ, arma ab utroque latere in promptu, i. e. paratissima. Alii: *omne armorum genus,* quia milites dextra gla-

dium, sinistra clypeum gestassent. — Restant formulae 1) τὰς δεξιὰς διδόναι. Gal. 2, 9. *dextras miscere*, dextra data *pacisci*, convenire cum aliquo, 1 Macc. 11, 62. 13, 50. 2 Macc. 11, 26. 30. coll. Esdr. 10, 19. Ezech. 17, 18. *Josephus* Antiq. 18, 9. 3. ἀπέστειλέ με (scl. rex) δεξιάν τε καὶ πίστιν δώσοντα ὑμῖν. — 2) ὑψωθεὶς τῇ δεξιᾷ τοῦ θεοῦ Act. 2, 33. 5, 31. ad dextram Dei elatus scl. in coelum, εἶναι ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ, Rom. 8, 34. 1 Petr. 3, 22. collocatum esse ad dextram Dei, i. q. ἑστὼς ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ, Act. 7, 55. 56. — denique: καθίζειν ἐν δεξιᾷ τοῦ θεοῦ Eph. 1, 20. Hebr. 10, 12. Coloss. 3, 1. sive ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης Hebr. 1, 3. s. τοῦ θρόνου τῆς μεγαλωσ. c. 8, 1. τοῦ θρόνου τοῦ θεοῦ Hebr. 12, 2. — et καθήμενος ἐκ δεξιῶν, Matth. 26, 64. Marc. 14, 62. 16, 19. Luc. 22, 69. Act. 2, 35. Hebr. 1, 13. De Jesu dictae hae formulae significant: *proximum Deo esse, imperii eius participem, primum in eius regno.* Est enim ducta imago a regibus orientalium, qui eos, quos prae caeteris ornare, et quibus maximam potestatem tradere vellent, ad dextram throni proximo loco sedere jubebant. coll. Psal. 110, 1. 2, 12. 1 Reg. 22, 19. Jes. 6, 1. sqq. 2 Sam. 16, 6. 1 Chron. 18, 17. — 3) ἐκ δεξιῶν τινος εἶναι, a dextris stare s. esse, i. e. *defendere, auxilio esse*, Act. 2, 25. coll. Ps. 16, 8. 109, 31. 110, 5.

Δέομαι, s. δεήσομαι, 1) *opus habeo, egeo*; 2) *rogo, peto ab aliquo, obsecro*, sequente genitivo personae, (proprie δέομαί τινος κατά τι) Matth. 9, 38. Luc. 5, 12. 8, 28. 39. 9, 38. 40. 10, 2. Act. 8, 22. 21, 39. 26, 3. 2 Cor. 8, 4. 10, 2. Gal. 4, 12. — Rom. 1, 10. δεόμενος, obsecrans Deum. — 2 Cor. 5, 20. δεόμεθα ὑπὲρ, rogamus Christi nomine. Act. 8, 34. δέομαί σου, quaeso. — 3) *preces facio ad Deum*, δέομ. τοῦ θεοῦ Act. 10, 2. vel etiam πρὸς τὸν θεόν Act. 8, 24. (Psal. 30, 8. 64, 1.) et δεόμενοι simpliciter Luc. 16, 37. 22, 32. Act. 4, 31. 1 Thess. 3, 10. Saepius non habetur.

Δέον, ὄντος, τό, (a Δεῖ, quod vid.) 1) *necessarium*, 1 Petr. 1, 6. εἰ δέον ἐστὶ si necesse est scl. ad vestram salutem. Inde τὰ δέοντα, quae ad vitam sustentandam sunt necessaria, Exod. 16, 22. 21, 10. 2) *decens*, legibus humanis vel divinis conveniens, Act. 19, 36. 1 Tim. 5, 13. *Hesych.* δέοντα· πρέποντα.

Δέος, δέους, τό, *metus*. Legitur in codd. Hebr. 12, 28. pro αἰδοῦς, et habetur quoque 2 Macc. 3, 17. 15, 22.

Δερβαῖος, ου, ὁ, *Derbensis, Derbe oriundus*. Act. 20, 4.

Δέρβη, ης, ἡ, *Derbe*, urbs Lycaoniae in Isauriae confinio. Act. 14, 8. 20. 16, 1.

Δέρμα, τος, τό (a δέρω pellem detraho,) *pellis, corium*. Hebr. 11, 37. ἐν αἰγείοις δέρμασιν, hircinis pellibus scl. induti. De eiusmodi vestimento vid. 2 Reg. 1, 8. Zech. 13, 4. Matth. 3, 4.

Δερματινὸς, ἡ, ὸν, ex corio (δέρμα) factus, *coriaceus*, *pellicens*. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. coll. Gen. 3, 21. Lev. 13, 58. 2 Reg. 1, 8.

Δέρω, i. δερῶ, f. 2. δαρῶ, aor. 1. ἔδειρα, perf. δέδερκα, f. 2. pass. δαρήσομαι, 1) pellem detraho; 2 Chron. 29, 34. — 2) *verbero, caedo, percutio;* Matth. 21, 35. Marc. 12, 3. 5. 13, 9. Luc. 20, 10. 11. 22, 63. Jo. 18, 23. ubi δέρειν i. q. verf. 22. διδόναι ῥάπισμα, Act. 5, 40. 16, 37. 22, 19. — εἰς πρόσωπον 2 Cor. 11, 20. i. e. contumelioſe tractò. δαρήσεται πολλὰς ſcl. πληγάς, multis ictibus caedetur, graviter punietur, Luc. 12, 47. 48. Ἀέρα δέρειν, *aërem verberare*, 1 Cor. 9, 26. vid. Ἀήρ. Saepius non habetur.

Δεσμεύω, f. εύσω, (a δεσμὸς, vinculum) *ligo;* — *illigo*, illigando impono, Matth. 23, 4. — *colligo, conſtringo, vincio*, Act. 22, 4. coll. Jud. 16, 11.

Δεσμέω, ῶ, f. ήσω, i. q. δεσμεύω, *ligo, vincio*. Luc. 8, 29.

Δέσμη, ης, ἡ, (etiam δεσμὴ) *fasciculus, manipulus*. Matth. 13, 30. δήσατε εἰς δέσμας, colligite in manipulos, ut δεσμεύειν Gen. 37, 7. legitur. coll. Exod. 12, 22.

Δέσμιος, ίου, ὁ, (a δεσμέω), ligatus, vinctus, qui vinctus in carcere tenetur, *captivus*. Matth. 27, 15. 16. Act. 16, 25. 27. et paſſim. Luc. 23, 17. ἕνα ſcl. δέσμιον, Marc. 15, 6. — Δέσμιος τοῦ Χριστοῦ, ἐν κυρίῳ, πιφίου. Eph. 3, 1. 4, 1. 2 Tim. 1, 8. Philem. verſ. 1. 9. *vinctus, in carcerem conjectus Chriſti cauſa*. Sic etiam Hebr. 10, 34. 13, 3. δέσμιοι, ſimpliciter, vincti ob religionis profeſſionem.

Δεσμὸς, οῦ, ὁ, (a δέω, ligo) 1) *ligamentum;* in N. T. de morbo membra corporis conſtringente, Marc. 7, 35. Luc. 13, 16. coll. verſ. 11. — Pluralis habet et οἱ δεσμοὶ, et τὰ δεσμὰ. — Pluralis οἱ δεσμοὶ, *vincula, carcer*, legitur Phil. 1, 7. 13. 14. 16. Coloſſ. 4, 18. 2 Tim. 2, 9. Hebr. 11, 36. (c. 10, 34. in edit. vulg.) Jud. verſ. 6. Philem. verſ. 10. 13. δεσμοὶ τοῦ εὐαγγελίου captivitas propter evangelii praedicationem. — Pluralis τὰ δεσμὰ, profanis uſitatus, non niſi in Lucae ſcriptis eadem ſignificatione habetur, Luc. 8, 29. Act. 16, 26. 20, 23. 22, 30. 23, 29. 26, 29. 31. coll. 3 Macc. 6, 27. *Maeris* Attic. δεσμὰ, οὐδετέρως, Ἀττικῶς, δεσμοὶ, ἀρσενικῶς, Ἑλληνικῶς. Verſio Alex. habet δεσμούς.

Δεσμοφύλαξ, ακος, ὁ, *carceris* ſive *vinctorum custos, commentarienſis*. Act. 16, 23. 27. 36. — Gen. 39, 21—23. ἀρχιδεσμοφύλαξ.

Δεσμωτήριον, ου, τὸ, (a δεσμόω vincio, vinctum in carcerem conjicio) *carcer*, Matth. 11, 2. Act. 5, 21. 23. 16, 26. coll. Gen. 40, 3. 39, 22. בית־הסהר.

Δεσμώτης, ου, ὁ, (a δεσμόω) *vinctus, captivus*, Act. 27, 1. 42. Gen. 39, 21.

Δεσπότης, ου, ὁ, 1) *poſſeſſor, dominus* alicuius rei,

2 Tim. 2, 21. εὔχρηστον τῷ δεσπ. utile possessori suo. — 2) *herus*, ratione servorum; 1 Tim. 6, 1. 2. Tit. 2, 9. 1 Petr. 2, 18. Prov. 17, 2. 22, 7. 3) *summus dominus*, dominus absolutus. Ita et Deus κατ' ἐξοχὴν dicitur δεσπότης, Luc. 2, 29. Act. 4, 24. Apoc. 6, 10. coll. Job. 5, 8. (אֱלֹהִים) Prov. 29, 26. (יהוָה). Sap. 6, 7. 8, 3. — etiam Christus, quatenus caput ecclesiae a Deo est constitutus, 2 Petr. 2, 1. Jud. vers. 4. Caeterum non legitur.

Δεῦρο, adverb. 1) loci, ubi est: *huc*, *hunc in locum* scl. ἐλθέ sive ἴθι, inde: *veni!* Jo. 11, 43. δεῦρο ἔξω *egredere!* Act. 7, 3. δεῦρο εἰς τὴν γῆν, abi in terram. Genes. 12, 1. 2 Reg. 3, 13. 5, 19. hebr. לֵךְ. Apoc. 17, 1. 21, 9. *veni, accede!* — Saepius est adhortantis: *age! veni!* Matth. 19, 21. Marc. 10, 21. Luc. 18, 22. Act. 7, 34. Gen. 31, 44. 19, 32. — 2) temporis: ἄχρι τοῦ δεῦρο, *hucusque*, Rom. 1, 13.

Δεῦτε, adverb. quod in plurali, ut δεῦρο in singulari usurpatur, *venite, adeste!* Ponitur in N. T. a) simpliciter, δεῦτε, ubi est vel vocantis: *venite huc*, Matth. 25, 34. 28, 6. Jo. 4, 29. Apoc. 19, 17. Dan. 3, 26. ἐξέλθετε καὶ δεῦτε. Jes. 56, 9. vel simpliciter adhortantis: *agite!* Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Jo. 21, 12. Gen. 11, 3. 4. — b) δεῦτε ὀπίσω μου, venite post me, sequimini me! Matth. 4, 19. Marc. 1, 17. cf. 2 Reg. 6, 18. c) δεῦτε πρός με, accedite ad, Matth. 11, 28. d) δεῦτε εἰς, *venite ad*, Matth. 22, 4. *abite ad* Marc. 6, 31. — Saepius non habetur. LXX. pro hebr. לְכוּ, Gen. 37, 19. 26. הָבָה *agedum*, Gen. 11, 3. 4. 7. נָא Jud. 9, 15.

Δευτεραῖος, αία, αῖον, (a δεύτερος) dicitur is, qui *secundo die* venit, fecit etc. Semel Act. 28, 13. δευτερ. ἦλθ. secundo, postero die venimus. In V. T. non habetur, sed saepius apud profanos. Numeralia in αῖος Graecis dierum intervallum indicare solent, v. c. δεκαταῖος, decem dierum, δωδεκαταῖος, τεταρταῖος.

Δευτεροπρῶτος, ου, ὁ, ἡ, non nisi Luc. 6, 1. habetur, estque compositum ex δεύτερος et πρῶτος, itaque: *secundo primus*. In varias interpretes abeunt partes. *Wetstenius*: ἐν σαββ. δευτεροπρ. explicat: primo sabbato mensis secundi. Alii, iidemque plurimi: σαββάτῳ πρώτῳ ἀπὸ δευτέρας (scl. ἡμέρας) ἀπὸ τοῦ πάσχα, sabbato primo post secundum diem Paschatos; numerabant enim Judaei a die secundo Paschatos usque ad Pentecosten septem hebdomades et totidem sabbata. cf. Levit. 23, 15. At et δεύτερος et πρῶτος ad unum idemque sabbatum referatur necesse est, et indicat Lucas sabbatum, quod ratione diversarum rerum et primum et vero etiam secundum dici poterat. Est vero sabbatum post festum Paschatos primum. *Secundum* dicit, quia post illud sabbatum, quod in ipsos Paschatos dies incidebat quodque primum erat, secundum profecto fuit; πρῶτον vero appellat ratione

festi Paschatos, quia *post Pascha* primum erat. Vertendum igitur est: *sabbato secundo, post festum Paschatos primo*, sive *proximo*.

Δεύτερος, α, ον, *secundus, alter, posterior*, cum numero Matth. 22, 26. Jo. 4, 54. Act. 13, 33. Tit. 3, 10. tum loco et ordine Matth. 22, 39. Luc. 19, 18. Act. 12, 10. 1 Cor. 15, 47. (ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, vid. Ἀδὰμ.) Hebr. 8, 7. 9, 7. 10, 9. Apoc. 2, 11. et passim. Act. 7, 13. ἐν τῷ δευτέρῳ scil. χρόνῳ, altera vice, 2 Cor. 1, 15. δευτ. χάρις secundum gaudium, non, ut antea, ex Apostoli scripto, sed ex ipsius adventu percipiendum. — ἐκ δευτέρου, *secundo, secunda vice*; Matth. 26, 42. Marc. 14, 72. Jo. 9, 24. Act. 10, 15. 11, 9. Jer. 1, 13. שנית. Jos. 5, 2. — τὸ δεύτερον, 2 Cor. 13, 2. Jud. vers. 5. secunda vice. — Δεύτερον adverbialiter: *secunda vice*, Jo. 3, 4. 21, 16. Hebr. 9, 28. Apoc. 19, 3. Gen. 27, 36. — *secundo loco*, 1 Cor. 12, 28. πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας, τρίτον διδ.

Δέχομαι, f. δέξομαι, *capio, accipio*. Dicitur 1) sensu proprio: a) *manu prehendo, apprehendo*, Luc. 22, 17. Eph. 6, 17. — porrectum prehendo i. e. *accipio*, Luc. 16, 6. 7. Act. 22, 5. 28, 21. 2 Chron. 30, 16. — b) *recipio, excipio*, Luc. 2, 28. — *hospitio excipio*, Luc. 9, 11. 10, 8. 16, 4. 9. Phil. 4, 18. Coloss. 4, 10. Hebr. 11, 13. — Act. 3, 21. ὃν δεῖ οὐρανὸν δέξασθαι, quem coelum debuit quasi hospitio excipere, i. e. qui debet habitare in coelis. — De doctore religionis, ubi dicitur, non solum est: excipere hospitaliter, sed etiam eum audire, Matth. 10, 14. 40. 41. 18, 5. Marc. 6, 11. Luc. 9, 5. 48. 53. Jo. 4, 45. Act. 21, 17. 2 Cor. 7, 15. Gal. 4, 14. — De anima, ultimo halitu: excipio, Act. 3, 21. coll. Job. 8, 20. ubi de donis, manu acceptis, dicitur, hebr. מקחים. Deinde 2) de rebus spiritualibus dictum, est: a) *animo accipio*, v. c. regnum Dei Marc. 10, 15. Luc. 18, 17. gratiam divinam 2 Cor. 6, 1. doctrinam divinam, Luc. 8, 13. Act. 8, 14. 11, 1. 17, 11. 1 Thess. 1, 6. 2, 13. 2 Th. 2, 18. — b) *admitto, locum concedo*, de precibus 2 Cor. 8, 17. de monitis et doctrina Prov. 2, 1. 4, 10. — c) *disco*, Act. 7, 38. 2 Cor. 11, 4. Jac. 11, 21. *amplector, pro vero habeo*, Matth. 11, 14. 1 Cor. 2, 14. Prov. 1, 3. — d) animo *fero, acceptum habeo*, 2 Cor. 11, 16. coll. Gen. 50, 17. δέξαι τὴν ἀδικίαν, נשא. — Easdem fere habet significationes hebr. לקח, cui in LXX. versione maxime respondet.

Δέω, f. δέσω et δήσω, aor. ἔδησα, perf. δέδεκα, 1) *ligo, ligando constringo*; de membris corporis a morbo quasi ligatis et constrictis, Luc. 13, 16. — *colligo*, Matth. 13, 30. Act. 21, 11. etiam *circumvolvo, involvo*, ut Jo. 11, 44. 19, 40. est intelligendum. Fortasse etiam Act. 10, 11. nisi ibi est alligatus scil. coelo. — *alligo*, Matth. 21, 2. Marc. 11, 2. 4.

Luc. 19, 30. Apoc. 9, 14. coll. Judic. 15, 4. — 2) metaphorice: *adstringo, obligo, obstrictum teneo*; de conjuge, Rom. 7, 2. 1 Cor. 7, 27. 39. — *Δέομαί τινι ab aliquo teneor, ab eo tegor, ei obstrictus sum.* Act. 20, 22. δεδεμένος τῷ πνεύματι scl. ἁγίῳ (vers. 23.) obstrictus spiritui sancto scl. ad obsequium, spiritus s. mandato necessario parens. Sic Xenoph. Cyrop. 1, 5. amore captos dicit δεδεμένους ἰσχυροτέρα τινὶ ἀνάγκῃ, ἢ εἰ σιδήρῳ ἐδέδεντο. Plura vid. in *Kypkii* obss. sacr. ad h. l. Sap. 17, 17. μία γὰρ ἁλύσει σκότους πάντες ἐδέθησαν. Prov. 15, 7. χείλη σοφῶν δέδεται αἰσθήσει, os sapientis regitur a prudentia. — Huc et referenda puto loca Matth. 16, 19. 18, 18. ubi δέω est obligo ad obsequium Christo praestandum, colligo ad ecclesiam christianam, et λύω, dimitto, missum facio, repudio. „Quoscunque vos in coetum salvandorum admiseritis, ii admissi judicabuntur, eorum admissio rata fiet in coelo. Alii δέω h. l. vertunt *interdico*, ut putant chald. אסר Dan. 6, 8. 9. 14. 16. legi. — 3) *vinculis ligo*, vel simpliciter, vel addito vinculi vocabulo, Matth. 12, 29. 14, 3. 22, 13. Marc. 5, 4. 15, 1. Jo. 18, 12. 24. Act. 9, 2. et passim. Judic. 16, 22. — *In vincula conjicio*, Marc. 15, 7. — 4) *captivum teneo*, δέω ἐν φυλακῇ Marc. 6, 17. Coloss. 4, 3. Apoc. 20, 2. coll. Jes. 42, 7. — transfertur quoque ad doctrinam impeditam quasi vinculis 2 Tim. 2, 9.

Δή, particula, qua quidem utuntur Graeci, ubi vel certi et veri quid enuntiare, vel verbo cuidam majorem vim tribuere volunt. Est igitur 1) asseverantis, *sane, profecto*, 2 Cor. 12, 1. Matth. 13, 23. 2) concludentis, *ergo, itaque*, 1 Cor. 6, 20. 3) exhortantis, ubi additur ad vim verbi, quod primariam propositionis notionem continet augendam, et vel non vertendum est, vel reddi potest, *jam, nunc, agedum*. Luc. 2, 15. Act. 13, 2. 15, 36. coll. Sir. 42, 15. 44, 1. Judith. 13, 14. Job. 6, 3. ubi in textu hebr. נא. Saepius non habetur.

Δῆλος, η, ον, manifestus, perspicuus, clarus. Matth. 26, 73. — 1 Cor. 15, 27. δῆλον scl. ἐστὶ, *patet, sequitur*. Gal. 3, 11. 1 Tim. 6, 7.

Δηλόω, ῶ, f. ώσω, patefacio, manifestum facio. De variis rebus dictum varie verti potest: de rebus praeteritis: *narro, certiorem facio*, 1 Cor. 1, 11. Coloss. 1, 8. coll. 2 Macc. 2, 23. 7, 42. 10, 10. Esth. 2, 22. — De rebus futuris: *annuncio, revelo*, 2 Petr. 1, 14. 1 Sam. 3, 21. *in lucem protraho*, 1 Cor. 3, 13. — De rebus absconditis: *revelo, doceo*, Hebr. 9, 5. *indico*, 1 Petr. 1, 11. coll. Exod. 6, 3. (hebr. הודיע) Deut. 33, 10. Dan. 4, 15. — Hebr. 12, 27. δηλοῖ, *indicat*, i. e. inde consequitur perspicue. Saepius non legitur.

Δημᾶς, ᾶ, ὁ, Demas, socius Pauli, de quo vid. Coloss. 4, 14. 2 Tim. 4, 10. Phil. vers. 24.

Δημηγορέω, ῶ, f. ήσω, (ex δῆμος populus, et ἀγορέω

in foro ad populum loquor) fum δημήγορος i. e. orator, qui pro concione verba facit, *ad concionem loquor*. Act. 12, 21. coll. Prov. 30, 31. Neh. 8, 6.

Δημήτριος, ου, ὁ, *Demetrius*. Duo commemoratur a) argentarius ephefinus, gentilis, Act. 19, 24. 38. — b) vir chriftianus, ignotus, 3 Jo. verf. 12.

Δημιουργός, οῦ, ὁ, (ex δῆμος publicus, et ἔργον opus) 1) publica opera faciens, negotia in commune commodum peragens; — *artifex, opifex*. Sic verbum δημιουργεῖν Sap. 5, 13. 2 Macc. 10, 2. In N. T. femel de Deo Hebr. 11, 10. ubi eft *artifex, auctor*. Profanis Deus faepius dicitur δημιουργὸς (i. q. τεχνίτης) τῶν πάντων. *Jofeph.* Antiq. 7, 14, 11. ὁ θεὸς δημιουργὸς ἀνθρωπίνων καὶ θείων. coll. 3 Macc. 4, 1. κακῶν δημιουργὸς Onias.

Δῆμος, ου, ὁ, 1) multitudo, populus, Num. 23, 10. 2) *concio populi*, multitudo, quae in loco publico convenit, Act. 12, 22. 19, 33. — potiffimum: populus in foro convocatus, *concio* populi, convocata ad res publicas judicandas, Act. 17, 5. εἰς τὸν δῆμον, ad concionem in foro. 19, 30. εἰσελθεῖν εἰς τὸν δῆμον, fe conferre in concionem populi. Sic faepiffime apud profanos.

Δημοσίᾳ, (dativ. a δημόσιος) adv. *publice, palam*, Act. 16, 37. 18, 28. 20, 20. δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους publice et privatim, i. e. in locis publicis v. c. foro, fynagoga, et in aedibus privatis, coll. 2 Macc. 6, 20. 3 Macc. 2, 27.

Δημόσιος, ία, ον, (a δῆμος) *publicus*, ufibus publicis inferviens; Act. 5, 18. ἐν τηρήσει δημοσίᾳ, in cuftodia publica.

Δηνάριον, ίου, τὸ, *denarius*, moneta argentea Romanorum, decem affibus conftans, Atticorum drachmae refpondens, et octavam partem noftri imperialis, five tres groffos, efficiens. Matth. 18, 28. 20, 2. 9. 10. 13. Marc. 6, 37. 14, 5. Luc. 7, 41. 10, 35. Jo. 6, 7. 12, 5. Apoc. 6, 6. Denarium Judaeis folvendum fuiffe pro cenfu, docent Matth. 22, 19. Marc. 12, 15. Luc. 20, 24. Saepius non habetur.

Δήποτε, (ex δὴ quod vid. et ποτὲ aliquando) adv. *demumcunque*. Jo. 5, 4. ᾧ δήποτε quocunque demum morbo.

Δήπου, (ex δὴ fane et ποῦ, ubi), *utique, omni modo, profecto*. Hebr. 2, 16.

Διὰ, praepofit., qua LXX. plerumque utuntur pro hebr. ב, בין, ב, בתוך, ftruitur I) *cum genitivo*, diciturque 1) de *tempore*, ubi eft a) *in, innerhalb, zu*, ut indicet, quo tempore aliquid factum fit; Matth. 26, 61. διὰ τριῶν ἡμερῶν, triduo. Marc. 14, 58. Act. 5, 19. διὰ τῆς νυκτὸς, *nocte*; c. 16, 9. 17, 10. — b) *per, durante*, hindurch, ut temporis durationem fignificet, Luc. 5, 5. δι' ὅλης τῆς νυκτός per totam noctem. coll. Sap. 11, 13. διὰ τῶν κολάσεων, quam diu cruciabantur, 2 Macc. 8, 36. διὰ τὸ ἀκολουθεῖν, quam diu

obsequium effent praestituri. Matth. 18, 10. διὰ παντὸς scil. χρόνου semper, continuo. Hebr. 2, 15. διὰ παντὸς τοῦ ζῆν, per totam vitam. — Denique indicat tempus, quod duravit et finitum est, et est c) *post, elapso tempore*, Marc. 2, 1. δι' ἡμερῶν scil. τινῶν, post aliquot dies. Act. 1, 3. δι' ἡμ. τεσσ. post quadraginta dies. Gal. 2, 1. Act. 24, 17. — 2) *de loco*, ut indicet a) *per* locum, *auf, hindurch*, Matth. 2, 12. δι' ἄλλης ὁδοῦ, alia via; coll. Matth. 8, 28. Marc. 10, 1. διὰ τοῦ πέραν τοῦ Ἰορδάνου, peragrans regionem etc. Marc. 11, 16. διὰ τοῦ ἱεροῦ, per templum Act. 9, 25. διὰ τοῦ τείχους, per januam in muro, vid. 2 Cor. 11, 33. Vid. praeterea Matth. 7, 13. 12, 1. 43. 19, 24. Marc. 9, 30. Luc. 4, 30. 5, 19. 17, 11. Jo. 10, 1. 2. Rom. 15, 28. δι' ὑμῶν per vestram urbem, 2 Cor. 1, 16. — 1 Cor. 3, 15. ὡς διὰ πυρός quasi per ignem. — In formula ἐκφερ. διὰ στόματος, διὰ per ex videtur esse vertendum, ut in libro Henochi (Fabric. Pseud. I, p. 191): ἐκφεύγειν δι' αἰῶνος, evadere ex numero deperditorum. b) *expansionem* sive *diffusionem* per totum spatium; Jo. 19, 23. δι' ὅλου i. e. totum, seiner ganzen Länge nach; Act. 9, 32. διὰ πάντων scil. τόπων, per omnia loca. 2 Cor. 4, 15. διὰ τῶν πλειόνων gratia locum habens abundanter in quam plurimis. 2 Cor. 9, 12. διὰ πολλ. εὐχαρ. exuberans, sese exserens in multis beneficiis. — 3) *de causa* et *instrumento*, ita ut causam *efficientem* indicet, *a, ex*, Act. 3, 16. 4, 16. Rom. 11, 36. 1 Cor. 1, 9. Gal. 1, 1. Rom. 5, 19. Eph. 2, 4. 2 Thess. 2, 12. ὡς δι' ἡμῶν, quasi a nobis scripta, quasi me auctore. Gal. 4, 23. διὰ τῆς ἐπαγγ. vi promissionis. 1 Cor. 1, 1. διὰ θελήμ. θεοῦ, ex Dei decreto, Deo auctore, 2 Cor. 1, 1. Rom. 8, 3. διὰ τῆς σαρκός, *vi* carnis. Saepius. — vel causam instrumentalem, *per*, durch, vermittelst, Matth. 1, 22. 2, 5. Marc. 16, 20. Jo. 1, 3. 7. 3, 17. Act. 1, 3. 2, 22. 8, 20. διὰ χρημάτων, *pecunia*; Rom. 16, 18. 1 Cor. 6, 14. Hebr. 1, 2. 1 Petr. 5, 12. et alibi. — 4) de *modo et ratione*, ita ut indicet, quid locum habeat in aliqua re, qua ratione s. modo fiat, quo modo sese habeat, ubi *in, inter, secundum, interventu, ex, cum*, verti, vel per ablativum exprimi potest. Matth. 27, 18. διὰ φθόνον (Marc. 15, 10. διὰ φθόνον) ex invidia, invidia ducti, Phil. 1, 15. 2 Cor. 6, 8. ubi διὰ i. q. vers. 7. ἐν. Act. 18, 9. διὰ ὁράματος, in visione. Rom. 2, 12. διὰ νόμου, *secundum* legem; 12, 3. διὰ τῆς χάριτος *secundum* munus mihi demandatum, coll. Gal. 1, 15. 6, 13. 2 Petr. 1, 3. Rom. 14, 14. δι' αὐτοῦ *in se*, *secundum* suam naturam. Sic δι' αὐτῶν Epist. Jer. vers. 27. *propria vi, ipsi*. — 2 Cor. 2, 4. διὰ δακρύων cum lacrymis, lacrymans. 2 Cor. 5, 10. τὰ διὰ τοῦ σώματος (i. e. ἐν σώματι) scil. πεπραγμένα, quae viventes peregimus. Rom. 2, 27. vid. Γράμμα. Hebr. 9, 11. διὰ τῆς κ. τ. λ. in altiori tabernaculo. Hebr. 2, 2. δι' ἀγγέλων, *interventu, praesentibus* angelis, Gal. 3, 19.

1 Jo. 5, 6. δι' ὕδατος interventu, simul cum aqua baptismi, coll. Hebr. 9, 12. 6, 18. 7, 9. Eph. 4, 6. διὰ πάντων scl. ἡμῖν, nobis ubique praesens. Rom. 14, 20. διὰ προσκόμμ. cum offensione, i. e. ita ut offensio adsit. Gal. 6, 18. διὰ προσευχῆς, in precatione, additis precibus. Phil. 1, 20. διὰ ζωῆς, διὰ θανάτου, dum vel vivo, vel morior. Huc et pertinet διὰ in adhortandi formulis, ubi proprie indicat, adhortantem ei, quem admonet, praesentem facere rem, ante oculos eam ponere, et vertendum est *per*, Rom. 12, 1. διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ θεοῦ per Dei misericordiam. Vid. Rom. 15, 30. 1 Cor. 1, 10. 2 Cor. 10, 1. Saepius etiam pro adverbio ponitur, vel per participium vertendum est, ut Luc. 8, 4. διὰ παραβολῆς in parabolis i. e. παραβολικῶς; Act. 15, 27. διὰ λόγου, ore. Rom. 8, 25. Hebr. 12, 1. διὰ ὑπομονῆς, patienter. 1 Petr. 5, 12. δι' ὀλίγων, brevissimis, et Hebr. 13, 22. Rom. 15, 4. διὰ τῆς ὑπομον. κ. δ. τ. παρακλ. i. e. patientes et animo firmati. Rom. 15, 32. διὰ θελ. τοῦ θεοῦ, Deo volente, annuente, 2 Cor. 8, 5. — 1 Cor. 14, 19. διὰ νοὸς i. e. verba a me intellecta, sensum habentia, i. q. vers. 9. εὔσημος λόγος. 2 Cor. 3, 11. διὰ δόξης i. e. δεδοξασμένον 2 Cor. 5, 7. διὰ πιστ. διὰ εἴδους i. e. πιστεύοντες, εἰδότες. — — II) *cum accusativo* constructum, est a) *propter, causa*, Matth. 10, 22. 13, 58. 14, 3. 15, 3. 6. 19, 12. Marc. 2, 4. 27. 3, 9. Jo. 11, 15. Luc. 8, 47. δι' ἣν αἰτίαν qua de causa. — b) *propter, in gratiam*, Matth. 24, 22. Jo. 11, 42. 1 Cor. 4, 6. Rom. 11, 28. qui locus hunc habet sensum: ratione evangelii inimici a Deo habentur vestrum gratia, i. e. ut et ad vos perveniat evangelium (cf. vers. 25.); ratione promissionum grati sunt Deo in gratiam majorum eorum. c) *propter, ratione*, in *Betracht*, Matth. 14, 9. Hebr. 5, 12. διὰ τὸν χρόνον, i. q. κατὰ; ratione temporis, quo christiani sunt. — d) *ex, secundum*, ut causam impulsivam sive efficientem indicet, Luc. 1, 78. Marc. 15, 10. Jo. 6, 57. 12, 11. e) interdum et objectum de quo, *de, über*, significare videtur, ut Jo. 7, 43. 10, 19. Rom. 4, 23. 24. — Notandae sunt adhuc formulae: a) διὰ τὸ sequente infinitivo: *propterea quod*, Matth. 13, 5. 6. Marc. 4, 5. 6. Luc. 2, 4. 8, 6. Jo. 2, 24. alibi. — b) διὰ τοῦτο: *quare, propterea*, Matth. 6, 25. hac de causa, Matth. 14, 2. Marc. 12, 24. Luc. 14, 20. Jo. 1, 31. — *igitur*, ut et transeundi et concludendi sit particula, Matth. 12, 27. 31. 13, 52. Luc. 12, 22. Rom. 5, 12. 13, 6. et passim. Respondet διὰ τοῦτο hebr. אֵכֶן *profecto*, עַתָּה *nunc*. In compositione verborum indicat 1) motum per rem s. ad scopum; 2) τὸ pervenire ad finem, perficere, 3) diffusionem per spatium, 4) separationem et distributionem, 5) certamen et convenit Latinorum *trans, tra, dis, per, ad*. Interdum tantum auget verbi significationem.

Διαβαίνω, f. βήσομαι, aor. 1. διέβην, transeo, permeo, trajicio. Luc. 16, 26. Hebr. 11, 29. Act. 16, 9. διαβὰς trajice scl. mare, i. e. proficiscere. Gen. 31, 21. 1 Sam. 13. 7. hebr. עבר.

Διαβάλλω, f. βαλῶ, perf. βέβληκα, (ex διὰ et βάλλω quod vid.) 1) transfero, trajicio; etiam pertraho. 2) tropice: transfero aliquid in aliquem, et, quum sensu malo semper dicatur de eo, qui, quae vera non sunt, in alium transfert, est: *differo aliquem sermonibus, diffamo, defero, calumnior.* Sic semel Luc. 16, 1. διεβλήθη αὐτῷ pro πρὸς αὐτόν deferebatur, denunciabatur. coll. Dan. 3, 8. 16, 24. 2 Macc. 3, 11. *Hesych.* διεβάλλοντο· ἐξηπάτησαν.

Διαβεβαιόω, ῶ, f. ώσω, (ex διὰ et βεβαιόω firmo) *valde confirmo, firmissimum facio.* In Medio: *verbis assevero, affirmo.* 1 Tim. 1, 7. μὴ νοοῦντες περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, non intelligentes, quod docent, vel quod palam affirmant tanquam verum. Tit. 3, 8. hoc velim ut quam maxime affirmes i. e. inculces.

Διαβλέπω, f. βλέψω, (ex διὰ et βλέπω, quod inter alia significat: curam habere) *dispicio.* Matth. 7, 5. Luc. 6, 42. διαβλέψεις ἐκβαλεῖν, tunc dispicias, tunc videas, quomodo extrahas.

Διάβολος, ου, ὁ, ἡ, (a διαβάλλω, quod vide) 1) qui transfert in alios, quae iis non vere conveniunt vitia, f. culpam, *delator, obtrectator, calumniator.* Eph. 4, 27. 1 Tim. 3, 11. 2 Tim. 3, 3. Tit. 2, 3. 1 Tim. 3, 6. κρίμα τοῦ διαβόλου coll. vers. 7. i. e. ne obnoxius fiat criminationibus delatoris, obtrectatoris. Alii hic poenas diaboli subintelligunt. Sic Esth. 7, 4. 8, 1. Hamanus dicitur διάβολος, obtrectator (hebr. צר) delator gentis judaicae. coll. Ps. 109, 6. ubi inimicum (in textu hebr. שטן) simpliciter sive iniquum indicat. — Deinde, quoniam Judaei principis daemonum esse putabant, ut vices delatoris et calumniatoris piorum apud Deum ageret (Job. cap. I. Zach. 3, 1. sqq.) διάβολος 2) κατ' ἐξοχὴν appellabatur *princeps geniorum malorum,* Apoc. 12, 9. ὁ καλούμενος διάβολος, i. e. qui delator (κατήγωρ vers. 10.) cognominatur. coll. Jud. vers. 9. Commemoratur autem *diabolus* tanquam constans adversarius Dei, Christi, regni divini, piorum et verae pietatis, natura pessimus, homines ad peccata instigans, morbis eos castigans, et calamitates piis excitans. Matth. 4, 1. 5. 8. 11. 13, 39. 25, 41. Luc. 4, 2—6. 13. 8, 12. Jo. 8, 44. 13, 2. Eph. 6, 11. Act. 10, 38. 2 Tim. 2, 26. Hebr. 2, 14. Jac. 4, 7. 1 Petr. 5, 8. 1 Jo. 3, 8. 10. Apoc. 2, 20. 12, 12. 20, 2. 10. In V. T. commemoratur Job. 1. Zach. 3, 1. 1 Chron. 21, 1. Sap. 2. 23. Addo loca ex Pseudep. V. T. I, p. 691. ἀναιρεῖν τὸν διάβολον ἐν ἀγαθαῖς πράξεσι. — p. 584. ὁ ἄρχων τῆς πλάνης ἐτύφλωσε μου τὸν

νοῦν. — p. 536. ἐάν τις ἐπὶ πόριον καταφεύγῃ, ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πνεῦμα ἀπ' αὐτοῦ. p. 672. ὁ διάβολος φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. — Jo. 6, 70. διάβολος pro υἱὸς διαβόλου, qui a diabolo ducitur, positum est, cf. c. 13, 2. — Act. 13, 10. υἱὲ διαβόλου, *pessime!* — Saepius non legitur.

Διαγγέλλω, f. ελῶ, (ex διὰ et ἀγγέλλω nuncio) *late divulgo*, Rom. 9, 17. *divulgo, annuncio* simpliciter, Luc. 9, 60. Act. 21, 26. coll. Exod. 9, 16. Jos. 6, 10.

Διάγε, vid. Γέ.

Διαγίνομαι, f. γενήσομαι, aor. 2. διεγενόμην, (ex διὰ et γίνομαι sum, fio) 1) semper, per totum tempus sum, 2 Macc. 11, 26. 2) de tempore ipso significat finem temporis, finem durationis, et est: *elabor, praetereo.* Ter in N. T. Marc. 16, 1. διαγ. τοῦ σαβ. elapso sabbato. Act. 25, 13. ἡμερῶν διαγ. τινῶν, interjectis aliquot diebus, post aliquot dies. ib. 27, 9.

Διαγινώσκω, f. γνώσομαι, (ex διὰ et γινώσκω) 1) accurate cognosco; 2) *accurate inquiro, examino;* sensu forensi ut Latinor. *cognosco,* Act. 23, 15. Deut. 8. 2. διαγνωσθῇ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ut mens tua exploraretur. 3) *decerno, statuo,* 2 Macc. 15, 6. 17. deinde *dijudico;* sensu forensi Act. 24, 22. διαγ. τὸ καθ' ὑμᾶς rem vestram judicabo. coll. 2 Macc. 9, 15. Judith. 11, 12.

Διαγνωρίζω, f. ίσω, (ex διὰ et γνωρίζω) late notum facio, divulgo. — *narro, expono.* Luc. 2, 17. διεγνώρισαν omnibus, in vulgus narrarunt.

Διάγνωσις, εως, ἡ, 1) cognitio accurata; 2) *decretum, sententia, judicium;* sensu forensi Act. 25, 21. coll. Sap. 3, 18. ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως.

Διαγογγύζω, f. ύσω, (ex διὰ et γογγύζω quod vid.) obmurmuro; — *indignabundus loquor.* Luc. 15, 2. 19, 7. διεγόγγυζον λέγοντες, indignabundi invicem dicentes. coll. Exod. 16, 8. 17, 3. Sir. 34, 24.

Διαγρηγορέω, ῶ, f. ήσω, *evigilo, expergiscor.* Luc. 9, 32.

Διάγω, f. άξω, (ἄγω quod vid.) 1) perduco, trajicio, traduco. 2 Sam. 12, 31. Job. 12, 17. Sap. 10, 18. 2) *perago, transigo,* de tempore (Sir. 38, 27.); de vita, ubi βίος vel additur, ut 1 Tim. 2, 2. vel subintelligendum est, ut Tit. 3, 3. *Hesych.* διάγει· διατρίβει.

Διαδέχομαι, f. έξομαι, (vid. Δέχομαι), *aliquid ab aliis traditum s. reliotum accipio, succedo* vel alicuius personae, vel in rei possessione, *excipio.* Semel Act. 7, 45. ἣν καὶ εἰσήγαγον διαδεξάμενοι (scil. αὐτὴν) οἱ πατέρες ἡμῶν, quod tabernaculum (a patribus) acceptum majores nostri intulerunt. Vid. de hoc verbi usu *Kypkii, Krebsii* et *Loesneri* obss. ad h. l. cf. Sap. 7, 30. τούτα (scil. φῶς) μὲν γὰρ διαδέχεται νύξ,

diem excipit nox. 2 Chron. 31, 12. *Suidas*: διαδέχομαι· το διὰ πολλῶν ἐρχόμενον ἀφ' ἑτέρου εἰς ἕτερον ἐπ' ἐμὲ διαδέχομαι.

Διάδημα, ατος, τὸ, (a διαδέω revincio), *diadema,* infula, qua reges caput cingere et ornare solebant; *Hesych*: στέμμα βασιλέως, κεφαλῆς κόσμος, ἤγουν στέφανος, ἢ βασιλέως σύμβολον. Ter in N. T. Apoc. 12, 3. 13, 1. 19, 12. tanquam regiae potestatis symbolum. Sap. 5, 16. Esth. 1, 11.

Διαδίδωμι, f. δώσω, (vid. Δίδωμι) *trado per manus in manus, circumfero, circummitto*; *distribuo.* Jo. 6, 11. διέδωκε distribuit, singulis discipulis dedit. Luc. 18, 22. Act. 4, 35. Gen. 49, 20. hebr. נָתַן. Neque aliter accipiendum est Luc 11, 22. τὰ σκῦλα διαδίδωσι praedam distribuit. Legitur etiam Apoc. 17, 13. in edit. vulg. pro simplici δίδωμι.

Διάδοχος, ου, ὁ, ἡ, (a διαδέχομαι) 1) qui alius locum excipit, — vicarius, (1 Chron. 18, 17. 2 Chron. 26, 11.) 2) *successor* in officio s. imperio. Act. 24, 27. coll. Sir. 46, 1. 2 Macc. 14, 26. τὸν Ἰούδαν διάδοχον ἀναδέδειχεν ἑαυτοῦ.

Διαζωννύω et διαζώννυμι, f. ζώσω, (ex διὰ et ζώννυμι cingo) *praecingo, succingo.* Jo. 13, 4. 5. Med. *succingo me,* Jo. 21, 7. coll. Ezech. 23, 15.

Διαθήκη, ης, ἡ, (a διατίθημι, dispono) 1) *statutum,* decretum, institutio, Sir. 14, 17. 17, 10. 28, 8. 38, 33. διαθήκη κρίματος sententia judicis. 2) statutum ultimum, extrema hominis voluntas, *testamentum,* Hebr. 9, 16. 17. 3) institutio mutua, *pactum, foedus,* mutua promissio, solemni ritu sancita. Hoc sensu διαθήκη ut hebr. בְּרִית, cui apud LXX. maxime respondet, dicitur de oeconomia mosaica, quatenus mutua promissione continebatur, formamque pacti Deum inter et homines habebat. Duplex autem commemoratur pactum Dei cum Israëlitis, alterum cum *Abrahamo* initum, διαθήκη τῆς ἐπαγγελίας Gen. 17, 9—16. ubi Abrahamus circumcisionem, qua sese Deo in obsequium obstringeret, suscepit, Deus autem promisit Abrahamo prolem numerosissimam et felicissimam, et, (ut serius verba intelligebantur a Judaeis) auctorem salutis omnium eximium, Gen. 17, 16. Hoc pactum dicitur Act. 7, 8. διαθ. περιτομῆς, foedus *circumcisionis,* i. e. circumcisione sancitum, et quoniam solemnis Dei promissio in illo primarium erat, saepius *istae promissiones ipsae, ex pacto* Abrahamo *factae,* dicuntur διαθήκαι, Luc. 1, 72. ubi i. q. vers. sqq. ὅρκους διδόναι, (Sap. 18, 22.) Act. 3, 25. Gal. 3, 15. 17. quare etiam Paulus plurali utitur, διαθῆκαι Rom. 9, 4. et διαθῆκαι τῆς ἐπαγγελίας Eph. 2, 12. promissiones pacto sancitae. coll. Sir. 44, 11. 2 Macc. 8, 15. — Alterum pactum commemoratur, initum cum Israëlitis, quum Deus eos ex Aegypto educeret, *per Mosen* deinde interposito *sacrificio* piaculari, sive interventu *sanguinis* sancitum, (διαθήκη τοῦ αἵματος) Exod. 24. ubi Israëlitae promittebant, se

legem mosaicam sanctissime observaturos Deoque praescriptum cultum praestituros esse, Deus autem promittebat, se Israelitas semper tuiturum, iis benefacturum et propitium futurum esse. De hoc foedere, *sanguine* sancito, quod etiam ratione novi foederis appellatur prius, antiquum, agunt Rom. 11, 27. coll. Jes. 27, 9. Hebr. 8, 9. 9, 15. 18. 20. 10, 29. Quum hoc foedus transscriptum esset in libris Mosis, διαθήκη etiam est *liber foederis*, *scripta mosaica*, 2 Cor. 3, 14. coll. v. 15. Sir. 24, 31. Deut. 4, 13. et arca, quae tabulas, quibus lex inscripta erat, continebat, appellabatur arca foederis i. e. libros foederis continens, Hebr. 9, 4. Apoc. 11, 19. Num. 10, 33. Deut. 9, 9. 11. Quum Deus novum olim foedus Israëlitis promisisset Jer. 31, 31. sqq. Hebr. 8, 10. 10, 16. etiam oeconomia salutis *per Christum* dicitur διαθήκη, et quidem νέα Hebr. 12, 24. sive καινή, Matth. 26, 28. Marc. 14, 24. Luc. 22, 20. 1 Cor. 11, 25. 2 Cor. 3, 6. Hebr. 8, 8. 9, 15. 13, 20. novum et melius (Hebr. 7, 22. κρείττων) pactum inter Deum et homines, ubi homines promittunt fidem in Christum et obsequium erga eius doctrinam, Deus autem promittit remissionem peccatorum et vitam aeternam. Sponsor (Hebr. 7, 22.) sive mediator (Hebr. 8, 6. 9, 15. 12, 24.) huius pacti est Christus, qui illud morte sua piaculari sancivit (Luc. 22, 20. Hebr. 13, 20. 1 Cor. 11, 25. Hebr. 9, 20.), quare etiam haec salutis oeconomia cum testamento (Hebr. 9, 15—17.) comparatur. Utrumque pactum et mosaicum et christianum commemorat simul Paulus Gal. 4, 24. — Saepius non legitur.

Διαίρεσις, εως, ἡ, (a διαιρέω divido, distribuo) divisio, separatio, *distinctio*, *discrimen* 1 Cor. 12, 4. 5. 6. διαιρέσεις, discrimina, classes. De classibus atque sectionibus sacerdotum et Levitarum 2 Chron. 8, 14. Esdr. 6, 18. cf. 1 Chron. 14, 1.

Διαιρέω, ῶ, f. ήσω, (ex διὰ et αἱρέω capio) *divido*, *distribuo*. Luc. 15, 12. 1 Cor. 12, 11. Hesych. διεῖλεν· ἐμέρισε.

Διακαθαρίζω, f. ίσω (ex διὰ et καθαρίζω purgo) *perpurgo*, *penitus purgo*. In N. T. bis Matth. 3, 12. Luc. 3, 17. ubi διακαθαριεῖ τὴν ἅλωνα perpurgabit frumenta scl. ventilando, ergo *ventilare*, i. q. λικμᾷ τὸν ἅλωνα τῶν κριθῶν Ruth. 3, 2.

Διακατελέγχομαι, f. έξομαι (ex διὰ, κατὰ et ἐλέγχω, arguo) quod compositum non nisi Act. 18, 28. legitur, est in alternis (διὰ) disputationibus refuto, *certando bene refuto*; f. *redarguo*. (Vulgat. *revincere*). Sic διαπίνειν bibendo certare, διατοξεύειν jaculando certare.

Διακονέω, ῶ, f. ήσω, 1) *famulus sum*, in statu famuli f. servi versor, Luc. 22, 26. ubi ἡγεμόνι opponitur; —

famulitium subeo Jo. 12, 26. ubi, quia famuli cum hero arctissime sunt conjuncti, ex adjuncto est: societatem ineo, dominum habeo et ei adhaereo. Unde etiam Act. 19, 22. Timotheus et Erastus dicuntur διακονοῦντες τῷ Παύλῳ, *socii* Pauli. — 2) *famulitium praesto, ministro*, quo sensu dicitur a) de iis, qui amore ducti aliis officia humanitatis praestant, *inserviunt* aliorum necessitatibus, 2 Tim. 1, 18. Philem. v. 13. Hebr. 6, 10. et de Jesu Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. — 1 Petr. 1, 12. ἡμῖν διηκόνουν αὐτά, in vestram utilitatem haec scripserunt. — b) de iis, qui hospitibus vel hero cibum et potum porrigunt, alicui *ministrant*, Matth. 8, 15. Marc. 1, 31. Luc. 4, 39. 10, 40. 12, 37. 17, 8. 22, 27. Jo. 12, 2. — 3) *necessaria ad victum suppedito*, Matth. 4, 11. Marc. 1, 13. — Matth. 25, 44. 27, 55. Marc. 15, 41. Luc. 8, 3. (ubi additur ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς) 1 Petr. 4, 10. 11. Etiam inopiae inservio, *beneficia, eleemosynas procuro*, Rom. 15, 25. 2 Cor. 8, 19. 20. Quum in ecclesia apostolica viri, διάκονοι appellati, eligerentur, quibus cura pauperum, et erogatio eleemosynarum demandabatur, (quod Act. 6, 2. dicitur διακονεῖν τραπέζαις, curam alendorum pauperum gerere) διακονέω etiam est: diaconus sum in ecclesia, *munere diaconi fungor*, 1 Tim. 3, 10. 13. — Singulari modo passivum legitur 2 Cor. 3, 3. epistola διακονηθεῖσα ὑφ' ἡμῶν, meo ministerio, me Christi amanuensi (Rom. 16, 22.) scripta, sensus: ecclesia mea opera plantata. Saepius non habetur.

Διακονία, ας, ἡ, 1) *famulitium, ministerium, cura*. Sic Luc. 10, 40. de procuratione ciborum, Hebr. 1, 14. de cura et ministerio angelorum, 2 Tim. 4, 11. de auxilio socii Pauli. 2) *munus, officium, ministerium quodcunque* in ecclesia, 1 Cor. 12, 5. 2 Cor. 3, 7—9. 4, 1. 5, 18. 6, 3. Coloss. 4, 17. 2 Tim. 4, 5. Eph. 4, 12. εἰς ἔργον διακονίας, ut officia ecclesiae praestentur. — Etiam de munere apostolico, Act. 1, 17. 25. 20, 24. 21, 19. Rom. 11, 13. 1 Tim. 1, 12. 2 Cor. 11, 8. πρὸς τὴν ὑμῶν διακονίαν, ut vobis muneris mei officia possem praestare. Act. 6, 4. διακ. τοῦ λόγου, officium tradendae doctrinae. — 3) *suppeditatio necessariorum ad victum, distributio beneficiorum*, Act. 6, 1. 12, 25. Rom. 15, 31. — *beneficia ipsa*, eleemosynae, 1 Cor. 16, 15. 2 Cor. 8, 4. 9, 1. 12. 13. Apoc. 2, 19. — Act. 11, 29. εἰς διακονίαν, mittere in beneficium, ut sit beneficium. — Etiam *opes ipsae*, quae beneficii loco dari possunt, Rom. 12, 7. „si quis a Deo accepit opes, iis utatur ad benefaciendum". Sic etiam profanis διακονία dicitur de materia ad διακονίαν, de supellectile; cf. 1 Macc. 11, 58. ἀπέστειλεν αὐτῷ χρυσώματα καὶ διακονίαν. Alii Rom. 12, 7. subintelligunt munus diaconi in ecclesia; alii: munera in ecclesia quaecunque; *Chrysosto-*

mus: τὴν ἀποστολὴν καὶ πᾶν ἀγαθὸν πνευματικὸν ἔργον; Theodoretus. τὴν τοῦ κηρύγματος λειτουργίαν.

Διάκονος, ου, ὁ, ἡ, 1) *famulus, minister, aliis serviens*, Matth. 20, 26. 23, 11. Marc. 9, 35. 10, 43. Matth. 22, 13. Jo. 2, 5. 9. — 2) *minister*, a) cui officium a superiore est injunctum. Sic. Rom. 13, 4. magistratus dicitur minister, vicarius Dei, tanquam regis, coll. Esth. 1, 10. 2, 2. — b) qui alteri officia praestat, ei obsequitur, eius rei inservit. Sic saepius de doctoribus ecclesiae 1 Cor. 3, 5. 11, 15. 23. 2 Cor. 3, 6. 6, 4. Eph. 3, 7. Coloss. 1, 23. 25. 1 Tim. 4, 6. et Jesus ipse appellatur Rom. 15, 8. *διάκονος περιτομῆς*, qui Judaeis officium doctoris praestitit, et Gal. 2, 17. *ἁμαρτίας διάκονος*, doctor, minister peccati propagandi. — Etiam *adjutor, collaborator* in doctoris officio, i. q. *σύνδουλος*, Eph. 6, 21. Coloss. 1, 7. 4, 7. (1 Thess. 3, 2. in ed. vulg.) — 3) sese alicui, ut servus hero, jungens, *sectator fidelis*, Jo. 12, 26. coll. *Διακονέω*. — 4) *diaconus* in ecclesia, cui incumbebat cura aegrotorum ac pauperum, Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 8. 12. — *ἡ διάκονος* Rom. 16, 1. *diaconissa*. Saepius non habetur.

Διακόσιοι, αι, α, ducenti, Marc. 5, 37. Jo. 6, 7. et passim.

Διακούω, f. *ούσω*, (ex *διὰ* et *ἀκούω* audio) *totum audio*, aushören; *plene cognosco*. Semel, sensu forensi Act. 23, 35. et eodem sensu bis in V. T. Deut. 1, 16. Job. 9, 53.

Διακρίνω, f. *ῶ*, 1) dissolvo, separo; 2) *distinguo, discrimen facio*. 1 Cor. 11, 29. *διακρίνων* distinguens corpus Christi ab esca vulgari. Act. 15, 9. *οὐδὲν διέκρινε* nullum discrimen fecit. — Inde etiam discrimen facio in favorem, *praefero*, 1 Cor. 4, 7. „quis tibi dedit praerogativam, i. e. majorem auctoritatem?" — 3) *exploro, accurate cognosco*, ut fieri debet ad justum rerum discrimen faciendum. 1 Cor. 14, 29. Matth. 16, 3. 1 Cor. 11, 32. *διακρ. ἑαυτὸν* i. q. *δοκιμάζειν*. Job. 23, 10. (hebr. בָּחַן) 4) *judico, sententiam fero*. 1 Cor. 6, 5. coll. Eccles. 3, 18. Psal. 50, 4. Prov. 31, 9. Levit. 24, 12. — *Medium:* 1) *me separo*. Sic intelligo Jud. v. 22 et 23. *οὓς μὲν ἐλεεῖτε, διακρινόμενοι· οὓς δὲ ἐν φόβῳ, σώζετε* i. e. horum (scl. qui non sunt christiani) miseremini quidem, sed vos ab iis separantes, nullam cum iis societatem habentes, hos autem, qui sunt *ἐν φόβῳ* scl. *θεοῦ*, Christianos, salvate, adeo ex igne eos eripientes. *Hesych. διακεκρίσθαι· ἀφορίζεσθαι. — διακριθέντες· χωρισθέντες.* — 2) me separo voluntate, judicio, i. e. *litigo, altercor, disputo* (רִיב, 2 Sam. 19, 9.) et sequente dativo personae, ut Jud. v. 9. (Jerem. 15, 10. *διακρινόμενος πάσῃ τῇ γῇ*) et sequente *πρὸς*, ut Act. 11, 2. (Ezech. 20, 35. *διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς*). — 3) *diffido, dubito*, Matth. 21, 21. Marc. 11, 23. Rom. 4, 20. 14, 23.

Jac. 1, 6. μηδὲν διακρινόμενος, (Sir. 7, 10. μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου). *haesito*, *timeo*, Act. 10, 20. 11, 12. Jac. 2, 4. — Saepius non habetur.

Διάκρισις, εως, ἡ (a διακρίνω, quod vid.) 1) discretio, separatio, Job. 37, 16. 2) *dijudicatio*, Hebr. 5, 14. πρὸς διάκρισιν, ad dijudicandum bonum a malo; facultas judicandi et explorandi, 1 Cor. 12, 10. — 3) *dubitatio*, *scrupulus*, Rom. 14, 1. τὸν ἀσθενοῦντα τῇ πίστει προσλαμβάνεσθε μὴ εἰς διακρίσεις τῶν λογισμῶν, cum infirmo fide ita agite, ne obruatur dubitationibus cogitationum, i. e. ne ei injiciantur scrupuli conscientiae.

Διακωλύω, ύσω, i. q. simplex κωλύω, *prohibeo*, *impedio*. Semel Matth. 3, 14. διεκώλυεν prohibuit scil. verbis; sensus: recusavit.

Διαλαλέω, ῶ, f. ήσω, 1) πρός τινα sive τινὶ, *colloquor* cum alio, Luc. 6, 11. διελάλουν, sensus: consultabant. 2) τι, *divulgo*, *enuntio*, Luc. 1, 65.

Διαλέγω, f. ξω, (ex διὰ et λέγω, quod vid.) deligo, separo. — *Medium* διαλέγομαί τινι, sive πρός τινα, (ut bis habetur Act. 24, 12. Marc. 9, 34. coll. Exod. 4, 27.): 1) *colloquor*, Marc. 9, 34. 2) *disputo*, *discepto*, Act. 24, 12. Jud. v. 9. coll. Jes. 1, 18. ubi hebr. נוכח, disceptavit. — 2) de doctore: *disfero*, disferendo *doceo*, Act. 17, 2. 17. 18, 4. 19, 8. 9. 20, 7. 9. 24, 25. — Tribuitur quoque scripturae sacrae Hebr. 12, 5. ubi simpliciter est: *doceo*, *dico*. coll. Jes. 63, 1. ἐγὼ διαλέγομαι δικαιοσύνην, hebr. דבר. Saepius non habetur.

Διαλείπω, f. είψω, proprie: spatium interpono; deinde. Spatium do, in agendo, *desino*, *intermitto*, *cesso*. Semel Luc. 7, 45. cf. Jerem. 9, 5. οὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέφαι ibid. 17, 8. οὐ διαλείψει ποιεῖν καρπόν.

Διάλεκτος, ου, ἡ, (a διαλέγομαι) scil. γλῶσσα, 1) pronuntiatio, sermo (Aristot. hist. anim. 4, 9.); 2) *dialectus*, modus pronuntiandi verba singularis; — *lingua*, sermonis genus, provinciae vel genti proprium. Act. 1, 19. 2, 6. 8. 21, 40. 22, 2. 26, 14. Praeterea non legitur.

Διαλλάσσω, f. διαλλάξω, f. αξω, (ex διὰ et ἀλλάσσω, muto) permuto, commuto. 2 Macc. 6, 27. διαλλάξας τὸν βίον, scil. cum morte. — *Medium*: διαλλάσσομαι sequente dativo personae, *reconcilio*, *redeo in gratiam*. Semel Matth. 5, 24. coll. 1 Sam. 29, 4. ἐν τίνι διαλλαγήσεται (hebr. בם־מה) οὗτος τῷ κυρίῳ. 3 Esdr. 4, 31. ὅπως διαλλαγῇ αὐτῷ. *Suid.* διαλλαγῆναι· τὸ δὲ αὐτοῦ τοῦ ἐχθροῦ παρακληθῆναι καὶ φιλιωθῆναι.

Διαλογίζομαι, f. ίσομαι (ex διὰ et λογίζομαι, computo) 1) *ratiocinor*, *cogito*, *perpendo*, *considero*, Matth. 21, 25. Marc. 2, 6. 8. Luc. 1, 29. 3, 15. 5, 21. 22. 12,

17. Jo. 11, 50. Psal. 77, 5. hebr. חָשַׁב. 2 Macc. 12, 45. ὑπὲρ ἀναστάσεως διαλογιζόμενος, de resurrectione cogitans. — 2) διαλογίζομαι πρός τινα, colloquendo ratiocinor, *cum alio perpendo, delibero, differo*, Matth. 16, 7. 8. Marc. 8, 16. 17. 9, 33. Luc. 20, 14. Eodem sensu Psal. 21, 11. 36, 4. 140, 9. pro hebr. חָשַׁב! Saepius non habetur in N. T.

Διαλογισμός, οῦ, ὁ, (a διαλογίζομαι) 1) supputatio, computatio; — 2) *cogitatio* mentis quaecunque, *consideratio* (hebr. מְזִמָּה Psal. 139, 19. מַחֲשָׁבָה Jes. 59, 7.) Luc. 2, 35. 5, 22. 9, 46. 47. Rom. 14, 1. coll. Dan. 2, 29. Deinde adhibetur etiam de singulis cogitationum generibus, e. g. de *ratiocinio*, s. ratiocinatione Rom. 1, 21. ἐματ. ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, aberrarunt in ratiocinando. 1 Cor. 3, 20. — *consilia*, Luc. 6, 8. Psal. 56, 5. et *dubitationes*, Luc. 24, 38. διαλογισμοὶ ἀναβαίνουσι, Gedanken des Zweifels steigen auf. — 3) *appetitus animi*, in malam partem, Matth. 15, 19. Marc. 7, 21. Sic Test. XII. Patriarch. (*Fabric.* Cod. Pseud. ep. I. p. 605.) „vinum ἐν διαλογισμοῖς ὑπαροῖς συνταράσσει τὸν νοῦν εἰς πορνείαν. Vid. etiam Jes. 59, 7. — 4) *sermo, dissertatio*. Jac. 2, 4. κριταὶ διαλογισμῶν πονηρῶν, quidam vertunt: judices secundum principia mala;" — rectius: judices sententiae malae, prava pronuntiantes. In mente habuit sermones, quos ipse affert versu 3. Sic Sirac. 9, 15. διαλογισμοὶ colloquia, sermones, coll. Sir. 27, 4. Inde etiam est *disceptatio, contradictio*, Phil. 2, 14. χωρὶς γογγυσμῶν καὶ διαλογισμῶν. 1 Tim. 2, 8. Saepius non habetur.

Διαλύω, f. ύσω, 1) dissolvo, solvo, Dan. 5, 6. 1 Reg. 19, 11. — 2) de multitudine hominum; *dissipo, dispergo*. Act. 5, 36. (Xenoph. Cyrop. 5, 5. 13.)

Διαμαρτύρομαι, f. ροῦμαι (ex διὰ et μαρτύρομαι, testatum facio) 1) *testem invoco*, testem vel Deum vel homines invoco in asseverando, monendo, precando; *obtestor, serio hortor*, sequente ἐνώπιον 1 Tim. 5, 21. 2 Tim. 2, 14. 4, 1. hebr. הֵעִיד sequente בְּ Deut. 4, 26. — διαμαρτύρομαί τινι, *obtestor aliquem*, Luc. 16, 28. Act. 2, 40. 20, 21. Nehem. 9, 26. *Fabric.* Cod. Pseudep. I, p. 632. πολλὰ διεμαρτυράμην αὐτοῖς, τοῦ μὴ ποιῆσαι. — 2) *testor* verbis, *sanctissime affirmo*, Act. 10, 42. 18, 5. 20, 23. 23, 11. (ubi cum μαρτύρομαι permutatur) Hebr. 2, 6. 1 Thess. 4, 6. *Suid.* διαμαρτύρομαί σοι ἀντὶ τοῦ· βεβαιώσω σε. — 3) διαμαρτύρομαί τι, *testis sum* alicuius rei, *fidem* ei *facio, gravissime doceo*, Act. 8, 25. 20, 24. 28, 23. hebr. הוֹדִיעַ cognoscere fecit, Ezech. 16, 2. 20, 4. et הֵעִיד Deut. 32, 48. — Saepius non habetur.

Διαμάχομαι, f. ήσομαι, έσομαι et οῦμαι, (ex διὰ et μάχομαι pugno) *acriter pugno*; et si verbis pugnatur: *acriter disputo*. Sic semel Act. 23, 9. coll. Sir. 8, 1. μὴ διαμάχου

μετὰ ἀνθρώπου δυνάστου. *Aquil.* et *Symmach.* hebr. נטה, Exod. 21, 18.

Διαμένω, f. ενῶ, perf. διαμεμένηκα, aor. 1. διέμεινα (ex διὰ et μένω, maneo, vivo) *permaneo*, *perduro*, maneo in conditione, societate, vita. Luc. 1, 22. διέμενε κωφὸς, mutus mansit. — *Διαμένω πρός τινα*, Gal. 2, 5. semper alicui servor, in alicuius possessione maneo. Sic Sir. 46, 9. ἰσχὺς ἕως γήρους διέμεινεν αὐτῷ. — *Διαμένειν μετά τινος*, Luc. 22, 28. perdurare cum aliquo, eum non deserere. coll. Sir. 22, 23. διάμενε αὐτῷ, nostrum: halte bey ihm aus. — Hebr. 1, 11. διαμένεις, semper vivis, (עמד Psal. 102, 26.), i. e. (ut in Psalmo explicatur) ὁ αὐτὸς εἶ, idem semper es. coll. Psal. 119, 89. — 2 Petr. 3, 4. πάντα οὕτω διαμένει, omnia in suo statu perseverarunt. coll. Psal. 5, 5. 119, 90.

Διαμερίζω, f. ίσω, (ex διὰ et μερίζω, separo) 1) *in partes divido*, Act. 2, 45. Deut. 32, 8. — tropice: διαμερίζεσθαι ἐπὶ, *in partes contrarias distrahi*, *dissidere*, Luc. 11, 17. 18. 12, 52. 53. — 2) in partes divido distribuendi causa, *distribuo*, Matth. 27, 35. Marc. 15, 24. Luc. 22, 17. 23, 34. Jo. 19, 24. LXX. hebr. חלק Judic. 5, 30. διαμερίζειν σκῦλα. Psal. 22, 18. — Act. 2, 3. γλῶσσαι διαμεριζόμεναι, flammulae inter se divisae, discissae, quarum extremitates lingulis lambentibus erant similes.

Διαμερισμός, οῦ, ὁ, (a διαμερίζω) 1) partitio, divisio, Ezech. 48, 19. Mich. 7, 12. 2) *dissidium*, Luc. 12, 51. ubi concordiae (εἰρήνη) opponitur.

Διανέμω, f. νεμῶ, (ex διὰ et νέμω, divido) 1) divido, distribuo; 2) *spargo*, *divulgo*; Act. 4, 17. διανεμηθῇ spargatur scil. fama. — In V. T. semel Deut. 29, 25. pro hebr. חלק.

Διανεύω, f. εύσω (ex διά et νεύω, nuo, *innuo*, *nutu significo*. Luc. 1, 22. coll. Psal. 35, 19. Sir. 27, 22.

Διάνοημα, ατος, τὸ, (ex διὰ et νόημα, cogitatio) *cogitatio*, *sententia*. Luc. 11, 17. coll. Jes. 55, 9. Sir. 22, 16.

Διάνοια, ας, ἡ, (ex διὰ et νόος mens) 1) τὸ cogitare, perpendere, das Nachdenken, Sap. 4, 15. 2) facultas cogitandi; *mens* ipsa, et quidem non solum quatenus intelligit, sed etiam quatenus appetit et sentit. 1 Petr. 1, 13. 2 Petr. 3, 1. (Eph. 1, 18. in textu vulg. ubi *Griesb.* καρδίας reposuit) Eph. 4, 18. Hebr. 8, 10. 10, 16. (in loco parallelo Jer. 31, 33. est קֶרֶב, *medium*, *animus*, *mens*.) Sic quoque Matth. 22, 37. Marc. 12, 30. Luc. 10, 27. est *mens*, tanquam principium agendi. Vid. Deut. 6, 5. Respondet hoc sensu in LXX. vers. maxime hebr. לב (Gen. 17, 17. Levit. 19, 17.), et dicitur de *cognitione* mentis 1 Jo. 5, 20. Sap. 4, 15. de *pravis consiliis*, Luc. 1, 51. et de *pravis appetitibus* sive

cupidinibus. Eph. 2, 3. τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς καὶ τῶν διανοιῶν, leges pravorum appetituum e corpore et mente natorum Coloss. 1, 21. τῇ διανοίᾳ, mentis pravitate. *Fabric.* Cod. Pseud. I, p. 530. συνέλαβον (angeli) τῇ διανοίᾳ τὴν πράξιν (concubitum cum mulieribus hominum) κἀκεῖνα (mulieres) ἐπιθυμοῦσαι τῇ διανοίᾳ τὰς φαντασίας αὐτῶν ἔτεκον γίγαντας. — Saepius non habetur.

Διανοίγω, f. οίξω, (ex διὰ et ἀνοίγω, aperio) 1) *aperio id quod clausum est, adaperio*, Luc. 2, 23. τὴν μήτραν, coll. Exod. 13, 2. — aures, Marc. 7, 34. 35. ut hebr. פתח Jes. 35, 5. — Metaphorice dicitur in formulis: *oculos aperire*, Luc. 24, 31. i. e. rei cognitionem dare, (Gen. 3, 5. 2 Reg. 6, 17.) i. q. v. 45. διήνοιξεν τὸν νοῦν. — *cor aperire*, Act. 16, 14. i. e. intelligentiam et sensum dare. Hos. 2, 15. διανοίξαι σύνεσιν αὐτῆς. — 2) sensum rei quasi occlusae aperio, *explico, interpretor, explano*, Luc. 24, 32. Act. 17, 3. Sic saepius apud profanos.

Διανυκτερεύω, f. εύσω, (ex διὰ et νυκτερεύω, noctu aliquid facio) *totam noctem transigo, noctem impendo*. Semel Luc. 6, 12. coll. Job. 2, 9. διανυκτερεύων αἴθριος, sub dio noctem transigens. *Diod. Sic.* 13, 62. διανυκτέρευον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῶν τειχῶν. *Pollux.* Onom. 1, 71. τὸ μὲν νυκτὸς τι πράξαι, νυκτερεῦσαι, τὸ δὲ δι' ὅλης νυκτὸς, διανυκτερεῦσαι.

Διανύω et διανύτω, f. ύσω, (ex διὰ et ἀνύω f. ἀνύτω perficio), *absolvo, perficio, ad finem perduco*. Semel Act. 21, 7. navigationem. — viam 2 Macc. 12, 7. (*Xenoph.* Cyrop. 4, 2. 8. πολλὴν ὁδὸν διήνυσαν).

Διαπαντὸς, (διὰ παντὸς scl. χρόνου) adverb. temporis: 1) per *omne* tempus, in aeternum, Jes. 57, 16. לְנֶצַח Jos. 4, 6. — 2) sensu latiori: *continuo, perpetuo, quovis tempore, semper*. Act. 2, 25 24, 16. Rom. 11, 10. 2 Thess. 3, 16. Hebr. 13, 15. Psal. 119, 33. ἐκζητήσω τὴν ὁδὸν τοῦ κυρίου διαπαντός. Jes. 52, 5. διαπαντὸς (תמיד) τὸ ὄνομά μου βλασφημεῖται. Psal. 34, 1. Marc. 5, 5. διαπαντὸς νυκτὸς καὶ ἡμέρας, continuo, et noctu et die. — 2) quovis tempore statuto, quo aliquid fieri solet, *assidue*, Luc. 24, 53. Act. 10, 2. *saepe* Hebr. 9, 6. ubi τῷ ἅπαξ opponitur. coll. Deut. 33, 10.

Διαπαρατριβή, ῆς, ἡ, vox, nonnisi 1 Tim. 6, 5. in textu Griesbach. obvia, (ubi text. vulg. παραδιατριβαί) composita ex τριβή, negotium, studium, παρὰ, quae praepositio hic significat id, quod modum et limites excedit, ineptum est, et διὰ, quod hic vel certamen innuit, vel notionem extendit. Est igitur: studium ineptum, *studia noxia, varas disputationes gignentia*. *Suidas* et *Hesych.* διαπαρατριβαί· ἐνδέλεχισμοί, ἐνδελέχειαι.

Διαπεράω, f. *άσω* (ex *διὰ* et *περάω* transeo, quod a *πέραν*) *trajicio, pertranseo*, Matth. 9, 1. 14, 34. Marc. 5, 21. 6, 53. Luc. 16, 26. Act. 21, 2. hebr. עָבַר Deut. 30, 13. Jes. 23, 2.

Διαπλέω, f. *εύσω* (ex *διὰ* et *πλέω*, navigo) *pernavigo, navigando emetior*. Semel, Act. 27, 5. (Herodian. 8, 6. 11.).

Διαπονέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (ex *διὰ* et *πονέω*, laboro) 1) elaboro; labori operam do, studeo, 2 Macc. 2, 29. 2) molestia gravo (quum *πόνος* quoque sit molestia, pondus laboris impositum) Eccles. 10, 9. — In *medio: aegre fero, graviter commoveor*. Act. 4, 2. 16, 18. *διαπονηθεὶς*, indignabundus. Aquila ita vertit hebr. וַיִּתְעַצֵּב Gen. 6, 6. (LXX. *ἐνεθυμήθη*). 1 Sam. 20, 30, (LXX. *ἐθυμώθη ὀργῇ*). *Hesych. διαπονηθεὶς· λυπηθεὶς*.

Διαπορεύω, f. *εύσω*, (ex *διὰ* et *πορεύω*, quod vid.) transire facio, transmitto. *Medium: iter facio per locum, pertranseo*, Luc. 6, 1. (Gen. 24, 62.) hebr. עבר Rom. 15, 24. *διαπορευόμενος* scil. per vestram urbem. — *obeo, peragro*, Luc. 13, 22. *διεπορεύετο διδάσκων κατὰ πολ.* circumibat docens in singulis urbibus. Act. 16, 4. coll. Num. 11, 8. (hebr. סבב circumire), Job. 2, 2. 2 Chron. 30, 10. — *praetereo*, Luc. 18, 36. coll. Jos. 15, 3. *διαπορ. ἀπέναντι*.

Διάπορέω, *ῶς* f. *ήσω*, (ex *διὰ*, quod hic vim intendit, et *ἀπορέω*, quod vid.) non habeo, quo me vertam, *nescio quid agendum, statuendum, dicendumve sit; incertus sum, consternatus sum, dubius haereo*, quod vel est admirantis et stupefacti, ut Luc. 24, 4. Act. 2, 12. 10, 17. (*Symmach.* Dan. 2, 3. *διηπόρει τὸ πνεῦμα*, LXX. *ἐξέστη τὸ πνεῦμα*, hebr. תִּתְבָּעַם), vel solliciti, animo turbati, ut Luc. 9, 7. Act. 5, 24. *διηπόρουν* perturbati nesciebant quid de iis et de eo, quod illis evenisset, statuendum esset. *Suid. δαπορῶ, διαπορήσω· ζητῶ, ἀμφιβάλλω*.

Διαπραγματεύομαι, f. *εύσομαι*, (ex *διὰ* et *πραγματεύομαι*, negotior). Profanis est: opus aggredior; rem accurate pertracto. — In N. T. semel Luc. 19, 15. ubi vel est *negotium facio*, vel *negotio* f. *negotiando lucror*. In V. T. non legitur.

Διαπρίω, f. *ίσω*, (ex *διὰ* et *πρίω*, serra seco) *serra disseco*, 1 Chron. 20, 3. cf. *Διχοτομέω*. — In N. T. passivum *διαπρίεσθαι* metaphorice legitur: *dissecor corde*, Act. 5, 33. et 7, 54. ubi *ταῖς καρδίαις* additur; cuius tropi sensus est: *vehementer pungor, ira, aegritudine corripior*. *Hesych. διεπρίοντο· ἐθυμοῦντο, ἔτριζον τοὺς ὀδόντας*. Similis tropus de animi summo dolore legitur Luc. 2, 35.

Διαρπάζω, f. *άσω* f. *άξω*, (ex *διὰ* et *ἁρπάζω*, ra-

pio) *diripio*, *spolio*. Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. coll. Gen. 34, 27. Dan. 2, 5. Esth. 9, 10.

Διαῤῥήγνυμι, sive *διαῤῥήσσω*, f. *ήξω* (ex *διὰ* et *ῥήγνυμι* f. *ῥήσσω*, frango) *disrumpo*, *dilacero*. Matth. 26, 65. Marc. 14, 63. Luc. 5, 6. 8, 29. Act. 14, 14. Vestimenta disrumpere, i. e. vestimenta, ubi pectus obtegebant, dilacerare, quod in gravissimo luctu et summa indignatione fieri solebat. cf. Gen. 37, 29. 44, 13.

Διασαφέω, *ῶ*, f. *ήσω* (ex *διὰ* et *σαφής*, clarus, manifestus) *clarum*, *manifestum facio*, *accurate declaro* f. *nuntio*. Semel Matth. 18, 31. coll. Deut. 1, 5. 2 Macc. 1, 28, 20.

Διασείω, f. *είσω*, (ex *διὰ* et *σείω*, moveo) 1) concutio; — 2) *terrorem injicio*. Sic tropice Job. 4, 14. *μεγάλως μοῦ τὰ ὀστᾶ διέσεισε*, הֶפְחִיד. — Deinde ut etiam Latinor. *concutio* et *concussio*, de magistratibus et potentioribus dicitur, ubi abusi sua potestate minis interpositis aliquid extorquent ab alio. Et sic semel in N. T. de militibus; Luc. 3, 14. *μηδένα διασείσητε*, neminem concutiatis, a nemine minarum interventu pecuniam extorqueatis. In V. T. semel, 3 Macc. 7, 21. *ὑπὸ μηδενὸς διασεισθέντες τῶν ὑπαρχόντων*, a nemine, vi adhibita, bonis suis privati. Vid. de hoc verbi usu *Wolfius* in curis phil. ad Luc. 3, 14. *Krebsius* in obss. Flav. pag. 114.

Διασκορπίζω, f. *ίσω*, (ex *διὰ* et *σκορπίζω* spargo) 1) *dispergo*, *disjicio*, Matth. 26, 31. Marc. 14, 27. Jo. 11, 52. Deut. 30, 1. Zach. 13, 7. — de semine: *spargo*, Matth. 25, 24. 26. coll. Ezech. 10, 2. — de opibus: *dilapido*, *profundo*, Luc. 15, 13. 16, 1. — 2) *percutio*, *perdo*, Luc. 1, 51. Act. 5, 37. vid. Psal. 59, 11. Dan. 11, 24.

Διασπάω, f. *άσω*, (ex *διὰ* et *σπάω*, traho) distraho; *disrumpo*, v. c. catenas Marc. 5, 4. Jer. 2, 20. *τοὺς δεσμούς*. Judic. 16, 9. — *dilanio*, *discerpo*, Act. 23, 10. *Aquila* hebr. נכה *discidit*, 1 Sam. 15, 33. ubi LXX. *ἔσφαξε*. *Hesych.* *διασπᾶσαι· διαιρεῖν, διασπαράξαι, διασχίσαι.*

Διασπείρω, f. *ερῶ*, ex *διὰ* et *σπείρω*) 1) disseminio; 2) *dispergo*, *dissipo*. Act. 8, 1. 4. 11, 19. Dan. 9, 7. הִדִּיחַ; Ezech. 34, 6. Baruch. 2, 4. 13. 3, 8.

Διασπορά, *ᾶς*, *ἡ*, (vid *διασπείρω*) 1) disseminatio; 2) *dispersio*, *dissipatio*. Judaeis dicebatur de exilio babylonico Judith. 5, 19. adeoque abstracto posito pro concreto, de exulantibus ipsis, 2 Macc. 1, 27. coll. Psal. 147, 2. ubi in hebr. נִדְחֵי, *expulsi*. Sic etiam in N. T. magnus ille numerus Judaeorum, qui inde ab exilio extra Palaestinam in omnibus fere terris, mare mediterraneum cingentibus, et in Chaldaea, Persia etc. dispersi vivebant, dicuntur *οἱ ἐν τῇ διασπορᾷ* Jac. 1, 1. coll. 1 Petr. 1, 1. et

διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων Jo. 7, 35. Judaei inter populos graece loquentes viventes, quorum maximus numerus erat in Aegypto et Asia minori. *Joseph.* de Bell. Jud. 7, 3. 1. τὸ γὰρ Ἰουδαίων γένος πολὺ μὲν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην παρέσπαρται τοῖς ἐπιχωρίοις· πλέϊστον δὲ τῇ Συρίᾳ ἀναμεμιγμένον.

Διαστέλλω, f. ελῶ (ex διὰ et στέλλω, mitto) 1) in diversas partes mitto; distraho, separo, distinguo; Deut. 10, 8. 19, 2. — *accurate definio*, Gen. 30, 28. διάστειλον (נְקֹבָה) τὸν μισθόν, Hinc in medio: *accurate ordino, diserte mando, jubeo*, Act. 15, 24. οἷς οὐ διεστειλ. quibus nulla dedimus mandata. Hebr. 12, 20. τὸ διαστελλόμενον, lex, mandatum. Sequente propositione negativa, ut Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. 7, 36. 9, 9. verti potest: *veto*. — Sic διαστελλ. *jubeo*, Ezech. 3, 18—21. Mal. 3, 11. Judith. 11, 12. ὅσα διεστείλατο αὐτοῖς ὁ θεός. (*Philo* de Somn. p. 1127.) et διαστολὴ *praeceptum*, Num. 19, 2. 30, 7.

Διάστημα, ατος, τὸ, (a διίστημι, disto) *distantia, intervallum*. In V. T. saepius de loco, Gen. 32, 16. Ezech. 41, 8. 2 Marc. 14, 44. in N. T. semel, de tempore, Act. 5, 7. ὡς ὡρῶν τριῶν διάστημα, post trium fere horarum intervallum.

Διαστολή, ῆς, ἡ (a διαστέλλω, quod vid.) *distinctio, discrimen*, Rom. 3, 22. 10, 12. Exod. 8, 2. — 1 Cor. 14, 7. διαστολὴν διδόναι τοῖς φθόγγοις, sonos articulatos, inter se satis distinctos edere. *Hesych.* διαστολὴ· διάκρισις, διαίρεσις.

Διαστρέφω, f. ψω, (ex διὰ et στρέφω, verto, flecto; torqueo.) — 1) *detorqueo*, distorqueo; — sensu morali: *perverto* quae recta et plana sunt, *corrumpo*, Act. 13, 10. τὰς ὁδοὺς κυρίου, rem divinam corrumpis, detorques eam in pravum; vid. Exod. 23, 6. Prov. 10, 10. Mich. 3, 9. — διεστραμμένος, *corruptus, pravus*, perversus, Matth. 17, 17. Luc. 9, 41. Phil. 2, 15. Deut. 32, 5. γενεὰ διεστραμμένη. — Διεστραμμένα λαλεῖν, falsa, prava, ad pietatem inutilia docere, Act. 20, 30. Prov. 23, 33. — 2) *averto* a recto tramite, v. c. a fide, Act. 13, 8. coll. Exod. 5, 4. διαστρέφειν τὸν λαὸν ἀπὸ τῶν ἔργων. — *seduco*, Luc. 23, 2. διαστρέφοντα, seducentem fol. ad rebellionem. coll. 3 Reg. 18, 17. — *Fabric.* Cod. Pseudep. V. T. I, p. 604: ὁ οἶνος διέστρεψέ μου τοὺς ὀφθαλμούς. — ib. οἶνος διαστρέφει τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς ἀληθείας.

Διασώζω, f. σω, (ex διὰ et σώζω, servo) 1) proprie: *salvum perduco* per periculum, f. salvum *educo* e periculo, v. c. δι' ὕδατος 1 Petr. 3, 20. per diluvii fluctus; ἐκ θαλάσσης, a naufragio, Act. 28, 1. 4. coll. Job. 29, 12. Dan. 11, 41.; — εἰς τὴν γῆν, e mari ad littus, Act. 27, 44. coll. Gen. 19, 19. εἰς τὸ ὄρος. Jes. 37, 38. (hebr. נָצַל.) — Διασώζειν τινὰ πρός τινα, salvum aliquem educere ad alium, herausretten zu einem, Act. 23, 24. διασωσ. πρὸς φηλ. ut illum salvum ad Felicem perduceret. Similiter in Test. XII. Patriarch.

(*Fabric.* Cod. Pseud. I, 534.) Ruben dicitur voluisse Josephum διασώσαι πρὸς τὸν πατέρα, e fovea educere ad Jacobum et ita salvum facere. — 2) deinde simpliciter: *salvo, salvum facio*, et maxime de iis dicitur, qui vitam conservant; passive, qui mortis periculum effugiunt. Sic Act. 27, 43. Jon. 1, 6. Prov. 10, 5. Num. 10, 9. 2 Macc. 11, 12. Sir. 46, 8. et ita διασωθῆναι etiam de iis dicitur, qui a morbo lethifero sanantur. Non enim est simpliciter *sano*, sed salvum per morbum perduco, morbi potestati eripio. Matth. 14, 36. Luc. 7, 3. Similiter Jerem. 8, 20. collatis vers. 17. 22. — Saepius non habetur in N. T.

Διαταγή, ῆς, ἡ, (a διατάσσω) 1) ordinatio, dispositio; *institutum*, Rom. 13, 2. Esdr. 4, 11. — 2) *ordo, agmen dispositum*. Sic Act. 7, 53. intelligo εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, (quod pro ἐν διαταγαῖς ἀγγ., ex usu hebr. 2 praefixi) adstantibus, praesentibus angelorum ordinibus s. agminibus. Quanquam enim διαταγὴ non in V. T. (praeter Esdr. 4, 11.) legitur, tamen διάταξις, quod cum διαταγὴ convenit, hoc sensu habetur; Judith. 1, 4. εἰς διατάξεις πεζῶν, ad disponenda agmina peditum. ibid. c. 8, 36. ἐπὶ τὰς διατάξεις, ad agmina, ad stationes suas. Vid. etiam 2 Chron. 31, 16. 17. et διατάσσω 2 Chron. 5, 11. Quae enim Exod. 19, 13. 16. 19. de tonitrubus, fulguribus, tubae sonis in Dei apparitione ad montem Sinaiticum commemorata leguntur, ea ad angelos, Deum stipantes, a Judaeis serioribus relata sunt. cf. versio alexandr. Deut. 33, 2. Psal. 104, 4. Alii vertunt: *ministerio angelorum* promulgata; et fere sic *Josephus* Antiq. 15, 5. 3. δόγματα τὰ ἐν τοῖς νόμοις δι' ἀγγέλων παρὰ τοῦ θεοῦ μαθέντα. (De locis Gal. 3, 19. Hebr. 2, 2. vid. *Διά*.)

Διάταγμα, τος, τὸ, (a perf. pass. verbi διατάσσω) *mandatum, edictum*, Hebr. 11, 23. coll. Esdr. 7, 11. Sap. 11, 7.

Διαταράσσω, f. διαταράττω, f. ᾰξω, (ex διὰ et ταράσσω, turbo) *perturbo, confundo*. Luc. 1, 29. διεταράχθη, animo perturbata est.

Διατάσσω, f. διατάττω, f. ᾰξω (ex διὰ et τάσσω, ordino) 1) dispono, ordino, v. c. milites 2 Macc. 12, 20. sacerdotes 2 Chron. 5, 11. crines compono Judith. 10, 3. — 2) dispono, quod fieri, vel quo modo fieri debeat, *jubeo, mando*, auftragen, befehlen, Luc. 8, 55. 17, 9. 10. Act. 7, 44. 23, 31. 24, 23. Tit. 1, 5. 3) *constituo, instituo*, Verfügung treffen, Act. 20, 13. 1 Cor. 7, 17. 11, 34. coll. 1 Reg. 11, 18. (hebr. צוה). — 4) *praescribo, legem fero, praeceptum do*, de doctore discipulis praecipiente Matth. 11, 1. de magistratibus Luc. 3, 13. Act. 18, 2. Dan. 1, 5. de Deo 1 Cor. 9, 14. — Ὁ νόμος ipse dicitur διαταγεὶς Gal. 3, 19. prae-

ſcriptus, i. e. publice datus, promulgatus. Vid. *Διαταγή*. Saepius non legitur.

Διατελέω, ῶ, f. έσω (ex διὰ et τελέω, impleo, finio), *perficio, ad finem perduco. Διατελεῖν* ſcl. *τὸν χρόνον, tempus transigere, permanere*, ſaepius adjectivis et participiis ita jungitur, ut valeat *ſemper, continuo* aliquid fieri, vel aliquem eſſe. Sic profanis (*Xenoph.* Anab. 4, 3. 2. *Herodian.* 1, 4. 12.) et noſtris ſcriptoribus. Act. 27, 33. *ἄσιτοι διατελεῖτε*, continuo fuiſtis jejuni. Deut. 9, 7. *ἀπειθοῦντες διετελεῖτε*. Jer. 20, 7. 2 Macc. 5, 27. *τὴν χορτώδη τροφὴν σιτούμενοι διέτελον*, gramineo cibo continuo veſcebantur.

Διατηρέω, ῶ, f. ήσω, (διὰ et τηρέω, ſervo) *conſervo, diligenter cuſtodio.* Luc. 2, 51. *διατηρεῖν* animo cuſtodire, menti infigere vid. ſimilem locum Gen. 37, 11. Dan. 7, 28. Sir. 28, 5. *διατηρεῖν μῆνιν*, retinere, fovere iram. — *Διατηρεῖν ἑαυτὸν*, *ſe cuſtodire*, i. e. *ſibi cavere, abſtinere*, Act. 15, 29. Jeſ. 56, 2. *διατηρῶν τὰς χεῖρας αὐτοῦ μὴ ποιεῖν ἄδικα.*

Διατὶ (ex διὰ et τὶ, quid), adverb. interrogandi, *cur, quare, qua de cauſa?* Matth. 9, 14. 13, 10. Marc. 2, 18. Luc. 5, 30. 33. Jo. 7, 45. Apoc. 17, 7. — Num. 11, 11. Deut. 29, 24. Exod. 5, 14.

Διατίθημι, f. θήσω (ex διὰ et τίθημι, pono) 1) dispono, ich ſtelle aus einander, 1 Sam. 11, 11. — ordino, in ordinem redigo; — 2) *diſpono, conſtituo, praeſcribo*; — pacto conſtituo, *pango* pactum, Act. 3, 25. *διέθετο πρὸς τοὺς πατέρας.* Hebr. 10, 18. Joſ. 7, 11. *διεθέμην* (צויתי) *πρὸς αὐτοὺς.* Deut. 5, 2. (כָּרַת). Gen. 9, 17. (הֵקִים). Hebr. 8, 10. *διαθήσομαι τῷ οἴκῳ*, Gen. 15, 18. *διέθετο τῷ Αβραάμ.* — *teſtamento conſtituo, teſtor, teſtamentum condo*, Hebr. 9, 16. 17. et ſaepius apud profanos. (*Joſeph.* Ant. 13, 16. 1.) — 4) Medium: dispono in uſum meum; Sap. 18, 9. transitive: quod meum eſt alteri trado in ſuos uſus, *trado, do, cedo.* Luc. 22, 29. *βασιλείαν* curam regni Dei. coll. Matth. 16, 19. 18, 18. — Hoſ. 11, 8. *τί σε διαθῶμαι Εφραὶμ*, quid tibi faciam, quae tibi evenire jubeam? in hebr. נָתַן. — Saepius non legitur.

Διατρίβω, f. ίψω (ex διὰ et τρίβω, tero) tero, attero oculos unguento Tob. 11, 8.; 2) terendo *conſumo.* — Inde *διατρίβειν χρόνον*, Act. 14, 3. 28. et *διατρίβειν ἡμέρας* Act. 16, 12. 20, 6. 25, 6. 14. (Levit. 14, 8. hebr. שֵׁב manco), vel etiam *διατρίβειν* ſimpliciter Jo. 3, 22. 11, 54. Act. 12, 19. 15, 35. (Jerem. 35, 7. hebr. גור peregrinari) eſt: tempus conſumere, *commorari, verſari* in aliquo loco. Saepius non legitur. *Heſych.* διατρίβει· διάγει, παρέλκει ἐπὶ πολὺν χρόνον.

Διατροφή, ῆς, (a διατρέφω, nutrio) *alimentum, victus.*

Semel 1 Tim. 6, 8. coll. 1 Macc. 5, 49. *Hesych.* διατροφὰς· βρώματα.

Διαυγάζω, f. άσω, (διὰ et αὐγάζω splendeo) *illucesco, perfulgeo.* Semel 2 Petr. 1, 19. (Sap. 17, 5. καταυγάζειν). *Hesych.* διαυγάσαι· φωτίσαι.

Διαυγής, ές, ὁ, et ἡ, ὲς, τὸ (ex διὰ et αὐγὴ splendor) *pellucidus, translucidus, micans* (spiegelnd). Semel Apoc. 21, 21. pro διαφανής, quod legitur in textu vulg. (*Aquila* Prov. 16, 5. pro hebr. זך purus). *Hesych.* διαυγὲς· λαμπρὸν, φωτεινόν.

Διαφανής, ές, ὁ, ἡ, ὲς, τὸ (a διαφαίνω pellucidus sum, Sap. 17, 6.) *pellucidus, transparens.* Apoc. 21, 21. in textu vulg. Vid. *Διαυγής.* (LXX. Exod. 30, 34. hebr. זך).

Διαφέρω, f. διοίσω, aor. 1. διήνεγκα, (ex διὰ et φέρω) 1) transitive: a) *per locum fero, perfero*; durchtragen, Marc. 11, 16.; — in locum fero, deporto, 3 Esdr. 5, 78. — b) in diversas partes fero, auseinander tragen; — hinc: *huc, illuc agito*, et ita Act. 27, 27. agitari in mari, i. q. v. 15. simplex φέρεσθαι. Sic etiam apud profanos. — Metaphorice: *dispergo, divulgo*, Act. 13, 49. coll. Sap. 18, 10. οἰκτρὰ διεφέρετο, planctus longe lateque audiebatur. — 2) intransitive: *diversus sum, differo ab alio*, interdum absolute (2 Macc. 15, 13.) interdum sequente genitivo; rarius in malam partem (Polyb. 18, 11. 1.), maxime in bonam dicitur, et est: *praesto, antecello*, Matth. 6, 26. 10, 31. 12, 12. Luc. 12, 7. 24. 1 Cor. 15, 41. Gal. 4, 1. coll. 2 Macc. 15, 13. 3 Macc. 6, 26. Dan. 7, 3. 7. — Impersonaliter: διαφέρει seq. dativo: differt, i. e. *interest* mea, tua, *refert.* Gal. 2, 6. οὐδέν μοι διαφέρει, nil mea refert. — τὸ διαφέρον, substantive, differentia, discrimen rei. Sensu morali intelligendum est Rom. 2, 18. Phil. 1, 10. τὰ διαφέροντα, quae bona et licita sunt, et quae non sunt, τί δεῖ πρᾶξαι καὶ τί μὴ δεῖ πρᾶξαι, ut *Theophylact.* interpretatur. Saepius non legitur.

Διαφεύγω, f. εὐξομαι, (ex διὰ et φεύγω, fugio), *fugiendo evado, effugio.* Act. 27, 42. coll. Jos. 8, 23. Prov. 19, 5.

Διαφημίζω, f. ίσω, (ex διὰ et φημίζω, fama divulgo) longe lateque famam spargo, *late divulgo*; Matth. 28, 15. Marc. 1, 45. — *Διαφημ. τινὰ*, famam de aliquo divulgo, Matth. 9, 31. *Phavor.* διαφημίζω· διασαλπίζω.

Διαφθείρω, f. ερῶ, (ex διὰ et φθείρω perdo) *valde corrumpo; consumo, absumo*, Luc. 12, 33. 2 Cor. 4, 16. διαφθείρεται absumitur, scl. calamitatibus. — 2) funditus perdo, Dan. 4, 20. Judic. 6, 4. Eccles. 5, 5. — deinde *occido, eneco*, Apoc. 8, 9. coll. 2 Sam. 11, 1. (שחת) 1 Sam. 2, 27. (המית), Sap. 16, 5. 2 Macc. 12, 23. — 3) *mores corrum-*

ρα. Apoc. 11, 18. διαφθείροντας τὴν γῆν, homines depravantes i. e. ad idololatriam seducentes. De eadem corruptione legitur Judic. 2, 19. hebr. שחת. — 1. Tim. 6, 5. διεφθαρμένοι, moribus corrupti.

Διαφθορά, ᾶς, ἡ, (a praet. medii verbi διαφθείρω) corruptio, destructio. — In N. T. non nisi de corporis putredine, dissolutione corporis, quae fit in morte, Act. 2, 27. 31. 13, 34—37. coll. Psal. 16, 10. hebr. שחת. Psal. 107, 20. 9, 5. ubi est locus putredinis, sepulchrum. Suid. διαφθορά· θάνατος, διάλυσις τοῦ συνθετοῦ σώματος.

Διάφορος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, (a διαφέρω) 1) diversus suo genere, (Dan. 7, 19.) varius, Rom. 12, 6. Hebr. 9, 10. διάφοροι βαπτισμοί, diversae i. e. diversis temporibus et vario ritu faciendae lotiones sacrae. Mallem autem post διάφοροις interpungere et post βαπτισμοῖς addere καί, quod multorum codicum optimae notae auctoritate commendatur, et vertere: „et oblationibus, lotionibus sacris, et disciplina ad corpus spectante." Διάφορα enim non solum profanis scriptoribus saepius significant munera, pecuniam (Polyb. 4, 18. 8. id. 23, 8. 11. Dionys. Halic. Antiq. 6, 58.), sed sacris etiam scriptoribus sunt: oblationes, munera, dona. Sic legitur 3 Esdr. 4, 38. de judice dona non accipiente, 2 Macc. 3, 6. de oblationibus et donis in templo Hierosolymitano. cf. etiam 2 Macc. 1, 35. Hesych. διάφορον· ἀμφίλεκτον· καὶ ἀνάλωμα. — 2) differens sensu bono, antecellens, praestans, Hebr. 1, 4. 8, 6. coll. Esdr. 8, 26. Hesych. διαφορώτερον· κρεῖττον, ὑψηλότερον.

Διαφυλάσσω, sive ἅττω, f. ἄξω (ex διὰ et φυλάσσω, custodio) diligenter custodio, f. defendo. Semel Luc. 4, 10. coll. Psal. 91, 11. (שמר) Sap. 10, 12. 3 Macc. 3, 3.

Διαχειρίζω, f. ίσω, (ex διὰ et χειρίζω, manu tracto), in activo et medio: manu tracto aliquid; manum rei admoveo. — In medio: manum injicio in aliquem, manu trucido; occido, quocunque modo fiat. Sic saepius apud profanos; bis in N. T. Act. 5, 30. 26, 27. et eodem sensu διαχειρόομαι Job. 30, 24. (hebr. שלח יד). Hesych. διαχειρίζεται· φονεύει.

Διαχλευάζω, f. άσω (ex διὰ et χλευάζω, derideo), valde derideo, irrideo. Act. 2, 13. ubi Griesbach reposuit διαχλευάζοντες, pro χλευάζοντες, quod habet textus vulg.

Διαχωρίζω, f. ίσω (ex διὰ quod hic vim verbi auget, et χωρίζω separo) prorsus separo, Gen. 1, 4. 6. 30, 32. 40. Medium: separo me, separo me ab alio, discedo, auseinander gehen, Luc. 9, 33. coll. Gen. 13, 9. 11. 14. Sir. 6, 13. Susann. v. 13.

Διδακτικός, ή, όν, (a διδάσκω) ad institutionem aptus, docendi peritus. In N. T. bis, 1 Tim. 3, 2. 2 Tim. 2,

24. ubi est: *apte docens, quae ad pietatem faciant docens.* (In V. T. non legitur.)

Διδακτὸς, ὴ, ὸν, (a *διδάσκω*), *edoctus*, eruditus, peritus, 1 Macc. 4, 7. — *edocendus*, Jo. 6, 45. *διδακτοὶ τοῦ θεοῦ* (Jes. 54, 13. hebr. אלמדי יהוה. Jer. 31, 34.) i. e. Dei, (non prophetarum) discipuli, a Deo per spiritum suum edocendi. — 1 Cor. 11, 13. *διδακτοὶ λόγοι ἀνθρωπίνης σοφίας*, sermones quos didicissemus ab hominum eruditione. ibid. *διδακτοὶ* (scl. *λόγοι*) *πνεύματος*, sermones quos docet, inspirat spiritus sanctus.

Διδασκαλία, ας, ἡ, (a *διδάσκαλος*) 1) institutio; et quidem a) actus instituendi, *τὸ docere*, Rom. 12, 7. *ἐν τῇ διδασκαλίᾳ*, versari *in docendo*. 1 Tim. 4, 13. 5, 17. Tit. 2, 7. b) *doctrina* ipsa, id quod traditur vel traditum est, e. g. leges, praecepta, dogmata; diciturque cum de doctrina humana et perversa, Matth. 15, 9. Marc. 7, 7. Coloss. 2, 22. Eph. 4, 14. 1 Tim. 4, 1. coll. Jes. 29, 13. tum de vera et divina, potissimum christiana, 1 Tim. 1, 10. 4, 6. 16. 6, 1. 3. 2 Tim. 3, 10. 4, 3. Tit. 1, 9. 2, 1. 10. Prov. 2, 17. *διδασκαλία* (hebr. הוראה) *νεότητος*, institutio in juventute accepta. — 2) *admonitio, disciplina*, i. q. *νουθεσία*, Rom. 15, 4. (coll. 1 Cor. 10, 11.) 2 Tim. 3, 16. — Saepius non habetur.

Διδάσκαλος, ου, ὁ, (a *διδάσκω*) 1) *qui docet, monet* alios, Rom. 2, 20. *διδάσκαλος νηπίων*, tibi videris docere posse *τοὺς νηπίους*. Hebr. 5, 12. *εἶναι διδάσκαλοι*, qui ipsi deberetis posse docere alios — 2) *doctor*, munus docendi habens, *magister*, Jo. 3, 2. Act. 13, 1. 1 Cor. 12, 28. 29. Eph. 4, 11. 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. 4, 3. — Jac. 3, 1. *μὴ πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε*, nolite multi doctoris munus ambire, s. vobis arrogare; ne multi vestrum velint esse doctores, siquidem doctores gravius (*μεῖζον*) *κρίμα* manet, quam reliquos. — Dicebantur etiam legisperiti Judaeorum *διδάσκαλοι*, Luc. 2, 46. Jo. 3, 10. *Κατ' ἐξοχὴν* autem ita appellabantur ii, qui discipulos colligebant, et schola erudiendorum regebant, *magistri*, Matth. 9, 11. 10, 24. 25. Luc. 6, 40. adjuncta notione auctoritatis, qua de causa et simul *κύριοι* dicebantur; vid. Jo. 13, 13. 14. Hoc sensu *διδάσκαλος* convenit hebraico *Rabbi*, Jo. 1, 39. (*ῥαββί, ὁ λέγεται ἑρμηνευόμενον διδάσκαλος*) ib. 20, 16. Saepius ita appellatur Jesus, non solum ubi discipuli, sed etiam ubi Judaei eum adloquuntur, Matth. 8, 19. Marc. 4, 38. et passim; idemque haud raro *κατ' ἐξοχὴν* dicitur *ὁ διδάσκαλος* (cum articulo), *magister*, Matth. 17, 24. 26, 18. Marc. 5, 35. 14, 14. Luc. 22, 11. Jo. 11, 28. — In V. T. semel occurrit 2 Macc. 1, 10.

Διδάσκω, f. *ήσω*, 1) *doceo, instituo; erudio*, Matth. 4, 23. Luc. 4, 31. saepissime. Regit accusativum et rei et

personae, Prov. 1, 23. Jer. 9, 19. Matth. 28, 20. Luc. 11, 1. Jo. 14, 26. Semel διδάσκειν περὶ, 1 Jo. 2, 27. διδάσκει ὑμᾶς περὶ πάντων; et semel διδάσκειν seq. dativo personae, Apoc. 2, 14. ἐδίδασκε τῷ Βαλὰκ qui Balacum docuit, ex hebraismo לִפְנֵי seq. לְ, Job. 21, 22. Ita edidit Griesbachius. Textus vulgaris habet τὸν Βαλάκ, quae lectio correctioni debetur. — 2) *moneo, commonefacio*, Rom. 2, 21. Coloss. 3, 16. 1 Tim. 6, 2. — 3) *ordino, constituo*, 1 Cor. 4, 17. — 4) Dicuntur etiam διδάσκειν τι, qui *occasionem* praebent, ut aliquid fiat vel committatur. Act. 21, 21. ἀποστασίαν διδάσκεις, occasionem defectionis praebes, allicis ad defectionem. Sic Sir. 9, 1. maritus, aemulatione persequutus uxorem, dicitur eam διδάσκειν παιδείαν πονηράν; et ib. 30, 7. ἡ ἀργία dicitur διδάσκειν πολλὴν κακίαν.

Διδαχή, ῆς, ἡ, (a διδάσκω) 1) *sermo* doctoris, quo alios instituit, *verba*, quae profert. Inde explico verba difficilia Marc. 1, 27, a multis spuria judicata: τίς ἡ διδαχὴ ἡ καινὴ αὕτη, quaenam est haec nova increpandi (daemones) formula (dictum, λόγος, quo Jesus exire jusserat daemonem, vers. 25.), ut adeo daemones ei sint obedientes? Alii διδαχὴν pro *doctore*, abstractum pro concreto accipiunt. 2) actus docendi, *institutio*, Act. 2, 42. 2 Tim. 4, 2. 1 Cor. 14, 6. 26. λαλεῖν ἐν διδαχῇ loqui ad institutionem apta. 3) sermo doctoris, *docendi modus, institutionis ratio*, vel etiam *doctrinae genus*, Matth. 7, 28. 22, 33. Marc. 1, 22. Luc. 4, 27. — ἐν τῇ διδαχῇ αὐτοῦ, Marc. 4, 2. et 12, 38.: suo docendi modo. 4) materia institutionis, *doctrina*, cum dogmata (Act. 17, 19.) tum praecepta, Matth. 16, 12. Jo. 7, 16. 17. Act. 5, 28. Rom. 6, 17. Hebr. 6, 2. 13, 9. passim.

Δίδραχμον, ου, τὸ (scl. νόμισμα, ex δὶς et δραχμὴ) *didrachmum*, numus argenteus *duas* drachmas Alexandrinas, *quatuor* autem drachmas Atticas (dimidium sicli Judaeorum, quartam imperialis partem) continens. *Joseph.* Antiq. 3, 8. 2. ὁ δὲ σίκλος νόμισμα Ἑβραίων ὤν, Ἀττικὰς δέχεται δραχμὰς τέσσαρας. Hunc numum quilibet inde ab anno aetatis vicesimo in templi usus annuatim solvere tenebatur. Exod. 30, 13. seq. Legitur semel Matth. 17, 24. Respondet apud LXX. hebr. שֶׁקֶל, *siclus*, Gen. 23, 15. 16. Num. 3, 47. Vid. Ἀργύριον.

Δίδυμος, ου, ὁ, ἡ, *geminus, gemellus*, Gen. 25, 24. 38, 17. hebr. תְּאוֹם sive תְּאוֹמִים, unde evangelista Jo. 11, 16. 20, 24. 21, 2. nomen Thomae, Apostoli, interpretatur ὁ δίδυμος.

Δίδωμι, f. δώσω, *do*. Variae hujus verbi significationes ad duplex genus referri posse videntur; *alterum*, ubi notio *dandi*, largiendi, alterum ubi notio *faciendi*, efficiendi praevalet. Utramque habet etiam hebr. נָתַן, cui in versione LXX. maxime respondet. — I) Ubi notio *dandi* obti-

net, est 1) *in manus do*, Apoc. 6, 4. 10, 9. 11, 1. 13, 16. *porrigo* Luc. 7, 44. Jo. 13, 26. 18, 11. Act. 9, 4. Gal. 2, 9. Apoc. 16, 19. διδόναι φαγεῖν, Matth. 14, 16. 25, 35. 27, 34. Jo. 4, 7. διδόναι ἀποστάσιον Matth. 5, 31. 19, 7. libellum repudii dare. coll. Jer. 3, 8. — *distribuo*, Matth. 14, 19. 15, 36. 24, 45. et alibi. 2) *trado, concedo, eloco*, Matth. 16, 19. 21, 23. 25, 15. 28, 18. Marc. 6, 7. 12, 9. 13, 34. Luc. 19, 13. 20, 16. Jo. 5, 27. — *demando, concredo*, Marc. 16, 12. coll. vers. 11. Jo. 3, 35. 5, 22. 36. 17, 4. Act. 7, 38. Eph. 3, 8. Gal. 2, 9. Coloss. 1, 25. — 3) *dono, largior*, Matth. 4, 9. Jo. 3, 16. Act. 20, 35. saepissime. Pro varietate constructionis varie verti potest, v. c. *indo* Marc. 6, 2. 2 Cor. 8, 16. Hebr. 8, 10. (Jer. 31, 32.) Apoc. 17, 17. — *suggero, suppedito*, Matth. 10, 19. Marc. 13, 11. Act. 2, 4. — *facultatem, potestatem do*, Matth. 13, 11. 12, 19. 11. Jo. 3, 27. 5, 26. 6, 56. Act. 4, 29. — etiam *mutuum do*, Matth. 25, 8. Luc. 11, 7. coll. vers. 5. — 4) *do solvendi causa, solvo*, Matth. 16, 26. 17, 27. 20, 4. 14. 23. 22, 17. 26, 15. 27, 10. Marc. 14, 11. Luc. 20, 10. 23, 2. Hebr. 7, 4. — διδόναι τὴν ψυχήν, vitam solvere, Matth. 20, 28. Marc. 10, 45. — 5) *reddo*, Luc. 7, 15. 15, 2. Apoc. 20, 13. Prov. 12, 14. הָשִׁיב. διδ. λόγον *rationem reddo*, Rom. 14, 12. — *refero*, Jo. 1, 22. 19, 9. — *retribuo, rependo*, Luc. 6, 38. Apoc. 2, 23. — II) Ubi notio *faciendi* sive *efficiendi* potior est: 1) *auctor sum rei, efficio*, ita ut fit i. q. ποιέω, ut legitur Jer. 34, 21. Ezech. 26, 19. coll. 33, 29. (ubi LXX. ποιεῖν) et Ezech. 37, 22. ubi in textu hebr. עָשָׂה. Sic efficio s. do lucem Matth. 24, 29. sonum edo 1 Cor. 14, 7—9. pluviam Jac. 5, 18. Ezech. 34, 26. ubi in hebr. הוֹרִיד. — profero, facio fructum Matth. 13, 8. Marc. 4, 7. 8. διδόναι σημεῖα miracula edere, miraculis rei facere auctoritatem, Matth. 24, 24. Marc. 13, 22. Act. 2, 19. 14, 3. coll. Exod. 7, 4. exemplum i. e. auctorem esse exempli. Jo. 13, 15. — pacem efficere Luc. 12, 51. — ἐγκοπὴν 1 Cor. 9, 12. 2 Cor. 6, 3. — ἀφορμὴν occasionem facere, 2 Cor. 5, 12. 1 Tim. 5, 14. — Jo. 4, 12. ὃς ἡμ. τὸ φρέαρ, auctor putei fuit, effodit eum. Vid. praeterea Apoc. 3, 8. 9. ubi δίδωμι per sequens ποιήσω explicatur, ib. c. 11, 3. Act. 5, 31. — 2) *praecipio* Jo. 12, 49. 13, 34. (coll. 11, 57.) Gal. 3, 21. 3) *constituo*, Act. 13, 20. 21. Eph. 1, 22. 4, 11. coll. Exod. 7, 9. 3 Esdr. 8, 49. coll. Esdr. 8, 20. ubi text. chald. עְבַד perfecit. — 4) *destino, jubeo esse, volo esse*, sive *fieri*, Act. 2, 27. (Ps. 16, 10.) 10, 40. 13, 35. Marc. 10, 37. 2 Cor. 12, 7. Apoc. 6, 4. 7, 2. 9, 5. 11, 2. 13, 7. coll. Gen. 31, 7. Judic. 15, 1. — Huc et pertinent loca, ubi Deus dicitur dedisse Christo discipulos, i. e. destinavit, voluit eos esse, Jo. 6, 37. 39. 7, 22. 10, 29. 17, 6. — De malis est *immitto*, Rom. 11, 8. 2 Thess. 1, 8. coll. 1 Chron. 21, 14. Ezech. 30,

16. — Denique III) notandae sunt formulae: 1) διδόναι θυσίαν Luc. 2, 24. sacrificium offerre. 2) διδ. κλήρους Act. 1, 26. sortem mittere, Levit. 16, 8. 33. 3) διδ. ἐργασίαν latinorum: *operam dare*, Luc. 12, 58. 4) διδ. γνώμην sententiam ferre, 1 Cor. 7, 25. 2 Cor. 8, 10. 5) διδ. εἰρήνην, valedicere, Jo. 14, 27. 6) διδ. ῥάπισμα, alapam infligere, Jo. 18, 22. 19, 3. 7) διδόν. χάριν, gratiosum esse, gratum facere, Eph. 4, 29. Jac. 4, 6. 8) διδ. δόξαν, vid. Δόξα. — 9) διδόναι τόπον, spatium facere, locum dare, quod est a) cedere, locum cedere Luc. 14, 9. b) differre, spatium dare Rom. 12, 19. (διδόναι χρόνον Apoc. 2, 21.) c) locum concedere, admittere, Eph. 4, 27. — 10) διδόναι ἑαυτόν, Latinorum *se dare*, a) τινί, se devovere alicui, totum se dicare, 2 Cor. 8, 5. coll. prolog. Sirac. b) ὑπέρ, se morti devovere, Gal. 1, 4. 1 Tim. 2, 6. Tit. 2, 14. 1 Macc. 2, 50. c) εἰς τόπον, se conferre in locum, Act. 19, 31. d) τύπον, se exemplum praebere, 2 Thess. 3, 9.

Διεγείρω, f. ερῶ, (ex διὰ et ἐγείρω suscito) *excito, suscito* e somno, *expergefacio*, Matth. 1, 24. Marc. 4, 38. 39. Luc. 8, 24. *Hesych.* διεγείρω· ἐξυπνίζω. De mari: *vehementer commoveo*, Jo. 6, 18. (ἐξεγείρειν Jon. 1, 4. 13.) — de animo: *excito, incito*, 2 Petr. 1, 13. 3, 1. coll. 2 Macc. 7, 21. 15, 10. *Fabric.* Cod. Pf. V. T. I, pag. 650. διεγείρει ἐν θυμῷ μεγάλῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

Διενθυμέομαι, (ex διὰ et ἐνθυμέομαι, cogito) *animo volvo, ultro citroque perpendo*; Act. 10, 19. coll. vers. 17. In textu vulg. legitur ἐνθυμουμένου.

Διεξέρχομαι, f. ἐλεύσομαι, (ex διὰ et ἐξέρχομαι egredior, pertranseo et egredior, 2 Sam. 2, 23. Job. 20, 25. Ezech. 12, 5. — In N. T. semel; Act. 28, 3. in codd. ubi est egredior, e sarmentis *prorepo*.

Διέξοδος, ου, ἡ, (ex διὰ et ἔξοδος, exitus) *transitus, exitus*. Semel Matth. 22, 9. ubi διέξοδοι τῶν ὁδῶν videntur esse viae, ubi multi transeunt, *viae tritae*; versu enim sq. ponitur simplex ὁδοί. Alii *compita*, spatia laxiora in urbibus subintelligunt, in quare viei plures exeunt, ubi igitur major hominum esse solet frequentia. cf. Ps. 144, 14. ubi διέξοδος hominum multitudinem ipsam significare videtur. *Hesych.* διεξόδους· ὅθεν ἐκπορεύονται.

Διερμηνευτής, ου, ὁ, (a διερμηνεύω) *interpres*. 1 Cor. 14, 28.

Διερμηνεύω, f. εύσω, (ex διὰ et ἑρμηνεύω) 1) *verbis exprimo, quae cogito*. Sic 1 Cor. 14, 5. 13. 27. ubi est: sonis articulatis loqui, sensus animi verbis exprimere, ita ut intelligant alii, quid sentiamus. — 2) *interpretor*, 1 Cor. 12, 30. *explico* aliorum mentem, Luc. 24, 27. — 3) *in aliam linguam converto, interpretor*, Act. 9, 36. 2 Macc. 1, 36.

Διέρχομαι, f. ἐλεύσομαι, aor. 2. διῆλθον (ex διὰ et ἔρχο-

μαι) 1) *transeo* per locum, Marc. 10, 25. (Matth. 9, 24. in textu vulg.), per multitudinem Luc. 4, 30. (Jo. 8, 59. in textu vulg.) per mare 1 Cor. 10, 1. — Luc. 2, 35. ῥομφαία διελεύσεται τὴν ψυχήν, gladius usque ad intima tua penetrabit, cor feriet. Vid. Pſ. 105, 18. Act. 5, 33. 2) *trajicio*, Marc. 4, 35. Luc. 8, 22. *Heſych.* διέλθωμεν· διαπεράσωμεν. 3) *peragro, obeo, proficiſcor per locum*, Matth. 12, 43. Luc. 9, 6. 11, 24. 17, 11. 19, 1. Jo. 4, 4. Act. 8, 40. 9, 32. 10, 38. 13, 6. 14, 24. 15, 3. 41. 16, 6. 17, 23. 18, 23. 19. 1. 21, 20, 2. 25, 1 Cor. 16, 15. coll. Geneſ. 41, 47. Joſ. 18, 4. 2 Chron. 17, 9. Senſu improprio: *divulgari*, de fama Luc. 5, 15. — 4) *pergo, proficiscor, intro, eo usque* ad locum, hingehen bis zum Orte, ſaepius ſequente εἰς vel ἕως, Luc. 2, 15. Act. 9, 38. 11, 19. 22. 18, 27. 2 Cor. 1, 16. — Hebr. 4, 14. διεληλυθότα τοὺς (pro εἰς τοὺς) οὐρανοὺς, qui intravit coelum. Rom. 5, 12. διῆλθεν εἰς ad omnes usque penetravit. vid. 2 Chron. 30, 5. Joſ. 8, 14. Deut. 4, 21. 5) *praetereo*, Luc. 19, 4. Act. 12, 10. coll. Jeſ. 21, 1. 6) *abeo, exeo*, Act. 8, 4. ἀπὸ Act. 13, 14. coll. Joſ. 6, 10. Saepius non habetur.

Διερωτάω, ῶ, f. ήσω (ex διὰ et ἐρωτάω, interrogo) interrogo, percontor; — *interrogando invenio*, erfragen, ſic Act. 10, 17.

Διετής, ές, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, (ex δὶ pro δὶς et ἔτος annus) *biennis, bimulus*. Semel Matth. 2, 16. ἀπὸ διετοῦς ſcl. χρόνου, *a biennio*, ut 2 Maco. 10, 3. Alii rectius pro neutro accipiunt, ut ſit pro ἀπὸ διετῶν, omnes biennes ſ. bimulos infantes, ut 1 Chron. 27, 23. ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ κάτω, omnes vigeſimum annum agentes. Esdr. 3, 8. et 3 Esdr. 5, 58. Λευίτας ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ ἐπάνω. Num. 1, 45. coll. 2 Chron. 31, 16. ubi ἀπὸ τριετοῦς.

Διετία, ας, ἡ, (vid. διετής) *biennium, bimatus*. Act. 24, 27. 28, 30.

Διηγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, (ex διὰ et ἡγέομαι duco) propius ad finem rem perduco narrando; — 1) *enarro, expono* et quidem rem omnem, Marc. 5, 16. Luc. 9, 10. Act. 8, 33. 9, 27. 12, 17. Hebr. 11, 32. Gen. 24, 66. סִפֵּר. Exod. 10, 2. — 2) *divulgo, annuncio*, Marc. 9, 9. Luc. 8, 39. ubi cum κηρύσσειν permutatur. Eſth. 1, 17. אָמַר. 1 Chron. 16, 9. Pſal. 55, 19. ubi cum ἀπαγγέλλω permutatur. — Caeterum non legitur.

Διήγησις, εως, ἡ, (a διηγέομαι) *narratio*, narratio uberior et accurata, *hiſtoria*. Luc. 1, 1. coll. Sir. 6, 35. 2 Macc. 2, 32. *Phavor.* διήγησις· ἐξήγησις τοῦ γεγονότος.

Διηνεκής, ές, ὁ, ἡ, ἐς, τὸ, (ex διὰ et ἠνεκὴς extenſus) *continuus, perpetuus*. Εἰς τὸ διηνεκὲς, *continuo, ſem-*

per, Hebr. 10, 1. — *in perpetuum*, *in aeternum*, Hebr. 7, 3. 10, 12. 14.

Διθάλασσος, ου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, (ex δὶς et θάλασσα) proprie locus, qui duobus maribus alluitur, isthmus, — *bimaris* (*Horat.* Carm. 1, 7. *Ovid.* Fast. 4, 499.); deinde: qui ab utraque parte mari alluitur, *scopulus eminens*, *brevia*, Untiefe, et sic Act. 27, 41,

Διϊκνέομαι, οῦμαι, f. δίξομαι, (ex διὰ et ἱκνέομαι venio) *pervenio*, *penetro* usque. Semel Hebr. 4, 12. coll. Exod. 26, 28. ubi est: pertingo usque.

Διΐστημι, f. διαστήσω, aor. 2. διέστην, (ex διὰ et ἵστημι *statuo*) 1) seorsim colloco, sejungo, Jes. 59, 2. 2) disfidere facio, Prov. 17, 9. — 3) In Medio et aor. 2. separo me, *abeo*, *discedo*, Luc. 24, 51. coll. Sir. 28. 14. — *progredior*, Act. 27, 28. — *praeterlabor*, vel *interjicior*, Luc. 22, 59. διαστάσης ὡσεὶ ὥρας μιᾶς, praeterlapsa, vel interjecta, circiter hora una. Saepius non habetur.

Διϊσχυρίζομαι, f. ίσομαι, (διὰ et ἰσχυρίζομαι, viribus contendo, deinde assevero) assevero tanquam firmissimum, verissimum; *graviter affirmo*, *sancte assevero*, Luc. 22, 59. Act. 12, 15. coll. *Joseph.* Antiq. 2, 6. 4.

Δικαιοκρισία, ας, ἡ, (δίκαιος et κρίσις judicium) *judicium justum*; *retributio justa*. In profanorum scriptis non legitur; habetur autem Rom. 2, 5. et Hos. 6, 5. pro hebr. מִשְׁפָּט apud interpretem incertum; et bis in Test. XII. patriarch. (*Fabric.* Cod. Pseud. V. T. I, p. 547. et 581), ubi in utroque loco de justitia Dei puniente dictum est. In posteriori loco leguntur: λήψεσθε αἰσχύνην αἰώνιον παρὰ τῆς δικαιοκρισίας τοῦ Θεοῦ. — Δικαιοκρίτης habetur 2 Macc. 12, 41.

Δίκαιος, αία, ον, quod vel a δίκη jus, justitia, vel a δίκα, δικάζω in partes divido, derivant, tres habet notiones primarias in N. T. videlicet *aequitatis*, *justitiae* et *pietatis*. Est enim 1) in aequales partes divisus, *aequus*, *aequalis*, *rectus*, gerade, gleich, sensu physico; sic apud profanos v. c. Xenophontem. cf. *Schneideri* lexic. graec. f. hac voce. Inde ad mores translatum est. a) *aequus*, Rom. 7, 12. praeceptum aequum, non rigidum. Matth. 20, 4. 7. τὸ δίκαιον, quod aequum est, quod poscere ex aequitate licet. — deinde: *benignus*, *mitis*, quum aequitas in agendo benignitate nitatur, Matth. 1, 19. Jo. 17, 25. 1 Jo. 1, 9. coll. Ps. 145, 17. ubi צַדִּיק in altero membro per חָסִיד explicatur. Vid. etiam Δικαιοσύνη. — 2) *justus*, et quidem hac varietate, ut sit a) *justus*, cuique suum tribuens, *alios non laedens*, Matth. 5, 45. 9, 13. Marc. 6, 20. Act. 10, 22. Tit. 1, 8. Apoc. 22, 11. — b) *justus*,

leges observans, *ex legibus vivens*, Matth. 23, 28. 1 Tim. 1, 9. Rom. 3, 10. 1 Petr. 3, 12. — inde ex adjuncto c) insons, *culpa vacans*, Matth. 27, 19. 24. 1 Petr. 3, 18. 1 Jo. 2, 1. — judicio Dei insons, Rom. 2, 13. 5, 19. Apud LXX. hebr. נָקִי Prov. 6, 17 Jon. 1, 14. Joel. 3, 19. Nec aliter accipiendum est Rom. 5, 7. cujus loci sensus est: non facile s. libenter morti se devovere vult aliquis pro eo, qui culpa vacat (non enim eget piaculo); sed libenter mortem subibit aliquis pro eo, qui beneficia in eum contulit; (ita vos decet mala adeoque mortem pati in gratiam et honorem servatoris, non tanquam peccatoris, qui expiatione egeret, sed tanquam benefactoris vestri maximi. d) τὸ δίκαιον, quod lex postulat, quod justum est, Coloss. 4, 1. quod legi divinae convenit, Eph. 6, 1. Act. 4, 19. Phil. 4, 8. quod decet, officii est, Phil. 1, 7. 2 Petr. 1, 13. — e) Deus dicitur δίκαιος ejusque judicia δίκαια, et quatenus justitiam illius manifestant, ut Rom. 3, 26. et quatenus in se sunt justa, merito hominum quam maxime consentanea, 2 Thess. 1, 5. 6. 2 Tim. 4, 8. Apoc. 15, 3. 16, 5. 7. 19, 2. — f) hominis judicium dicitur justum, quatenus rerum naturae convenit, igitur quatenus verum est, unde interdum etiam verti potest per *verus*, ut Jo. 5, 30. 7, 24. Luc. 12, 57. coll. Jer. 42, 5. Prov. 2, 16. ἀλλότριον τῆς δικαίας γνώμης — 3) *pius*, et quidem a) pius in Deum Luc. 1, 6. 17. 2, 25. 23, 50. Rom. 1, 17. Gal. 3, 11. Hebr. 10, 38. Jac. 5, 16. Luc. 20, 20. δικαίους εἶναι, se discendae verae pietatis esse cupidos.— b) *pius in Deum et homines, probus*, legem divinam faciens, *virtutis studiosus, virtutemque exercens*, Matth. 13, 43. 49. 25, 37. 46. Marc. 2, 17. Luc. 5, 32. 15, 7. 18, 9. Act. 24, 15. Hebr. 11, 4. 12, 23. 1 Petr. 4, 18. 2 Petr. 2, 7. 8. 1 Jo. 2, 29. 3, 7. 12. — Sic hebr. צַדִּיק, cui maxime respondet, saepissime; vid. quoque Jes. 57, 1. — c) denique κατ' ἐξοχὴν dicuntur δίκαιοι, Dei veri *cultores*, in *verum* Deum pii, Luc. 14, 14. coll. Sap. 2, 12. 18. 18, 7. — et deinde etiam ii, qui cultum veri Dei promovent, auctores sunt, ut colatur verus Deus; *pii Dei legati*. Sic in N. T. in illis locis, ubi προφῆται et δίκαιοι conjunguntur, Matth. 10, 41. 13, 17. 23, 29. (coll. vers. 37. ubi Dei legati dicuntur) Act. 3, 14. 7, 52. 22, 14. Sic quoque Luc. 23, 47. δίκαιος est Dei amicus; etenim in locis parallelis Marc. 15, 39. Matth. 27, 54. est υἱὸς τοῦ θεοῦ, et Sap. 7, 27. spiritus divinus sanctorum hominum animos superveniens dicitur efficere eos φίλους θεοῦ καὶ προφήτας. Ac nbi liber Henoch laudatur ita: βίβλος Ἐνὼχ τοῦ δικαίου (Test. XII. patriarch. in Fabric. Cod. Pseud. I, p. 571. 609.) profecto δίκαιος indicat *prophetam*,

quum, quae ex hoc libro superfunt, vaticinia contineant.— Saepius non legitur.

Δικαιοσύνη, ης, ἡ, (hebr. צְדָקָה) ut *δίκαιος*, a quo descendit, tres habet notiones primarias, scl. aequitatis, justitiae et pietatis. Est enim 1) aequitas, quae recte dividit, distribuit; deinde sensu morali *aequitas, benignitas* 2 Petr. 1, 1. *liberalitas*, 2 Cor. 9, 9. 10. vid. Prov. 10, 2. Tob. 2, 14. 12, 9. 14, 9. 11. ubi *δικαιοσύναι eleemosynae.* 1 Sam. 12, 7. ubi *ἡ πᾶσα δικαιοσύνη κυρίου* (צִדְקוֹת) sunt beneficia providentiae divinae. Gen. 20, 13. ubi respondet hebr. חֶסֶד. ib. 19, 19. coll. Protevang. Jacobi (*Fabric.* Cod. Pseud. N. T. I, p. 82.) ubi *Anna*, gravida facta, Deum celebrat, quod dederit ei *καρπὸν δικαιοσύνης αὐτοῦ* fructum suae benignitatis. coll. Baruch 5, 9. ubi *ἐλεημοσύνη καὶ δικαιοσύνη* eandem comprehendunt Dei benivolentiam. — Ex notione aequi deinde descendit notio ejus, quod *fas est, quod decet, quod probatur.* Ita Matth. 3, 15. *πλήρ. πασ. δικ.* perficere quod fas est, quod utrumque nostrum decet. Jac. 1, 20. *δικαιοσ. θεοῦ*, quod fas est coram Deo, Deo probatur. — 2) *justitia*, et quidem a) ea, qua alios non laedimus, cuique suum tribuimus, Eph. 5, 9. 4, 24. 1 Tim. 6, 11. 2 Tim. 2, 22. Hebr. 1, 9. 7, 2. Jac. 3, 18. Apoc. 22, 11. *δικαιοσ. ποιεῖν*, juste agere. b) ea, qua leges observamus, secundum legem judicamus. Ita de justitia judicis et principum, Act. 17, 31. Apoc. 19, 11. Hebr. 11, 33. *εἰργ. δικαιοσύνην*, justitiam exercuerunt, jus dixerunt gentibus, quod ad retributionem pro malis populo israëlitico illatis referendum, ideoque vertendum puto: vindices fuerunt, libertatem populi vindicarunt. Sic 2 Petr. 3, 13. *δικ.* est *justa retributio.* De justitia Dei legi veritatis et sanctitatis adstricta Rom. 1, 17. 3, 5. ib. 3, 21—26., ubi, ut e versu 25 apparet, sensus est: Deus per institutionem expiationis solemnis docuit, se justum esse, qui scl. peccata non negligat sed certissime puniat, nisi expiatio intercedat. Rom. 9, 28. *ἐν δικαιοσύνῃ* juste. — c) ex adjuncto: justitia sensu intransitivo, i. e. *innocentia, τὸ vacare culpa,* Sic Jo. 16, 8. 10. *περὶ δικαιοσύνης* scl. *μου*, de innocentia mea, scl. manifestanda per resurrectionem et reditum in coelum. coll. hebr. צְדָקָה Ps. 7, 9. 18, 21. 25. Jos. 24, 14. *λατρεύσατε αὐτῷ ἐν δικαιοσύνῃ* (בֶּאֱמֶת). Sic etiam Eph. 6, 14. *δικαιοσ.* esse videtur vitae integritas, cor purum ideoque nil metuens. — In Pauli scriptis transfertur quoque ad *justificationem*, i. e. ad *absolutionem a culpa peccati, judicio Dei*, et, quod apostolus cum absolutione arctissime conjungit, *ad spem vitae aeternae.* Quae enim Rom. 10, 10. separatim commemorat et *δικαιοσύνην* et *σωτηρίαν*, ea aliis in locis complectitur sub *δικαιοσύνη*. Rom. 4, 11. *δικ. τῆς πίστεως* i. e. *ἐκ πιστ.* c. 5, 17. 21. 10, 4. 5. (ubi *δικ.* explicatur per *ζήσεται ἐν*

Ἀγθήσεσθε ἐπὶ ἡγεμόνας, Matth. 10, 18. Act. 8, 32. 9, 21. Ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, pervenit ad vos, Matth. 12, 28. Luc. 10, 9. Ἐπιστρέφειν ἐπί τινα, Act. 9, 35. 11, 21. (ἔπεμψεν ἐπὶ τὸ πῦρ, 2 Macc. 1, 20.) — Ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸ στῆθος reclinari ad pectus, Jo. 13, 25. 21, 20. —. Huc et pertinet ἐπὶ τὸ αὐτό, vel conjunctim ἐπιτοαυτὸ, *una, simul*, Luc. 17, 35. Act. 1, 15. 2, 1. 44. 3, 1. 4, 26. 1 Cor. 14, 23. (de loco 1 Cor. 7, 5. vid. Εἰμὶ.) — 2) de *loco, in quo; apud, coram.* Σταθήσεσθε ἐπὶ ἡγεμόνων, Marc. 13, 9. Act. 24, 20. 25, 10. — Act. 23, 30. λέγειν ἐπὶ σοῦ, coram te verba facere, ib. 26, 2. Act. 25, 9. ἐπ' ἐμοῦ, coram me, me judice. ib. 24, 19. 1 Cor. 6, 1. 6. 1 Tim. 6, 13. coll. 3 Esdr. 5, 6. — Ἐπὶ τῆς τραπέζης, coram mensa, mensae adsidens, Luc. 22, 21. 30. — Matth. 28, 14. ἐὰν ἀκουσθῇ ἐπὶ τοῦ ἡγεμόνος, coram praeside, ita ut iste audiat. — Cum accus. ἐφ' ὑμᾶς, apud vos, coram vobis, Act. 1, 21. Ἐπ' αὐτοὺς, apud eos, Act. 15, 17. (Amos. 9, 12. hebr. עַל).

IV. *Cum dativo et accusativo* Ἐπὶ 1) jungitur verbis *fidendi, sperandi*, et est proprie: spem, fiduciam ponere *super*; v. c. πιστεύειν ἐπί τινι, alicui fidem habere, Rom. 9, 33. 10, 11. Luc. 24, 25. 1 Petr. 2, 6. et ἐπί τινα, Act. 11, 17. 16, 31. Hebr. 6, 1. — Ἐλπίζειν ἐπί τινι, Rom. 15, 12. 1 Tim. 4, 10. 1 Jo. 3, 3. 2 Macc. 2, 18. et ἐπί τινα, 1 Petr. 1, 13. 3, 5. Πεποιθέναι ἐπί τινι, Luc. 11, 22. 18, 9. 2 Cor. 1, 9. Hebr. 2, 13. et ἐπί τινα, 2 Cor. 2, 3. Matth. 27, 43. 2 Tim. 3, 4. — παρρησιάζ. ἐπὶ τῷ κυρίῳ, Act. 14, 3. — Significat porro 2) *super*, quatenus rationem reddit, ita ut *de, gratia, causa, propter* vertendum sit. Sic saepissime cum genitivo legitur post verba exprimentia gaudium, Matth. 18, 13. Luc. 1, 47. 15, 7. Apoc. 11, 10. 18, 20. — luctum Marc. 3, 56. Luc. 19, 41. Apoc. 18, 9. 11. Zach. 12, 10. admirationem, Luc. 2, 33. 47. 4, 22. 19, 41. Matth. 7, 28. Luc. 1, 29. 4, 32. 5, 9. 9, 43. (Hos. 3, 5. hebr. אל). Rarius in N. T. cum accusativo: κόψονται ἐπ' αὐτὸν, Apoc. 1, 7. (Zach. 12, 10. עָלָיו. 2 Sam. 11, 28. κόπτ. ἐπὶ τὸν ἄνδρα). Εὐφραίνου ἐπ' αὐτῇ, Apoc. 18, 20. coll. Jer. 51, 48. Jes. 61, 10. Ps. 32, 14. 84, 2. 119, 161. — *propter*, Act. 26, 6. ἐπ' ἐλπίδι propter spem. Act. 4, 9. 1 Cor. 1, 4. Luc. 2, 20. Phil. 1, 5. coll. Sir. 38, 16. 2 Macc. 4, 35. Sap. 17, 7. Levit. 19, 28. ἐπὶ (ἢ) ψυχῇ, propter mortuum. — Inde ἐφ' ᾧ, *qua de causa*, 2 Cor. 5, 4. (*Thom. Mag.* ἐφ' ᾧ ἀντὶ τοῦ διότι, οὗ χάριν.) — Indicat 3) *adversus*, ita ut non solum de factis sed etiam de voluntate et motu animi dicatur in utramque partem, 1 Petr. 19, 20. Rom. 11, 22.; est enim a) *erga*, sensu bono; Matth. 14, 14. ἐσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτοῖς, misericordia erga eos movebatur, Marc. 6, 34. Luc. 7, 13. Μακροθ. ἐπ' ἐμοῦ, Luc. 18, 7. (*Joseph.* Ant. Jud. 6, 12. 7. οἶκτος ἐπὶ νηπίοις.

Pſalt. Sal. 2, 15.) — Cum accuſativo: χρηστὸς ἐπ' ἀχαρίστους, Luc. 6, 35. Rom. 11, 22. — b) *in commodum, pro*, Marc. 5, 33. ὁ γέγονεν ἐπ' αὐτῇ, quid in ipſius commodum eveniſſet. Phil. 4, 10. ἐφ' ᾧ, erga quem, in cuius commodum ſemper quidem intenti fuistis, ſed non ſemper voluiſtis. (Sir. 7, 33. ἐπὶ νεκρῷ, pro mortuo, in ejus honorem.) — Cum accuſat. Luc. 7, 44. ὕδωρ ἐπὶ τοὺς πόδας μου ſcl. lavandos. 1 Tim. 1, 18. ἐπὶ σὲ, in tuum uſum. — c) *adverſus, contra*, ſenſu malo, Luc. 12, 52 ſq. πατὴρ ἐφ' υἱῷ, καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρί. (Matth. 10, 21. τέκνα ἐπὶ γονεῖς) Act. 5, 35. πράσσειν ἐπί τινι, moliri aliquid contra. ib. 11, 19. Apoc. 10, 11. προφητεύειν ἐπί τινι, (Jer. 28, 8. ל; in aliis locis ſequitur accuſativus, ut Jer. 25, 13. 30.) Apoc. 12, 17. ὀργίσθη ἐπί τινι. coll. Sir. 7, 12. ψεῦδος ἐπ' ἀδελφῷ, 2 Sam. 14, 1. *Joſeph.* Ant. Jud. 2, 9. 7. οἰωνὸν ἐπὶ τῇ βασιλεία φέρειν, portentum in damnum regni. — Cum accuſat. Matth. 10, 21. 26, 55. ὡς ἐπὶ λῃστήν, Marc. 3, 24. ἐφ' ἑαυτὴν μερισθῇ, contra ſe diſſentit. Luc. 11, 17. Act. 7, 54. 57. 13, 50. coll. 1 Sam. 20, 33. et alibi ſaepiſſime. Huc et refero 1 Cor. 7, 36. ἀσχημονεῖν ἐπί τινα, ignominiam injungere alicui. — Dicitur 4) de *conſilio*, pro εἰς, *ad, in*; Gal. 5, 3. ἐπ' ἐλευθερίαν, ad libertatem. 1 Theſſ. 4, 17. 2 Tim. 2, 14. ἐπὶ καταστροφῇ, in perniciem. Tit. 1, 2. ἐπ' ἐλπίδι, ad tradendam ſpem vitae (Matth. 26, 50. ἐφ' ᾧ in textu vulg. ad *quid*). coll. Sap. 2, 23. θεὸς ἔκτισεν ἄνθρωπον ἐπ' ἀφθαρσίᾳ. — Cum accuſativo: Matth. 26, 50. ἐφ' ὅ πάρει, ad quid, quem in finem. Luc. 23, 48. ἐπὶ τὴν θεωρίαν ταύτην, ad hoc ſpectaculum, ſpectatum. Hebr. 12, 10. ἐπὶ τὸ συμφέρον, eo conſilio ut nobis ſit utile; niſi hic ἐπὶ i. q. κατὰ, pro ratione, ſecundum.

V. Cum *dativo ſolo* ἐπὶ legitur 1) de *conditione*, ut ſit: *ſub pacto, ſub conditione, interventu*; Matth. 19, 19. ἐπὶ τῇ πορνείᾳ. Act. 3, 16. ἐπὶ τῇ πίστει, ſub conditione fidei. Phil. 3, 9. δικαιοσύνη ἐπὶ τῇ πίστει, quae non niſi fidei interventu accipitur. Hebr. 9, 17. ἐπὶ νεκροῖς, interventu mortis teſtatorum. ib. 8, 6. ἐπὶ κρείττ. ἐπαγγ. interventu meliorum promiſſorum. Sic etiam ἐπὶ Hebr. 9, 10. intelligendum videtur. (2 Macc. 13, 23. ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, in quascunque leges juravit. ib. 11, 14.) — 2) de *tempore*, ut ſit a) *poſt, inde a*, ut ſaepius apud profanos (v. c. *Xenoph.* Anab. 3, 2. 3. ἐπὶ τούτῳ, poſt hunc. *Aelian.* var. hiſt. 12, 1. vid. *Kypkii* obſſ. ſacr. I. p. 55.); in N. T. ita intelligendum videtur Phil. 3, 12. ἐφ' ᾧ, ſcl. χρόνῳ, ex quo tempore Chriſtus me ſuum fecit. Alii vertunt: quia. Rom. 5, 12. ἐφ' ᾧ ſcl. χρόνῳ, ex quo inde tempore. Alii: propterea quod, quae explicatio fortaſſe ex loco 3 Macc. 3, 28. defendi poteſt, ubi ἐφ' ᾧ vertendum videtur: ea de cauſa. Alii: poſt quem ſcl. Adamum, ſed minus recte; certe ſi ᾧ ad ſubjectum tam

remotum referendum esset, verterem potius: secundum quem, secundum cujus exemplum, vid. Rom. 5, 14. Nec alienum esset ab usu loquendi, si quis ἐφ' ᾧ vertere vellet: ea conditione. — b) *praeter, insuper*, de iis quae tempore et ordine subsequuntur. Luc. 16, 26. ἐπὶ πᾶσι τούτοις, praeterea quoque, insuper quoque. Luc. 3, 20. καὶ τοῦτο ἐπὶ πᾶσι, praeter ea omnia et hoc addidit, ut Joannem etc. Jo. 4, 27. ἐπὶ τούτῳ, postea; alii interea. Eph. 6, 6. Col. 3, 14. Hebr. 8, 1. ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, praeter ea, quae dixi. (Tob. 2, 14. ἐπὶ τῷ μισθῷ, praeter mercedem. Test. XII. Patr. p. 523. ἐπὶ πᾶσι τούτοις ὀγδόον πνεῦμα.) — 3) de *obsequio: in, secundum*, Luc. 5, 5. ἐπὶ τῷ ῥήματί σου, secundum tuum praeceptum. Item in formula: ἐπὶ τῷ ὀνόματί τινος, jussu alicujus, Matth. 24, 5. Luc. 9, 48 sq. 21, 8. 24, 47. (προφητεύειν ἐπὶ τῷ ὀνόματι κυρίου, Jer. 11, 21. 23, 25. 26, 9.) — Rom. 5, 14. peccare ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, secundum exemplum. (Sap. 10, 5. ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις, secundum amorem, qualis est erga filium.) — 4) de *re, cum qua, in qua*, ut fit *in, per*, vel ut ἐν per ablativum exprimendum sit. v. c. ἐπ' ἄρτῳ, pane vivit, Matth. 4, 4. Luc. 4, 4. (Deut. 8, 3. על). Luc. 1, 59. ἐπὶ τῷ ὀνόματι, cum nomine, sive nomine patris. Phil. 2, 17. εἰ καὶ σπένδομαι ἐπὶ τῇ θυσίᾳ καὶ λειτουργίᾳ. 3 Jo. v. 10. μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, his minime contentus. — Rom. 10, 19. ἐπ' οὐκ ἔθνει, per populum, quem populum non habetis (vid. Deut. 32, 21.). 1 Cor. 8, 11. ἐπὶ τῇ σῇ γνώσει, per tuam γνωσιν. (2 Macc. 2, 8. ἐπὶ Μωυσῆ, in Mose, per Mosen.)

VI. *Cum accusativo solo* ἐπὶ legitur 1) de iis quae *superveniunt*, cum bonis tum malis, jungiturque potissimum verbis veniendi, cadendi, eveniendi, et vertendum est *in, super*, vel alia ratione, v. c. Act. 1, 26. ἔπεσεν ὁ κλῆρος ἐπὶ Ματθίαν, sors designavit Matthiam. — Sensu bono: πνεῦμα ἅγιον ἐπελευσ. ἐπί σε, te superveniet, Luc. 1, 35. Act. 1, 8. 19, 6. Πνεῦμ. ἅγ. ἐκχ. ἐπί, Act. 2, 17. 18. πίπτειν ἐπί τινα, Act. 10, 10. 44. 45. 11, 15. — Εἰρήνη ἐπ' αὐτούς, salus iis contingat, Gal. 6, 16. — Sensu malo: ἔλθοι ἐφ' ὑμᾶς αἷμα, caedis culpa et poena maneat vos, Matth. 23, 35. 27, 25. Act. 18, 6. 5, 28. 8, 24. — Ἥξουσι ἐπὶ σὲ ἡμέραι, Luc. 19, 43. 21, 34. Jo. 18, 4. Apoc. 3, 3. — λιμὸς ἐπὶ τὴν γῆν, Act. 7, 11. Χεὶρ κυρίου ἐπί σε, Act. 13, 11. Φόβος ἐγένετο ἐπὶ πάντας, Act. 5, 5. 11. Διογμὸς ἐπὶ τὴν ἐκκλησ. Act. 8, 1. — 2) de *incremento: super, ad*; Phil. 2, 27. λύπην ἐπὶ λύπην, tristitiam super tristitiam, sive tristitiam aliam ex alia. (Psalt. Sal. 3, 12. ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας προστέθηκε). Matth. 6, 27. προσθεῖναι ἐπὶ τὴν ἡλικίαν. — 3) de mensura vel spatii vel temporis, ita ut fere nostro *auf, zu*, respondeat, et abesse etiam possit. v. c. ἐπὶ τρίς, *ter*, zu dreien

Malen, Act. 10, 16. 11, 10. Ἐπὶ πλεῖον, magis, amplius, Act. 4, 17. 2 Tim. 2, 16. 3, 9. — Ἐπὶ σταδίους, stadia, Apoc. 21, 16. (Cant. tr. puer. v. 23. ἐπὶ πήχεις τεσσαράκοντα.) — 4) Denique Hebr. 8, 8. συντελέσω ἐπὶ τὸν οἶκον Ἰσραὴλ διαθήκην, dictum est pro: τῷ οἴκῳ, ut v. 10. et alibi, v. c. Gen. 9, 9. Exod. 34, 12. 15. legitur. In compositione ἐπὶ indicat 1) loci propinquitatem, *super; in;* 2) motum ad rem, etiam animi motum, *ad, in, contra;* 3) temporis rationem, *cum, post, praeter:* 4) incrementum, ubi etiam vim vocis auget; 5) materiam de qua, in qua, *de, in.*

Ἐπιβαίνω, f. ήσομαι, perf. ἐπιβέβηκα, aor. 2. ἐπέβην, part. ἐπιβὰς, (ex ἐπὶ et βαίνω, gradior, incedo, scando) 1) gradior s. incedo super, Deut. 1, 36. Ps. 91, 13. Jer. 18, 15. Sir. 51, 21. — 2) *ingredior* in locum, terram, εἰς τὴν Ἀσίαν, Act. 20, 18. τῇ ἐπαρχίᾳ, Act. 25, 1. cf. Jos. 5, 5. Mich. 5, 5. ὅταν ἐπέλθῃ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ὅταν ἐπιβῇ ἐπὶ τὴν χώραν. coll. v. 6. — 3) *conscendo* navem, Act. 21, 2. 6. 27, 2. — equum, asinum, Matth. 21, 5. ἐπιβεβηκὼς, insidens; coll. Num. 22, 22. 1 Sam. 25, 40. 30, 17. Zach. 1, 8. hebr. רכב. Saepius non habetur.

Ἐπιβάλλω, f. αλῶ, (ἐπὶ et βάλλω, quod vid.) 1) *injicio, superjacio,* βρόχον τινι, laqueum, 1 Cor. 7, 35. (τροχὸν, Prov. 20, 26. ζυγὸν, Num. 4, 6. 19, 2.) — τὴν χεῖρα, sive τὰς χεῖρας, *manum admoveo,* a) ἐπί τι, operi, Luc. 9, 62. coll. Deut. 12, 7. 18. 15, 10. ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις, καὶ ἐν πᾶσιν, οὗ ἂν ἐπιβάλῃς τὴν χεῖρά σου. — b) τινὶ Act. 4, 3. (Jes. 19, 16.) et ἐπί τινα, manus injicere alicui ad capiendum, Matth. 26, 50. Marc. 14, 46. Luc. 20, 19. 21, 12. Jo. 7, 30. 44. Act. 5, 18. 12, 1. 21, 27. coll. Gen. 22, 12. Ps. 81, 12. — Ἐπιβάλλ. τινι ἱμάτιον, vestem superjacio, induo veste aliquem, Marc. 11, 7. coll. Lev. 19, 19. — *Addo, adjicio,* Matth. 9, 16. Luc. 5, 36. (Marc. 2, 21. ἐπιῤῥάψει, unde *Hesychius:* ἐπιβαλεῖ· ἐπιῤῥήψει, seu ἐπιῤῥάψει.) 2) ἐπιβάλλω scl. ἐμαυτόν ἐπί τι, s. ἐπί τινα, (1 Macc. 4, 2. 2 Macc. 12, 13. 13, 15.) etiam τινι (2 Macc. 12, 9. 15, 1.) *me repente conjicio in aliquem,* s. *aliquid, opprimo;* sic in locis Maccab. allatis de hostibus repente irruentibus; in N. T. Marc. 4, 37. de undis navem opprimentibus. Huc et refero Marc. 14, 72. ἐπιβαλὼν scl. ἑαυτὸν, (vid. Matth. 4, 6. Jo. 21, 7. Act. 27, 14.) *se proripiens* i. e. celeriter abiens (Matth. 26, 75. Luc. 22, 62. ἐξελθὼν ἔξω). Alii subintelligunt ἱμάτιον, *capite operto,* cf. 2 Sam. 15, 30. 19, 4. Jer. 14, 3. 4. Esth. 7, 8. Alii ἐπιβάλλειν h. l. explicant: incipio, et vertunt: *coepit flere,* ut legi putant apud *Diog. Laërt.* 6, 2. 4. ἐπίβαλε τερετίζειν, cantillare coepit, et 2 Macc. 12, 38. τῆς δὲ ἑβδόματος ἐπιβαλλούσης. Alii: *addens flevit,* i. e. perrexit flere, ut *Theophr.* Char. 8. ἐπιβαλὼν ἐρωτᾷν,

pergit interrogare. coll. 1 Sam. 20, 41. הִגִּישׁ לִבְכּוֹת. — 3) Neutraliter cum dativo commodi: *convenio, debeo;* Luc. 15, 12. τὸ ἐπιβάλλον (scil. μοι) μέρος, ratam mihi competentem, legitimam. Sic Tob. 3, 17. Τωβία ἐπιβάλλει κληρονομῆσαι αὐτήν. ib. 6, 11. 1 Macc. 10, 30. τοῦ ἐπιβάλλοντος μοι, mihi competentis. Etiam sequente πρὸς, 2 Macc. 3, 3. πάντα τὰ πρὸς τὰς λειτουργίας τῶν θυσιῶν ἐπιβάλλοντα δαπανήματα. ib. 9, 16. — Saepius non extat.

Ἐπιβαρέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et βαρέω), onus impono, aggravo; tropice: *molestus sum* alicui. Ita in N. T. de homine stipendium non poscente, 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 8. — 2 Cor. 2, 5. ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, in parenthesi ponenda et vertenda censent multi: *ne gravius quid dicam.* Respiciunt autem haec verba ad praecedentia ἀπὸ μέρους; et mallem ἐπιβαρῶ vertere: molestus esse putor, molestus habeor. „At, si vel maxime quis vestrum auctor tristitiae mihi extiterit, is non me solum, sed quodammodo etiam vos, ne solus vobis molestus esse videar, tristitia affecit."

Ἐπιβιβάζω, f. άσω, (ἐπὶ et βιβάζω, scandere-facio) *insidere facio, impono,* Luc. 10, 34. 19, 35. Act. 23, 24. coll. Hab. 3, 14. 2 Reg. 9, 28. 23, 30. (הִרְכִּיב).

Ἐπιβλέπω, f. έψω, *inspicio, intueor,* Num. 12, 10. 1 Reg. 18, 43. — ex adjuncto: adspicio, *respicio* aliquem i. e. *curo illum, ejus studiosus sum, ejus rationem habeo;* in utramque partem, cum malam, ut Addit. Esth. 4. ἐπιβλέπουσιν ἡμῖν εἰς καταφθοράν. Sir. 11, 30. ἐπιβλέπει πτῶσιν. — tum bonam, ut in N. T. Luc. 1, 58. 9, 38. Jac. 2, 3. vid. 1 Sam. 1, 11. 9, 16. Ps. 10, 5. 24, 17. 119, 6. 2 Chron. 6, 19. Eccl. 2, 12.

Ἐπίβλημα, τος, τὸ, proprie τὸ τῷ προτέρῳ ἐπιβαλλόμενον, ut *Suidas* explicat. (ab ἐπιβάλλω) *additamentum;* — *assumentum,* Matth. 9, 16. Marc. 2, 21. Luc. 5, 36. *Hesych.* ἐπίβλημα· πῶμα ἢ ῥάκος.

Ἐπιβοάω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et βοάω) *alta voce clamo, vociferor.* Act. 25, 24. (Sap. 14, 1. ξύλον ἐπιβοᾶσθαι, invocare imaginem.)

Ἐπιβουλή, ῆς, ἡ, (ἐπὶ et βουλή) *consilium quod cepit aliquis, propositum,* 3 Macc. 1, 7. Nostris scriptoribus potissimum in malam partem dicitur: *consilium malignum, insidiae,* Act. 9, 24. 20, 3. 19. 24, 30. 3 Esdr. 5, 90. ἐπιβουλὰς καὶ δημαγωγίας ποιούμενοι. 2 Macc. 5, 7. 8, 7. Esth. 2, 22.

Ἐπιγαμβρεύω, f. εύσω, (ἐπὶ et γαμβρεύω, affinis sum) cum dativo personae: *affinitatem ineo cum alio.* Sic Gen. 34, 9. 1 Sam. 18, 22 — 26. Esdr. 9, 14. 1 Macc. 10, 54. 56. — Cum accusativo personae: fratris defuncti uxorem duco, *affinitatis jure* uxorem duco. Gen. 38, 8. ἐπι-

γαμβρεύσα αὐτὴν, hebr. יבם, leviri jure uxorem duxit. Sic semel in N. T. Matth. 22, 24. Praeterea leguntur verba Gen. 38, 8. etiam in Test. XII. Patr. p. 599. sed sic expressa, ἐπιγαμβρεύσα αὐτῇ τὸν Ἀνᾶν, ipsi dedi in matrimonium Ananum. De matrimonio ex leviri jure. cf. Deut. 25, 5 seqq.

Ἐπίγειος, εἶον, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἐπὶ et γέα contr. γῆ) *terrenus, terrestris;* quod quidem est 1) e *terra formatus,* 1 Cor. 15, 40. 2 Cor. 5, 1. — 2) *incola terrae, homo,* Phil. 2, 10. — Jac. 3, 15. σοφία ἐπίγειος, sapientia humana, adjuncta notione imbecillitatis et vitiositatis. — 3) τὰ ἐπίγεια, *quae in his terris sunt,* hanc vitam, homines spectant, Jo. 3, 12. ubi opponuntur τὰ ἐπουράνια, Phil. 3, 19. τὰ ἐπίγεια φρονοῦντες, vitae commodis et oblectamentis unice providentes. Saepius non habetur.

Ἐπιγίνομαι, (ἐπί et γίνομαι) *exorior postea, supervenio.* Act. 28, 13. (Epist. Jer. v. 47. οἱ ἐπιγινόμενοι, postea nati, posteri.).

Ἐπιγινώσκω, f. γνώσομαι, (ἐπὶ et γινώσκω) 1) *accurate cognosco,* vel oculis, vel mente, Matth. 11, 27. Luc. 1, 4. Act. 22, 24. 24, 8. 1 Cor. 13, 12. τότε ἐπιγνώσομαι καθὼς καὶ ἐπιγνώσθην, tunc perfecte cognoscam res coelestes, divinas, sicut et ego agnoscar, qualis sim. — 2) *agnosco,* cognosco, quod sit haec persona sive res, nostrum *erkennen,* Matth. 14, 35. Marc. 6, 33. 54. Luc. 24, 16. 13. Act. 3, 10. 4, 13. — τὴν φωνήν τινος, Act. 12, 14. 1 Sam. 26, 17. Judic. 18, 3. coll. Gen. 37, 32. 38, 26. 42, 7. 8. — *distinguo,* Act. 27, 39. τὴν γῆν οὐκ ἐπεγίνωσκον. (Test. XII. Patr. p. 543.: tenebrae, ὥστε μετὰ λύχνου μὴ ἐπιγιγνώσκειν ἕκαστος τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.) — 3) *bene scio, bene intelligo, bene disco,* Act. 25, 10. Rom. 1, 32. Col. 1, 6. 1 Tim. 4, 6. 2 Petr. 2, 21. coll. Job. 34, 27. Jer. 5, 5. Ezech. 5, 13. 6, 7. — 4) i, q. simplex γινώσκω, a) *comperio, certior fio,* Luc. 7, 37. Act. 9, 30. 19, 34. 22, 29. Act. 28, 1. coll. Esth. 4, 1. 1 Macc. 6, 17. — b) *experientia cognosco,* 2 Cor. 1, 13. 14. coll. Jon. 1, 7. — c) *cogitando colligo, animadverto, sentio,* Luc. 1, 22. 5, 22. Marc. 2, 8. 5, 30. — d) *dijudico,* Matth. 7, 16. 20. — e) *explovo,* 1 Cor. 14, 37. 2 Cor. 13, 5. ἐπιγινώσκετε ἑαυτούς. — f) *agnosco aliquem qualis est, verum agnosco,* 1 Cor. 13, 12. ἐπεγνώσθην. 2 Cor. 6, 9. ὡς ἀγν. καὶ ἐπιγ. a multis quidem non agnitus scl. tanquam apostolus, ab aliis autem agnitus, probatus. Matth. 17, 12. οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν, scl. Joannem tanquam prophetam. (cf. Jer. 28, 19. ἐλθόντος τοῦ λόγου γνώσονται τὸν προφήτην, ὃν ἀπέστειλεν αὐτοῖς κύριος ἐν πίστει. Sir. 12, 13. ἐπιγνώσῃ τοὺς λόγους μου, vera agnosces. ib. 44, 23 ἐπέγνω αὐτόν, haeredem agnovit, declaravit.) — g) ex hebraismo: *amo, benigniter excipio* (quasi agnosco probum, amore dignum) 1 Cor. 16, 18. ἐπιγινώσκετε οὖν τοὺς

τοιούτους, amate, vel benigniter excipite ejusmodi viros. Sic Ruth. 2, 10. 19. ubi hebr. נָכַר, quod proprie est aliquem ita agnovit, ut non amplius tanquam peregrinus sive ignotus repudietur. Eodem modo יָדַע dicitur, Exod. 5, 2. 1 Sam. 2, 12. vid. *Γινώσκω*. — Saepius non extat.

Ἐπίγνωσις, εως, ἡ, (ab ἐπιγινώσκω) 1) *cognitio accurata et certa;* et quidem a) *actus cognoscendi*, das Erkennen, v. c. ἐπίγνωσις ἀληθείας, 1 Tim. 2, 4. 2 Tim. 2, 25. 3, 7. Philem. v. 6. 2 Petr. 1, 3. 8. Tit. 1, 1. κατ' ἐπιγν. ἀληθ. ad manifestandam doctrinam veram. — b) *cognitio, quam aliquis habet*, die Erkenntniss, Rom. 1, 28. ἔχειν θεὸν ἐν ἐπιγνώσει, se erga Deum gerere secundum cognitionem, quam de Deo habeo, vid. v. 21. — Dicitur autem potissimum de cognitione Dei et rerum divinarum, Rom. 10, 2. Eph. 1, 17. 4, 13. Phil. 1, 9. (vid. Αἴσθησις). Col. 1, 9. 10. 2, 2. 2 Petr. 1, 2. hebr. דַּעַת, Hebr. 10, 26. μετὰ τὸ λαβεῖν τὴν ἐπ. τ. ἀλ. postquam imbuti sumus cognitione veritatis divinae. coll. Hos. 4, 1. hebr. דַּעַת. — 2) *agnitio* rei, vel qualis vel quod sit, Rom. 3, 20. ἐπιγν. ἁμαρτίας, agnitio peccati tanquam peccati. — 3) cognitio salutaris, qua homo resipiscit, agnitio culpae et peccati; inde ex adjuncto *resipiscentia;* Col. 3, 10. ἀνακαιν. εἰς ἐπίγνωσιν, renovatus ad resipiscentiam. Certe sic legitur 2 Macc. 9, 11. εἰς ἐπίγνωσιν ἔρχεσθαι, agnoscere sua vitia, resipiscere. Alii Col. l. l. vertunt ad cognitionem, nova spirituali sapientia imbutus. — Saepius non habetur.

Ἐπιγραφή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιγράφω) *inscriptio, titulus*, — monetae, Matth. 22, 20. Marc. 12, 16. Luc. 20, 24. — inscriptio in cruce, causam supplicii referens, Marc. 15, 26. Luc. 23, 38. De hoc more Romanorum vid. *Sueton.* Calig. 38. *Dio Cass.* 54, 3.

Ἐπιγράφω, f. ἄψω, (ἐπὶ et γράφω) *inscribo*, Marc. 15, 26. Act. 17, 23. Apoc. 21, 12. coll. Num. 17, 2. 3. — *animo inscribo, menti insculpo*, i. e. firmiter infigo, Hebr. 8, 10. 10, 16. coll. Prov. 7, 3. ἐπίγραψον (ἐντολὰς) ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου.

Ἐπιδεικνύω — et υμι, f. εἴξω, (ἐπὶ et δεικνύω) 1) *monstro, profero*, herzeigen, aufzeigen, et quidem ita, ut res alteri adinoveatur (ἐπὶ, motum ad aliquid innuente); Matth. 22, 19. Luc. 20, 24. 24, 40. Act. 9, 39. 2 Macc. 15, 32. — Ἐπιδείκ. ἑαυτὸν, *se sistere coram*, Luc. 17, 14. — 2) *ostendo;* quasi digito, ut alter oculos ad rem dirigat, Matth. 24, 1. ἐπιδεῖξαι αὐτῷ τὰς οἰκοδομάς. — 3) de factis: *exhibeo, praesto*, Matth. 16, 1. ἐπιδ. σημεῖον. Jer. 37, 26. ἐπέδειξα (hebr. הֵבִיא venire fecit) ἐξερημῶσαι ἔθνη. — 4) *firmiter demonstro* argumentis, Act. 18, 28. ἐπιδεικνὺς διὰ τῶν γραφῶν. — facto demonstro, *ratum facio*, Hebr. 6, 17.

ἐπιδεῖξαι ratum facere immutabile decretum. coll. Sir. 50, 21. ἐπιδ. τὴν εὐλογίαν, ut rata fieret benedictio, promissio salutis. Saepius non extat.

Ἐπιδέχομαι, f. ἕξομαι, (ἐπί et δέχομαι) *excipio aliquem*. 1 Macc. 12, 8. — hospitio 3 Jo. v. 10. — de doctore: *excipio, admitto, probo*, 3 Jo. v. 9. coll. Sir. 51, 26. ἐπιδέχ. παιδείαν.

Ἐπιδημέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et δῆμος) 1) *in medio populo versor, domi sum*; — 2) ad populum, domum advenio, *advena sum, commoror tanquam peregrinus*, Act. 2, 10. 17, 21.

Ἐπιδιατάσσομαι, — ττομαι, f. άξομαι, (ἐπὶ et διατάσσομαι) *insuper ordino, insuper addo*. Gal. 3, 15. ἐπιδιατάσσεται, praeterea addit scil. novas conditiones, nova mandata.

Ἐπιδίδωμι, f. δώσω, (ἐπὶ et δίδωμι) proprie: do in manus, δίδωμι ἐπὶ χεῖρα, 2 Chron. 34, 17. i. e. *porrigo* alteri ut manu capiat, teneat; porrigo, v. c. ad edendum, Matth. 7, 9. 10. Luc. 11, 11. 12. 24, 30. 42. Jo. 13, 26. (Test. XII. Patr. p. 702.) — librum, Luc. 4, 17. epistolam Act. 15, 30. (palmas Test. XII. Patr. p. 668. 705.). — 2) ut latinor. *dare*, de velo, quod ventis datur, Act. 27, 15. ἐπιδόντες scl. velum, sive navem ventis. (*Heliod.* Aethiop. 1, 3. τοῦ κυβερνήτου ἐνδόντος τῷ ἀνέμῳ. Plura habet *Elsnerus* ad loc. Act. 27, 15. *Kypkius* ad eundem locum supplet ἑαυτοὺς, permittentes se vento; et sic in Test. XII. Patr. p. 701., ubi femina Aegyptia Josephum ad venerem excitat hisce verbis: κυριεύσειε μου καὶ πάντων τῶν ἐμῶν, ἐὰν ἐπιδῷς σεαυτὸν εἰς ἐμέ, ubi mihi morem gesseris. Similiter *Philo* de Gig. p. 285.: ἐκδόντες ἀστάτοις πνεύμασιν ἑαυτούς.)

Ἐπιδιορθόω, ῶ, f. ώσω, (ἐπὶ et διορθόω) emendo, corrigo, restituo) *insuper* f. *postea in ordinem redigo, ordino* (ut antea ἐπιδιατάσσομαι, ἐπιδιδάσκειν et alia composita, ubi ἐπὶ est postea). Semel Tit. 1, 5. τὰ λείποντα ἐπιδιορθ. reliqua, omissa a me ordines. (*Philo* in Flacc. T. II., p. 535.: περὶ τῆς τῶν λειπόντων ἐπιδιορθώσεως).

Ἐπιδύω, f. ύσω, (ἐπὶ et δύω f. δῦμι, quod vid.) *occido*, ut simplex δῦμι, de sole, Eph. 4, 26. coll. Deut. 24, 15. Jer. 15, 9.

Ἐπιείκεια, ας, ἡ, (ab ἐπιεικής) *humanitas, aequitas, clementia*, Sap. 12, 18. 2 Macc. 2, 23. 3 Macc. 3, 15. 7, 6. —. In N. T. bis, Act. 24, 4. et 2 Cor. 10, 1. In posteriori autem loco etiam verti potest: *probitas*, quo sensu apud profanos etiam habetur et legi videtur Sap. 2, 19., ubi ἐπιείκεια et ἀνεξικακία, vitae integritas, sibi respondent.

Ἐπιεικής, έος, ὁ, ἡ, — ές, τὸ, (ἐπὶ et εἰκός, simile, probabile, conveniens, honestum, aequum) 1) vero-

similis; 2) *probus*, honestus; — τὸ ἐπιεικὲς, substantive: *vitae probitas, morum integritas*, Phil. 4, 5. — 3) *humanus, aequus, mitis, facilis*, 1 Tim. 3, 3. Tit. 3, 2. Jac. 3, 17. 1 Petr. 2, 18. coll. Ps. 86, 5. Sap. 12, 18. 2 Macc. 2, 23. 3 Macc. 3, 15. 7, 6.

Ἐπιζητέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et ζητέω) 1) *studiose quaero, inquiro, perquiro*, Luc. 4, 42. Act. 12, 19. Eccles. 7, 28. — 2) studeo mihi acquirere, *studiose appeto*, Matth. 6, 32. Luc. 12, 30. Rom. 11, 7. Hebr. 11, 14. 13, 14. coll. Sir. 40, 29. — *valde desidero*, Act. 13, 7. — 3) *studiose peto ab aliquo*, v. c. σημεῖον, Matth. 12, 39. 16, 4. Marc. 8, 12. Luc. 11, 29. — dona, Phil. 4, 17. coll. 1 Macc. 7, 13. 4) sensu forensi: *quaero* sive *peto a judice*, vel *quaero in reo*, Act. 19, 39. εἰ δέ τι περὶ ἑτέρων ἐπιζητεῖτε, si de alia re vobis est quaestio. Saepius non habetur.

Ἐπιθανάτιος, ίου, ὁ, ἡ, ον, τὸ, (ἐπὶ et θάνατος) *morti devotus, morti addictus*. 1 Cor. 4, 9. (Eodem sensu habetur apud *Dionys. Halic.* 7, 35. ὅθεν αὐτοῖς ἔθος βάλλειν τοὺς ἐπιθανατίους, unde (de qua rupe) solebant praecipites dare ad mortem damnatos).

Ἐπίθεσις, εως, ἡ, (a 2 persona perf. passiv. verbi ἐπιτίθημι) *impositio*. — In N. T. non nisi de impositione manuum, χειροθεσία, hebr. סְמִיכָה יָדַיִם, quae imponebantur ex antiquo ritu vel pecori ad sacrificium destinato, Levit. 1, 4. 3, 2. 16, 21. vel homini occidendo, Levit. 34, 14. Susann. v. 34. vel ad munus publicum initiando, Num. 27, 18. 23. Deut. 34, 9., vel ei, cui benedicebatur, Gen. 48, 14. 15. vel ei, qui beneficio divino sanandus erat, 2 Reg. 5, 11. Matth. 19, 13. Marc. 6, 5. 7, 32. Luc. 4, 40. — Apostoli impositione manuum dona spiritus s. conferebant; Act. 8, 17. 18. 1 Tim. 4, 14. 2 Tim. 1, 6. Hebr. 6, 2.

Ἐπιθυμέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et θυμὸς) 1) *desidero, cupio, opto*, Matth. 13, 17. Luc. 15, 16. 16, 21. 17, 22. Hebr. 6, 11. 1 Petr. 1, 12. Jes. 58, 11. — Ἐπιθυμίᾳ ἐπιθυμέω, valde, vehementer desidero, ex hebraismo, Luc. 22, 15. coll. Gen. 31, 30. — *concupisco* sensu malo, concupisco pravum et vetitum, Rom. 7, 7. 1 Cor. 10, 6. Gal. 5, 17. ἡ γὰρ σὰρξ ἐπιθυμεῖ κατὰ τ. πν. carnis cupiditates adversantur spiritui. — Jac. 4, 2. coll. Prov. 21, 10. — Specialiter de cupidine *libidinosa*, Matth. 5, 28. ἐπιθ. τῆς γυναικὸς, turpi mulieris cupidine flagrare, rem cum ea habere cupere. Legitur sic ἐπιθυμ. etiam Exod. 20, 17. sed sequente accusativo, ut etiam Lib. *Henoch*. p. 179. et Test. XII. Patr. p. 530. — 2) *studeo mihi acquirere, quaero*, ut habeam, Act. 20, 33. Rom. 13, 9. Apoc. 9, 6. Prov. 23, 3. 6. Dan. 14, 16. — de officio: *ambio, aspiro*, 1 Tim. 3, 1. Saepius non legitur.

Ἐπιθυμητής, οῦ, ὁ, (ab ἐπιθυμέω), qui desiderio rei tenetur, *amans, studiosus.* 1 Cor. 10, 6. ἐπιθυμηταὶ κακῶν. Praeterea habetur Num. 11, 34. *Suidas*, ἐπιθυμηταὶ· πρόθυμοι.

Ἐπιθυμία, ας, ἡ, (ab ἐπιθυμέω) 1) *magnum rei desiderium, cupiditas*, Luc. 22, 15. Phil. 1, 23. 1 Thess. 2, 17. Jac. 1, 14 sq. — Apoc. 18, 14. ὀπώρα τῆς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς σου, fructus desiderii animae tuae, i. e. tibi desiderati, quos in summo pretio habes. Sic Dan. 9, 23. 10, 3. 11. ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, vir valde gratus, hebr. חמוד, coll. Cant. 5, 17. Sir. 42, 2. τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐπιθυμητά. — 2) *libido prava*, ἐπιθυμία κακή, Col. 3, 5. (Rom. 6, 12.) 7, 7. 13, 14. εἰς ἐπιθυμίας, ad satiandas cupidines pravas. 2 Tim. 3, 6. 4, 3. Tit. 3, 3. 1 Petr. 1, 14. 4, 2. 3. 2 Petr. 1, 4. 3, 3. Jud. v. 16. 18. — Ἐπιθυμία σαρκός, Gal. 5, 16. 24. Eph. 2, 3. 2 Petr. 2, 18. sive ἐπιθυμίαι σαρκικαί, 1 Petr. 2, 11. κοσμικαί, Tit. 2, 12. μιασμοῦ, 2 Petr. 2, 10. sunt cupiditates, quae excitare solent res terrestres, quae per res sensibus obversatas in animo moventur, unde etiam 1 Jo. 2, 16. dicuntur ἐπιθ. τῆς σαρκὸς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν. (Test. XII. Patr. p. 522.: ὅρασις μεθ' ἧς γίνεται ἐπιθυμία.) — Ἐπιθ. ἀπάτης, cupiditates ad prava seducentes, Eph. 4, 22. — νεωτερικαί, 2 Tim. 2, 22. Vid. Νεωτερικός. — *libido voluptuosa*, Rom. 1, 24. 1 Thess. 4, 5. coll. Sir. 23, 5. Test. XII. Patr. p. 530 sq. — 3) metonymice: *id quod prava cupido desiderat; flagitia*, Jo. 8, 44. τὰς ἐπιθυμίας τοῦ διαβόλου ποιεῖν. Rom. 7, 8. κατεργάζεσθαι πᾶσαν ἐπιθυμίαν. 1 Jo. 2, 17. — 4) causa pro effectu: *studia*, Matth. 4, 19. αἱ περὶ τὰ λοιπὰ ἐπιθυμίαι. 1 Tim. 6, 9. — Saepius non legitur.

Ἐπικαθίζω, f. ίσω, (ἐπὶ et καθίζω) transitive: *impono, colloco super.* 1 Reg. 1, 38. 44. (הִרְכִּיב) — intransitive: *insideo, sedeo super*; semel Matth. 21, 7. (text. vulg. ἐπεκάθησαν αὐτὸν, imponebant) ἐπικάθισεν, ἐπάνω αὐτῶν. Sic Gen. 31, 34. Levit. 15, 20. (יָשַׁב). 2 Sam. 13, 29. (רָכַב).

Ἐπικαλέω, ῶ, f. έσω, et medium ἐπικαλέομαι, quod apud LXX, maxime legitur pro hebr. קָרָא, 1) καλέω ἐπὶ, nomen insuper addo, *cognomino*, Matth. 10, 25. ἐπεκάλεσαν (Num. 21, 3. Jud. 6, 32.) 1 Petr. 1, 17. (Jer. 3, 19.) — In passivo: *cognominor*, Matth. 10, 3. Luc. 22, 3. Act. 1, 23. et passim. — Hebr. 11, 16. θεὸς ἐπικαλεῖσθαι αὐτῶν, ipsorum Deus (tutelaris) appellari. Jac. 2, 7. ὄνομα τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, nomen vobis impositum. (2 Sam. 6, 2. κιβωτὸν, ἐφ' ἣν ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα. 2 Chron. 6, 33. 7, 14. 1 Macc. 7, 37.) — Sic quoque Act. 15, 17. ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτούς, quibus impositum est nomen meum, qui mei cultores vocantur. — 2) *nomine aliquem appello*,

nomine invoco; quod dicitur vario modo: a) ad *auxilium voco,* Act. 7, 59. — *valde rogo,* Act. 25, 21. 25. (1 Sam. 12, 17. 18. 2 Sam. 22, 7.) — b) *testem invoco,* 2 Cor. 1, 23. — c) judicem, vindicem invoco (Deum 2 Macc. 7, 34. 12, 6.); *provoco ad,* v. c. Caesarem, Act. 25, 11. 12. 26, 32. 28, 19. — d) *Deum veneror;* proprie *nomen* Dei tanquam summi domini appello, Deum nomine suo invoco; inde *veneror, colo* simpliciter, Rom. 10, 12—14. 2 Tim. 2, 22. Deut. 33, 19. Saepius additur τὸ ὄνομα, Act. 2, 21. 9, 14. 21. 22, 16. Rom. 10, 13. 1 Cor. 1, 2. coll. Gen. 4, 25. 13, 4. Solebant enim precibus nomen ejus, quem invocabant, praefigere, Sir. 51, 1. Bar. 2, 11. 15. Ps. 88, 1. 1 Reg. 8, 23. 25. 26. vid. Exod. 6, 2. 3. c. 3, 13 sq. (Test. XII. Patr. p. 562., ubi Levi angelum alloquitur his verbis: κύριε εἰπέ μοι τὸ ὄνομά σου, ἵνα ἐπικαλοῦμαί σε ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως.)

Ἐπικάλυμμα, τος, τὸ, (ab ἐπικαλύπτω), *tegumentum, velamen,* Exod. 26, 14. 36, 16. 2 Sam. 17, 19. — metaphorice: id quo inhonestum *tegitur, velamen inhonesti,* quo, quam foedum vel exitiosum sit, celatur. Sic 1 Petr. 2, 16. ἐπικάλυμμα τῆς κακίας, tegumentum nequitiae, quo occultatur. (*Joseph.* de Bell. Jud. 7, 8. 1. ἣν τοῦτο πρόφασις εἰς παρακάλυμμα τῆς ὠμότητος. *Philo* de Decal. p. 768.: τὸ μὴ ποιεῖσθαι προκάλυμμα πίστιν ἀπιστίας.)

Ἐπικαλύπτω, f. ύψω (ἐπὶ et καλύπτω) *tego, operio,* 2 Sam. 15, 30. Lev. 4, 8. Job. 16, 18. Sir. 39, 27. — obtego ita ut amplius non conspiciatur; sic Rom. 4, 7. de peccatis; sensus: prorsus removeo, oblivioni trado, condono. vid. Ps. 32, 1., ubi hebr. נָשָׂא, quod etiam aliis in locis eodem sensu legitur, v. c. Prov. 10, 18. 12, 16. 23. Neh. 4, 5. Ps. 85, 3.

Ἐπικατάρατος, ου, ὁ, ἡ — ον, τὸ, (ἐπὶ et κατάρατος, maledictus, diris devotus, 2 Macc. 12, 39.) i. q. ἐπάρατος (*Joseph.* Ant. 6, 6. 3.) proprie: cui κατάρα dicta sive imposita est, *diris devotus, puniendus gravissime,* Gal. 3, 10. hebr. אָרוּר, Deut. 27, 15—26. 28, 18. Sap. 3, 13. — 2) *maledictioni obnoxius;* sic Gen. 3, 17. de terra fruges amplius non faciente, Sap. 14, 8. de ligno prorsus infructuoso; cf. Matth. 23, 19 sqq. Marc. 11, 21. Gen. 8, 21. Jer. 23, 10. Sic videtur Jo. 7, 49. intelligendum, ubi ὁ λαὸς ἐπικατάρατοί εἰσι, est: plebs indocta maledictioni, poenis divinis sit obnoxia, scl. audiendo illum. — 3) *abominandus, detestabilis,* Gal. 3, 13. (Deut. 21, 23.) coll. Prov. 24, 23. ἐπικατάρατος λαοῖς καὶ μισητὸς εἰς ἔθνη. Jes. 65, 20. coll. Ezech. 22, 16. Sic Jos. 9, 23. ἐπικατάρατοι dicuntur qui negotiis servorum faciendis devoventur.

Ἐπίκειμαι, f. κείσομαι, (ἐπὶ et κεῖμαι) 1) intransitive: *superjaceo, impositus sum,* Jo. 11, 38. 21, 9. coll. 2 Macc.

1, 21. — Metaphorice: *incumbo*, sequente dativo personae; 1 Cor. 9, 16. ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. Hebr. 9, 10. ἐπικείμενα, injuncta, imposita. Sermo est de legibus et ritibus, qui comparantur cum jugo, pondere, cf. Matth. 11, 29. 30. Act. 15, 28. (1 Macc. 6, 57. ἐπίκειται ἡμῖν τὰ τῆς βασιλέως, incumbit nobis cura regni.) — 2) transitive: a) addo insuper; metaphorice: *instio*, *pergo* in efficiendo, ubi maxime sequitur verbum; Luc. 23, 23. ἐπέκειντο, φωναῖς μεγάλαις αἰτούμενοι, instabant, pergebant alta voce postulare ut cruci affigeretur. (*Joseph.* Ant. 18, 6. 6. πολλῷ μᾶλλον ἐπέκειτο ἀξιῶν ἐξέτασιν γενέσθαι τοῦ πράγματος, multo magis instabat precibus. Ib. 20, 5. 3. μᾶλλον ἐπέκειντο βλασφημοῦντες.) Sic etiam vellem explicare Act. 17, 20. χειμῶνος δὲ ἐπικειμένου, tempestate sine intermissione perdurante; alii: tempestate incubante scil. navi. Est enim etiam b) ἐπίκειμαί τινι, alicui incumbo, *premo*, *urgeo* illum; sic Luc. 5, 1. de turba populi. coll. Job. 19, 3. 21, 27. (*Joseph.* Ant. 6, 14. 2. τοὺς πολεμίους ἐπικεῖσθαι βαρεῖς αὐτῷ.). Saepius non extat.

Ἐπικούρειος, ου, ὁ, addictus sectae Epicuri, *Epicureus*, ab Epicuro, philosopho Athenienſi, Xenocratis discipulo. Semel Act. 17, 18. (De Epicureis vid. *Cicero* de Fin. 2, 31. Tuscul. 5, 31. *Seneca* de benef. 4, 4. *Plutarch.* de placit. phil. 4, 7. 7, 3.)

Ἐπικουρία, ας, ἡ, (ab ἐπικουρέω, adjuvo, opem fero) *auxilium*; semel Act. 26, 22. — Vid. Sap. 13, 18. *Joseph.* Ant. Jud. 2, 6. 1. πάντας ἀνθρώπους ἐπικουρίας τυγχάνειν, ratus, omnes homines esse juvandos. *Hesych.* ἐπικουρίας· βοηθείας, συμμαχίας.

Ἐπικρίνω, f. ινῶ, (ἐπὶ et κρίνω) *judicando decerno*, *decerno*; *statuo*; de judice, Luc. 23, 24. 2 Macc. 4, 47. τούτοις θάνατον ἐπέκρινε. 3 Macc. 4, 2. ἡ ἐπικριθεῖσα αὐτοῖς ὀλεθρία.

Ἐπιλαμβάνω, f. λήψομαι, (ἐπὶ et λαμβάνω) quod cum genitivo rei construitur, et non nisi in quibusdam locis Actorum cum accusativo personae, 1) *manu prehendo*, τῆς χειρός, manum alterius, Marc. 8, 23. Act. 23, 19. Hebr. 8, 9. — 2) extensa manu *prehendo*, ut ducam aliquem, Luc. 9, 47. Act. 9, 27. — ut sanem alium, opem feram, Matth. 14, 31. Luc. 14, 4. Hebr. 2, 16. — ut habeam, teneam in potestate, τῶν ἱματίων, 2 Reg. 2, 12. ὅπλου, Ps. 35, 2. Exod. 4, 4. — inde 3) *comprehendo aliquem*, *capio*, Luc. 23, 26. Act. 17, 19. 21, 30. 33. ib. 16, 19. 18, 17. coll. Jud. 12, 6. Num. 16, 22. — Luc. 20, 20. 26. ἐπιλάβωνται αὐτοῦ λόγου, ut verbo eum caperent. — *potior*, *consequor*, 1 Tim. 6, 12. 19. τῆς ζωῆς. (Test. XII. Patr. p. 595.: τῶν ὑψηλῶν ἐπελαβόμεθα.) Saepius non extat in N. T.

Ἐπιλανθάνομαι, f. ἐπιλήσομαι, aor. 2. ἐπελαθόμην, (ἐπὶ et λανθάνω) seq. genitivo et accusativo rei, 1) *obliviscor*, Matth. 16, 5. Marc. 8, 14. Jac. 1, 24. 2) ex adjuncto: *negligo, non curo*, Phil. 3, 14. ἐπιλανθ. τὰ ὀπίσω, quae a tergo sunt nihil curans. Hebr. 6, 10. ἐπιλαθέσθαι τοῦ ἔργου ὑμῶν, ut non curet beneficia vestra, i. e. vobis non retribuat. coll. Jes. 44, 21. Thren. 3, 17. — Μὴ ἐπιλανθ. τινὸς, non curare non aliquid, i. e. *multum esse in aliqua re, ei studere*, eam *libenter exercere*, Hebr. 13, 2. 16. coll. Ps. 10, 12. 35. 119, 30. 2 Macc. 2, 2. — Passive: *oblivioni trador, negligor*; Luc. 12, 6. ἐπιλελησμένη ἐνώπιον τοῦ θεοῦ, oblivioni traditur apud Deum, a Deo negligitur. Sic passive Sap. 2, 4. τὸ ὄνομα ἡμῶν ἐπιλησθήσεται. Sir. 3, 14. 13, 10. 44, 10. (ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν, Sir. 23, 16.)

Ἐπιλέγω, f. ἑξω, (ἐπὶ et λέγω) 1) insuper dico, dicendo addo; — *cognomino*, Jo. 5, 2. — 2) *eligo, seligo* mihi, Act. 15, 40. coll. Exod. 17, 9. 18, 25. 2 Sam. 10, 9.

Ἐπιλείπω, f. λείψω, (ἐπὶ et λείπω) *deficio, desum*. Semel Hebr. 11, 32. ἐπιλ. με διηγούμενον ὁ χρόνος, tempus me deficeret narrantem, mihi deesset. — Seq. dativo Jer. 33, 17. coll. v. 18.

Ἐπιλησμονὴ, ῆς, ἡ, (a perf. ἐπιλέλησμαι verbi ἐπιλανθάνομαι) *oblivio*. Jac. 1, 25. ἀκροατὴς ἐπιλησμονῆς auditor oblivionis, ex hebraismo pro: auditor oblivioso. Legitur etiam Sir. 11, 28.

Ἐπίλοιπος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (a perf. ἐπιλέλοιπα verbi ἐπιλείπω) *reliquus, adhuc superstes*. Semel 1 Petr. 4, 2. coll. Jes. 38, 10. Mich. 5, 3. Lev. 27, 18. 1 Macc. 3, 11.

Ἐπίλυσις, εως, ἡ, (ab ἐπιλύω) *dissolutio*; metaph. solutio, explicatio rei, cujus sensus et ratio est abscondita. Sic Aquila Gen. 40, 8., ubi LXX διασάφησις. (*Heliodor*. Aethiop. 1, 18. 4, 9.) et ἐπιλύω, Marc. 4, 34. Gen. 41, 12. — Semel 2 Petr. 1, 20. προφητεία γραφῆς ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίνεται, vaticinia scripturae ab ipsis prophetis recte explicari non potuerunt; ipsi totum sensum verborum non perspexerunt. (Oracul. sybillin. lib. 2. p. 189. ed. *Gallaei*, ubi Sybilla dicit: οὐ γὰρ οἶδα, ὅτι λέγω, κέλεται δὲ θεὸς τὰ ἕκαστ' ἀγορεύειν.)

Ἐπιλύω, f. ύσω (ἐπὶ et λύω) 1) *solvo, dissolvo*; 2) metaph.: *explico* obscura, Marc. 4, 34. (vid. Ἐπίλυσις): — *dirimo*, sive *discepto* rem dubiam, Act. 19, 39.

Ἐπιμαρτυρέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et μαρτυρέω) *attestor, testimonio confirmo*; — *sanctissime affirmo*, testis instar, 1 Petr. 5, 12.

Ἐπιμέλεια, ας, ἡ, (ab ἐπιμέλομαι) *cura, procuratio*. Semel Act. 27, 3. ἐπιμελείας τυγχάνειν, cura amicorum

frui, i. e. hospitio et ope eorum. coll. 1 Macc. 12, 13. Prov. 3, 8.

Ἐπιμελέομαι, f. ἐπιμέλομαι, f. ελήσομαι, seq. genitivo, *curam rei habeo*, — vulnerati, Luc. 10, 24. 35. — ecclesiae, i. e. saluti ejus prospicio, res ejus curo, 1 Tim. 3, 5. coll. 1 Macc. 11, 37. 3 Esdr. 6, 27. Gen. 44, 21., ubi respondet hebr. חָשִׁים עֵינֵיהֶם.

Ἐπιμελῶς, adv. *omni studio adhibito, assidue, diligenter*. Luc. 15, 8. coll. Gen. 6, 5. 8, 21. 2 Macc. 8, 31.

Ἐπιμένω, f. ενῶ, (ἐπὶ et μένω) 1) *insuper maneo, amplius remaneo*; — *diutius commoror*, ἡμέρας τινάς, Act. 10, 48. 21, 10. 28, 12. 14. — αὐτοῦ scl. τόπον, ibi, Act. 15, 34. 21, 4. — πρός τινα, 1 Cor. 16, 7. Gal. 1, 18. — ἐν Ἐφέσῳ, 1 Cor. 16, 8. ἐν τῇ σαρκὶ, in hac vita, Phil. 1, 24. — 2) ἐπιμένω τινι, *persevero* in aliqua re, *pergo* in illa agenda, tenenda, v. c. τῇ ἁμαρτίᾳ. Rom. 6, 1. ἀπιστίᾳ, ib. 11, 23. (ἐπιμένουσι ταῖς ἀδικίαις, Test. XII. Patr. p. 549.) — τῇ χρηστότητι, Rom. 11, 22. (Act. 13, 14. Griesb. προσμένειν.) τῇ πίστει, Col. 1, 23. αὐτοῖς, quae officium postulat, 1 Tim. 4, 16. (*Joseph.* Ant. 8, 7. 5. ἐπέμεινε τούτοις ἄχρι τελευτῆς.) — Sequente participio: *insto, persevero, pergo*; Jo. 8, 7. ἐπέμενον ἐρωτῶντες. Act. 12, 16. ἐπέμενε κρούων. Saepius non extat.

Ἐπινεύω, f. εύσω, (ἐπὶ et νεύω) *innuo, nutu significo*, vel ad jubendum, vel ad promittendum, vel ad affirmandum; — precanti: *annuo, concedo*, Act. 18, 20. coll. Prov. 26, 24. χείλεσι πάντα ἐπινεύει, ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τεκταίνεται δόλους. 2 Macc. 4, 10. 11, 15. 14, 20.

Ἐπίνοια, ας, ἡ, (ab ἐπινοέω, mente agito, cogito, in consiliis habeo) cogitatio, meditatio, Sap. 6, 16. 9, 14., ubi i. q. λογισμοὶ, Sir. 40, 2. 2 Macc. 12, 45. — excogitatio, Sap. 14, 2. 15, 1. — *consilium, propositum*, quod mente volvitur; semel Act. 8, 22. Sic ἐπινοέω σύντομον τέλος, repentinum interitum paro, Sap. 14, 4.

Ἐπιορκέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et ὅρκος) *perjuro*. *Etym. M.* ἐπιορκεῖν δηλοῖ τὸ ὑπεράνω τῶν ὅρκων γίνεσθαι, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτούς. coll. 3 Esdr. 1, 48. Sap. 14, 28. — falsum juro, *jurejurando falso fallo aliquem*. Sic intelligo Matth. 5, 33. οὐκ ἐπιορκήσεις scl. τὸν θεὸν, ne Deo jurejurando interposito promittas, quae non praestas. Sequuntur enim: imo persolve vota tua Deo facto. Ergo non de testimonio, jurejurando confirmando, est sermo, sed de praestatione. Igitur et Servatoris praeceptum, quod sequitur, non agit nisi de promissionibus plane non, nec Deo nec hominibus, faciendis jurejurando interposito. Similiter Test. XII. Patr. p. 690.: τὸν ὕψιστον ἐπιορκεῖ, avarus vel Deum fallere conatur falsis votis.

Ἐπίορκος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἐπὶ et ὅρκος) *perjurus*, ὅρκον μὴ φροντίζων, — ut interpretatur *Hesychius*; — *periurio fallens*, 1 Tim. 1, 10. coll. Ἐπιορκέω.

Ἐπιούσιος, ιου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ. In explicando hoc adjectivo, quod praeter Matth. 6, 11. Luc. 11, 3. nuspiam legitur, in *duas* potissimum interpretes abeunt partes. *Alii* enim derivant ab ἐπιοῦσα, particip. verbi ἔπειμι, ut περιούσιος sit a περίειμι, vertuntque victum *crastinum* sive *futurum* omnino, quum ἐπιὼν etiam *futurum* significet, ut sit ἐπιούσιον, i. q. τὸν μέλλοντα, τὸν ἐπιόντα, τὸν προσδοκώμενον, ut *Alberti* Gloss. N. T. p. 202. explicat. At, quum addantur: δὸς ἡμῖν σήμερον, et Servator deinde versu 34. moneat, ne sui de crastino die solliciti sint, improbanda videtur haec explicatio. *Alii* igitur rectius derivant ab ἐπὶ et οὐσία, *substantia, vita*, ut sit: *victus ad vitam sustentandam necessarius*, ἄρτος ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ συστάσει ἡμῶν αὐταρκής, ut *Theophylactus* explicat. *Suidas*: ἐπιούσιος ἄρτος· ὁ ἐπὶ τῇ οὐσίᾳ ἡμῶν ἁρμόζων ἢ ὁ καθημερινός. *Syrus*: ܠܚܡܐ ܕܡܬܩܝܡܐ, *panem necessitatis*. Formatum est ut ἐπιοίνιος, ad vinum pertinens, ἐπιτάφιος, ecclesiastica vox ὁμοούσιος et similia. Nec tamen omnino spernenda est quorundam conjectura, scriptum proprie fuisse *ΑΡΤΟΝΕΠΙΟΥΣΙΑΝ* (panis ad sustentationem) mutata deinde litera A in O.

Ἐπιπίπτω, f. πτώσω, aor. 2. ἐπέπεσον, (ἐπί et πίπτω) 1) cado super, incido, Num. 35, 23. — 2) *me conjicio*, Act. 20, 10. ἐπέπεσεν αὐτῷ, se super eum conjecit (1 Reg. 17, 21.) — Ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὸν τράχηλόν τινος, se conjicere ad collum alicujus, eum amplexari, Luc. 15, 20. Act. 20, 37. Gen. 46, 30. 1 Sam. 26, 12. — Ἐπὶ τὸ στῆθος, ad pectus, Jo. 13, 25. coll. Gen. 50, 1. — *Irruo* in aliquem, hostiliter 1 Macc. 12, 26. — *premo*, de multitudine appropinquante, Marc. 3, 10. coll. Job. 6, 16. 27. — 3) tropice: *invado* aliquem, *occupo, potior* aliquo; πνεῦμα ἐπιπίπτει ἐπί τινι, Act. 8, 16. ἐπί τινα, Act. 10, 44. 11, 15. Ezech. 11, 5. — ἔκστασις ἐπί τινα, Act. 10, 10. Dan. 10, 7. τῷ Ἀβραμ, Gen. 15, 12. — ὀνειδισμοὶ, Rom. 15, 3. Ps. 69, 12. — Φόβος ἐπί τινα, Luc. 1, 12. Act. 19, 17. Exod. 15, 16. Neh. 6, 16. — ἀχλὺς, Act. 13, 11. (σκοτεινὸς αὐτῷ, Gen. 15, 12.). Saepius non extat. (Test. XII. Patr. p. 545.: ὕπνος ἐπιπίπτει ἐπ' ἐμὲ.)

Ἐπιπλήσσω, — ττω, f. ήξω, (ἐπὶ et πλήσσω) 1) incutio, infligo. 2) *objurgo, increpo, invehor in aliquem*, 1 Tim. 5, 1. (Xenoph. Oecon. 13, 12. — 2 Macc. 7, 33. ἐπίπληξις, objurgatio, reprehensio.) *Hesych.* ἐπιπλήξειν· ἐπιλαθεῖν, ἐπιτιμῆσαι, ὑβρίσαι.

Ἐπιπνίγω, f. ίξω, (ἐπὶ et πνίγω) *suffoco per rem super impositam.* Sic Luc. 8, 7. de spinis succrescendo suffocantibus seminatum.

Ἐπιποθέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et ποθέω, cupio, desidero) 1) *valde desidero, vehementer opto,* Rom. 1, 11. 2 Cor. 5, 2. 1 Thess. 3, 6. 2 Tim. 1, 4. 1 Petr. 2, 2. coll. Mich. 7, 1. Ps. 84, 1. — *vna, desiderio alicujus teneor, eum impense amo,* 2 Cor. 9, 14. Phil. 1, 8. 2, 26. coll. Sir. 25, 21. ἐπιπ. τὴν γυναῖκα. — 2) sequente πρὸς, *propensus sum, tendo ad aliquid ejus desiderio abreptus,* Jac. 4, 5. πρὸς φθόνον κ. τ. λ. i. e. non sine causa dicit scriptura: mentem vestram ad invidiam esse propensam, s. ferri ad invidiam. Sic Ps. 41, 1. ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς θεόν. Ps. 119, 130. ἐπιποθ. τὰς ἐντολὰς τοῦ θεοῦ. — Saepius non extat.

Ἐπιπόθησις, εως, ἡ, (ab ἐπιποθέω) *vehemens rei desiderium,* 2 Cor. 7, 7. 11. *Aquila* Ezech. 23, 11. pro hebr. עֲגָבָה amor vehemens.

Ἐπιπόθητος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, *multum desideratus, exoptatus, amatus.* Phil. 4, 1.

Ἐπιποθία, ας, ἡ, *vehemens desiderium, vehemens amor;* Rom. 15, 23. ἐπιποθίαν ἔχω, vehementer desidero.

Ἐπιπορεύομαι, f. εύσομαι, (ἐπὶ et πορεύομαι) *proficiscor ad,* Luc. 8, 4. — Legitur etiam Lev. 26, 33. Ezech. 39, 14. 2 Macc. 2, 29. 3 Macc. 1, 4.

Ἐπιῤῥάπτω, f. άψω, (ἐπὶ et ῥάπτω, suo) *insuo, assuo.* Marc. 2, 21.

Ἐπιῤῥίπτω, f. ίψω, (ἐπὶ et ῥίπτω) *injicio, superjicio,* — vestes, Luc. 19, 35. (i. q. ἐπιτιθέναι, ἐπιβάλλειν, Matth. 21, 7. Marc. 11, 7.). — LXX. hebr. הִשְׁלִיךְ, Num. 35, 20. Ezech. 43, 24. 1 Reg. 19, 19. — tropice: curam conjicere in aliquem, 1 Petr. 5, 7. quae repetita sunt e Ps. 55, 23. coll. Ps. 22, 10. ἐπὶ σὲ ἐπεῤῥίφην ἐκ μήτρας. Ps. 37, 5.

Ἐπίσημος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἐπὶ et σῆμα, signum) cui nota est impressa, signo notatus, signatus, Gen. 30, 43. (*Joseph.* Ant. Jud. 17, 8. 1. ἀργύριον ἐπίσημον, argentum signatum). — 2) Metaphorice: *nobilis, illustris, insignis,* Rom. 16, 7. 3 Macc. 6, 1. ἀνὴρ ἐπίσημος, 2 Macc. 15, 37. 1 Macc. 11, 37. 14, 45. — In malam partem: *nota infamiae signatus, infamis,* Matth. 27, 16, *Joseph.* Ant. Jud. 5, 7. 1. οἱ διὰ πλῆθος ἀδικημάτων ἐπίσημοι. Psalt. Sal. 2, 6. ἐν ἐπισήμῳ (scl. εἶναι) ἐν τοῖς ἔθνεσι. vid. etiam σφραγίζω.

Ἐπισιτισμός, οῦ, ὁ, (ab ἐπισιτίζω, cibum paro, praebeo) *cibaria, commeatus;* Luc. 9, 12. coll. Jos. 1, 11. 9, 5. 11. 14. Exod. 12, 39. Neh. 13, 15. (*Xenoph.* Anab. 1, 5. 9.)

Ἐπισκέπτομαι, f. έψομαι (ἐπὶ et σκέπτομαι, ſpeculor, contemplor) 1) inſpicio, ut rem accurate cognoſcam; ſpeculor, 1 Sam. 14, 17. inquiro, inſpicio ut quaeram, Esdr. 4, 15. 6, 1. — luſtro, Joſ. 8, 10. Jud. 20, 15. 17. — Porro ex uſu hebr. פָּקַד, cui apud LXX. reſpondet, 2) *luſtrando eligo, ſeligo*, noſtrum: *auserſehen*; Act. 6, 3. coll. Esdr. 1, 2. θεὸς ἐπισκέψαιτο ἐπ' ἐμὲ τοῦ οἰκοδομῆσαι. (2 Chron. 36, 23. LXX. verterunt ἐνετείλατό μοι.) 3) *viſito* aliquem, vel ut videam eum, vel ut opem ei feram, vel ut ſtatum ejus cognoſcam ejusque curam habeam, Matth. 25, 36. 43. Luc. 1, 78. Act. 7, 23. 15, 36. coll. 1 Sam. 2, 21. Teſt. XII. Patr. p. 533. — Inde etiam 4) *curam* alicujus *habeo*, Jac. 1, 27. Hebr. 2, 6. Act. 15, 14. ἐπεσκέψατο, curavit, ut, five: benigne voluit. Pſ. 8, 5. Sir. 7, 23. — 5) *auxilium fero, beneficiis afficio, ſalutem procuro*, ſic de Deo tropice, Luc. 1, 68. 7, 16. coll. Exod. 4, 31. 34, 11. Gen. 50, 24 ſq. Pſ. 106, 4. Sir. 46, 14. 7, 35. 32, 17. Judith. 13, 20. ἐπισκ. ἐν ἀγαθοῖς. Teſt. XII. Patr. p. 549.: ἐπισκέπτ. τὰ ἔθνη ἐν σπλάγχνοις (Etiam ſenſu malo: *poenis afficio*, Pſ. 89, 32. Jer. 14, 10. 11, 22. Pſ. 59, 6. Sir. 2, 7.). — Saepius non extat.

Ἐπισκευάζω, f. άσω, (ἐπὶ et σκευάζω) neceſſariis inſtruo. Medium: *paro mihi neceſſaria*. Act. 21, 15. in codd. Vid. Ἀποσκευάζω.

Ἐπισκηνόω, ῶ, f. ώσω, (ἐπὶ et σκηνόω) proprie σκηνὴν impono, tentorium figo ſuper. — Deinde: *ſedem figo, inhabito*; idque tropice ut alia verba inhabitandi (vid. Ἐνοικέω, Σκηνόω, Οἰκέω) *maneo ſuper aliquo, ſemper ei adſum, in aliquo operor*. Semel 2 Cor. 12, 9.

Ἐπισκιάζω, f. άσω, (ἐπὶ et σκιάζω) 1) *inumbro, umbra tego, umbram obduco*, Luc. 9, 34. Act. 5, 15. coll. Exod. 40, 35. ἐπεσκίαζεν ἐπ' αὐτὴν ἡ νεφέλη, coll. v. 34., ubi ἐκάλυψεν. — 2) *obtego, occulto*, Matth. 17, 5. Marc. 9, 7. coll. Pſ. 91, 4. — 3) Metaphorice: *tueor, protego*, Pſ. 140, 7. (סָכַךְ) Prov. 18, 11. Sic explicatur a plurimis Luc. 1, 35. Mallem autem ἐπισκιάζειν, hic eodem ſenſu accipere quo ἐπισκηνόω 2 Cor. 12, 9. ut ſit: *operor in aliquo*. Certe hebr. צֵל *umbra*, etiam de *tecto, hospitio*, dicitur, v. c. Jer. 48, 45. Pſ. 91, 1. (*Schleusnerus* in Lex. N. T. monet, apud Graecos ἐπισκιάζειν etiam notare: officium maritale alicui praeſtare, ablegatque lectores ad *de Rhoer* Ferias Daventr. p. 57.)

Ἐπισκοπέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et σκοπέω) 1) inſpicio, Esdr. 5, 17. ſpeculor, Eſth. 2, 11. — 2) *curo, curam gero, provideo* alicui, 1 Petr. 5, 2. ἐπισκοποῦντες, curam eccleſiarum gerentes. coll. Deut. 11, 12. Alii: munere epiſcopi fungentes, coll. 2 Chron. 34, 12. — Ἐπίσκ. ſeq. negatione: *caveo*, Hebr. 12, 15.

Ἐπισκοπή, ῆς, ἡ, (ab ἐπισκοπέω), quod apud profanos non legitur, sed saepius apud LXX., ubi potissimum hebr. פקדה et פקד respondet, est 1) inspectio, recensio; 2) inquisitio; — de Deo judice, Sap. 3, 13. ἐπισκοπὴ ψυχῶν, exploratio animarum in judicio, utrum beandae an damnandae sint; inde in utramque partem aut *auxilium, salus, beneficia*, ut Job. 34, 9. 29, 4. Prov. 29, 13. 3 Macc. 5, 42, aut *poena, vindicta*, Gen. 5, 24 sq. Exod. 3, 16. 13, 19. Jes. 10, 3. Jer. 10, 15. Sap. 14, 11. 19, 15. — 3) *cura, providentia*, 3 Esdr. 6, 5. Job. 10, 12. et 4) *praefectura*, Ps. 109, 8. coll. Num. 3, 32. 4, 16. 1 Chron. 24, 3. — In N. T. quater; scl. 1 Petr. 2, 12., ubi de inquisitione sive exploratione judicis humani ethnici intelligendum est; alii de poenis divinis. — Luc. 19, 44., ubi καιρὸν ἐπισκοπῆς, alii tempus salutis, alii, sed minus recte, tempus poenarum explicant. 1 Tim. 3, 2. *cura* ecclesiae, s. munus episcopi in ecclesia. Act. 1, 10. praefectura, munus, ut Ps. 109, 8.

Ἐπίσκοπος, ου, ὁ, (ab ἐπισκοπέω) 1) speculator, explorator, Sap. 1, 6. — 2) *praefectus, antistes* quilibet, hebr. פקיד, et dicitur de praefectis operariorum. 2 Chron. 34, 12. 17. tabernaculi Num. 4, 16. militum Num. 31, 14. 2 Reg. 11, 16. levitarum, Neh. 11, 22. unde etiam i. q. ἄρχοντες, principes, sive praefecti urbium Jes. 60, 17. Aeque late patebat haec vox apud profanos. In N. T. ita dicuntur *praefecti ecclesiarum* in singulis urbibus, *antistites singulorum coetuum*, qui, quoniam maxime aetate essent provectiores, haud raro etiam πρεσβύτεροι dicuntur. Act. 20, 28. Phil. 1, 1. 1 Tim. 3, 2. Tit. 1, 7. Discrimen enim postea inter episcopos et presbyteros factum scriptores nostri ignorant. Transtulit itaque Petrus 1 ep. 2, 25. hoc nomen in Jesum quem appellavit ἐπίσκοπον τῶν ψυχῶν, i. e. qui Christianorum supremam gerit curam. Simili modo Deus Job. 20, 29. dicitur ἐπίσκοπος, praefectus summus, providens omnibus rebus.

Ἐπισπάω, ῶ, f. άσω, (ἐπὶ et σπάω, traho) *attraho*. — In N. T. semel 1 Cor. 7, 18. μὴ ἐπισπάσθω scl. praeputium, ne attrahant arte praeputium, ut glandem membri cooperiat. Invaluit hic mos apud Judaeos inde a Maccabaeorum tempore (1 Macc. 1, 15.), ut religionem judaicam ejuratam in corporis quoque habitu delerent, vel a paganis persecutoribus judaei non agnoscerentur, vel libidinem veneream augerent. Praeclare de hac re scripsit Gab. *Groddeck*, cujus dissertatio: „de Judaeis praeputium attrahentibus legitur in *Schoettg.* horis hebr. p. 1159 sqq. Rabbini tales vocabant משכים. cf. etiam *Joseph.* Ant. Jud. 12, 5. 1. qui de Judaeis tempore Antiochi graecos mores sequutis dicit: καὶ τὴν τῶν αἰδοίων περιτομὴν ἐπεκάλυψαν, ὡς ἂν εἶεν καὶ τὰ περὶ

τὴν ἀπόδυσιν Ἕλληνες. Idem fecisse videntur quidam Christianorum e Judaeis non sine magna offensione aliorum. *Hesych.* μὴ ἐπισπάσθω μὴ ἑλκυέτω τὸ δέρμα.

Ἐπίσταμαι, (ἐπὶ et ἵσταμαι) 1) *bene scio*, Act. 10, 28. 15, 7. 19, 25. 20, 18. 22, 19. 24, 10. Hebr. 11, 8. μὴ ἐπιστάμενος, nesciens. — *praescio, praevideo*, Jac. 4, 14. τὸ τῆς αὔριον. — *novi, cognitum habeo*, Act. 18, 25. 19, 15. Deut. 28, 36. 29, 26. — 2) *comprehendo, intelligo*, Marc. 14, 68. Act. 26, 26. 1 Tim. 6, 4. Jud. v. 10. coll. Jes. 41, 20. Num. 24, 16. Sap. 8, 9. Saepius non extat.

Ἐπιστάτης, ου, ὁ, (ab ἐφίστημι) 1) qui praeest alicui negotio, maxime publico, *praefectus, magister*, v. c. certaminum, militiae; secundum LXX praefecti militum, 2 Chron. 2, 2. 2 Reg. 24, 39. decimarum 2 Chron. 31, 12. sacrificiorum 3 Esdr. 1, 8. operariorum 2 Chron. 34, 13. — In N. T. non nisi in Luca 5, 5. 8, 24. 45. 9, 33. 49. 17, 13. pro hebr. רַבִּי. et Jesus ita appellatur non quidem quatenus est doctor, sed ratione auctoritatis in discipulos, quare etiam a Joanne διδάσκαλος et κύριος junguntur. Vid. Διδάσκαλος. Etiam graecis ἐπιστάτην dici pro διδασκάλῳ, *magistro*, docuerunt *Munthius* in obss. e Diod. Sic. p. 142. et *Kypkius* in obss. f. 1, p. 228. *Hesych.*: ἐπιστάτης. ἐφέτης ἢ ἐπαίτης, ἀπὸ τοῦ ἐφίστασθαι, ἢ ἐπίτροπος ἢ διδάσκαλος.

Ἐπιστέλλω, f. ελῶ, (ἐπὶ et στέλλω) mitto ad; — *literas mitto; per literas mando, praecipio*; sic ter Act. 15, 20. 21, 25. Hebr. 13, 22. (*Xenoph.* hist. gr. 3, 1. 1.)

Ἐπιστήμων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ab ἐπίσταμαι) gnarus; *peritus, intelligens, prudens*, Jac. 3, 13. coll. Deut. 1, 13. 15. 4, 6. Sir. 10, 28. 21, 16.

Ἐπιστηρίζω, f. ίξω, (ἐπὶ et στηρίζω) proprie: statuo super aliqua re; hinc in medio: innitor, 2 Sam. 1, 6. 2 Reg. 18, 21. — Deinde: *firmum aliquid statuo, confirmo*; tropice Act. 14, 22. 15, 32. 41. 18, 23.

Ἐπιστολή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστέλλω) 1) *literae, epistola*, Act. 23, 25. 33. Rom. 16, 22. 1 Cor. 5, 9. 2 Cor. 7, 8. 2 Petr. 3, 1. 16. et passim. Δι' ἐπιστολῆς, per literas, schriftlich, 1 Cor. 16, 3. 2 Cor. 10, 11. 2 Thess. 2, 2. — literae commendatitiae, 2 Cor. 3, 1—3. — 2) *mandata scripta*, Act. 9, 2. 22, 5. coll. Neh. 2, 7. *Hesych.* ἐπιστολαὶ· ἐντολαὶ, ἐπιταγαί.

Ἐπιστομίζω, f. ίσω, (ἐπὶ et στόμα) *os epistomio occludo, os obturo*. Metaph.: *silentium impono, obmutescere facio*; semel Tit. 1, 11. Sensus: refutare ita, ut pudore suffusi taceant. (*Demosth.* p. 85. 4. ed. *Reisk.* ἐπιστομεῖν τοὺς αὐτῷ ἀντιλέγοντας.) *Hesych.* ἐπιστομίζων· ἐλέγχων. *Philo*, de alleg. p. 83. ἐπιστομίζειν θυμὸν καὶ ἐπιθυμίας, et saepius, vid. *Loesneri* obss. p. 425.

Ἐπιστρέφω, f. έψω, (ἐπὶ et στρέφω) 1) transitive: a) *verto* aliquem ad aliquid, *duco ad aliquid, adduco*, 1 Reg. 23, 18. ἐπίστρεψον αὐτὸν πρός σεαυτόν; ibid. v. 19. 20. Jer. 29, 14. — ἐπιστρέφειν ἐπὶ κύριον, Luc. 1, 16. Act. 26, 18. ad Deum, ſcl. pie colendum, adducere. — Luc. 1, 17. ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν (pro εἰς) φρονήσει δικαίων, adducere animum parentum ad filios, (i. e. eos amore conjungere) et impios ad ſapientiam piorum. Hoc certe Lucas ſibi voluit, et confirmatur haec explicatio locis Esdr. 6, 22. Sir. 48, 10. At in loco Malach. 3, 23. e quo haec depromta ſunt, et ubi in hebr. eſt לב ſeq. על, πατέρες videntur eſſe ſacerdotes, doctores, et τέκνα populus, inter quos discordia obtinebat, ut apparet e verſ. 7 — 10. — b) *reduco, reverti facio;* Teſt. XII. Patr. p. 567.: ἐπιστρέφει θεὸς ὑμᾶς εἰς τὴν γῆν ὑμῶν. — tropice: in rectam viam reduco, ad pietatem reduco, Jac. 5, 19. — 2) intransitive: a) *verto me, inverto, converto me;* Matth. 9, 22. Marc. 5, 30. ἐπιστ. ἐν τῷ ὄχλῳ, ad populum; rectius fortaſſe: in medio populo. Marc. 8, 33. Act. 16, 18. Apoc. 1, 12. Sap. 16, 7. Num. 23, 6. — Ἐπιστρ. ὀπίσω, Matth. 24, 18. εἰς τὰ ὀπίσω, Marc. 13, 16. Luc. 17, 31. Jo. 21, 20. retro ſe vertere. — Tropice: ἐπιστρ. ἐπὶ τὸν κύριον, ad Deum ſe convertere, *ſe addicere cultui Dei* veri, Act. 9, 35. 11, 21. 14, 15. 15, 19. 26, 20. 2 Cor. 3, 16. 1 Theſſ. 1, 9. coll. Deut. 4, 30. 30, 2. 31, 18. 20. — b) *redeo, revertor*, πρός τινα, Matth. 10, 13. Act. 9, 40. — εἰς τὸν οἶκον, Matth. 12, 44. — Act. 15, 36. Luc. 8, 55. (c. 2, 20.) coll. 1 Reg. 13, 16. 2 Reg. 8, 3. — Gal. 4, 9. 1 Petr. 2, 25. 2 Petr. 2, 22. coll. Jer. 47, 4. — Ἐπιστρέφειν ἐκ τῆς ἐντολῆς, *deſerere* doctrinam, 2 Petr. 2, 21. coll. 1 Reg. 13, 26. ἐπιστρέψας αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ. — tropice: redeo ad meliorem frugem, redeo ad Deum et, quod inde ſequitur, ei denuo obſequium praeſto: *emendo vitam, resipisco.* Utraque notio interdum ſingulatim ponitur, ut Luc. 17, 4. ἐπιστρέψῃ (ſcl. ἐπί σε) λέγων· μετανοῶ. Act. 3, 19. μετανοήσατε οὖν καὶ ἐπιστρέψατε: — interdum ἐπιστρέφεσθαι ſimpliciter, Matth. 13, 15. Marc. 4, 12. Jo. 12, 40. Act. 28, 27. Luc. 22, 32. coll. Sir. 17, 25. 18, 13. 5, 7. — Saepius non legitur.

Ἐπιστροφή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιστρέφω) reditus, Sir. 40, 2. 49, 3. — emendatio, Sir. 18, 21. Pſalt. Sal. 16, 11. παιδεύειν εἰς ἐπιστροφήν. — *converſio ad verum Deum* et *veram pietatem*, Act. 15, 3.

Ἐπισυνάγω, f. άξω, (ἐπὶ et συνάγω) *congrego in eundem locum, colligo*, Matth. 23, 37. 24, 31. Marc. 13, 27. Luc. 13, 27. coll. Zach. 14, 2. Pſ. 102, 23. 106, 45. 2 Macc. 2, 18. *Paſſiv. congregor, conflluo;* Marc. 1, 33. Luc. 12, 1. coll. Mich. 4, 11. 1 Macc. 5, 11. 38.

Ἐπισυναγωγή, ῆς, ἡ, (ab ἐπισυνάγω) 1) *actio congregandi* in locum ad coetum; 2 Theſſ. 2, 1. ἡμῶν ἐπισυναγωγὴ ἐπ' αὐτὸν, ſpes, nos olim congregatum iri ad dominum. — 2) *multitudo congregata ipſa*, ſocietas congregatorum. Hebr. 10, 25. ἐγκαταλείποντες τὴν ἐπισυναγωγὴν ἑαυτῶν, ipſorum, chriſtianorum ſocietatem deſerentes. cf. 2 Macc. 2, 7. ἕως ἂν συναγάγῃ ὁ θεὸς ἐπισυναγωγὴν τοῦ λαοῦ, multitudinem, coetum populi.

Ἐπισυντρέχω, (ἐπὶ et συντρέχω) *confluo ad, concurro ad.* Marc. 9, 25. ἐπισυντρέχει ὁ λαὸς, quum videret multitudinem concurrentem ſcl. ad ipſum et aegrotum.

Ἐπισύστασις, εως, ἡ, (ἐπὶ et σύστασις, collectio, congregatio; ſeditio, 3 Esdr. 5, 72. vel ab ἐπισυνίσταμαι, coëo, ſeditionem moveo, inſurgo, Num. 14, 35. 26, 9.) *confluxus multitudinis, coitio, ſeditio*, Act. 24, 12. ἐπισύστασιν ποιῶν ὄχλου, populum ad ſeditionem excitans. — 2 Cor. 11, 28. ἡ ἐπισύστασίς μου, quotidiani impetus multorum *adverſus me.* Genitivus enim μου ita reſolvendus eſt, ut ἐν τῇ ἐπισυστάσει κυρίου, Num. 26, 9. in ſeditione adverſus Deum, hebr. בְּהִצָּתָם עַל־יְהוָה. Intelligit apoſtolus inimicorum minoris momenti fere quotidianos impetus, v. c. falſorum doctorum. Alii: perturbatio ex multitudine adeuntium et ſollicitantium orta. — (*Joſeph.* Contra Apion. 5, 20. ὧν ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπισυστάσεως, ejusdem conjurationis ſocius. *Sext. Empir.* Ethic. 127.)

Ἐπισφαλής, ές, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ἐπὶ et σφάλλω, ſupplanto, evertó) 1) ad cadendum pronus, inſtabilis; Sap. 9, 14. ἐπισφαλεῖς αἱ ἐπίνοιαι θνητῶν. — 2) facile labefactans, lubricus; — inde metaph.: *periculoſus;* Act. 27, 9. (*Polyb.* 1, 11. 10.) *Heſych.* ἐπισφαλής· βλαβερός, ἐπικίνδυνος.

Ἐπισχύω, f. ύσω, (ἐπὶ et ἰσχύω) transitive: robur addo, et intransitive: fortis ſum, valeo. (*Xenoph.* Oec. 11, 13.) 1 Macc. 6, 6. Sir. 29, 1. Semel Luc. 23, 5. οἱ δὲ ἐπίσχυον λέγοντες, illi autem acrius contendebant; fortaſſe rectius: vehementius urgebant, dum dicerent. Sic Exod. 12, 33. חָזַק עַל־הָעָם לְמַהֵר, urſit populum ut feſtinaret, LXX. κατεβιάζοντο τὸν λαόν. Poteſt vero etiam ex uſu ejusdem verbi חָזַק (Exod. 7, 13. 8, 15. 10, 20. 27. 14, 4. 8.) verti: obdurarunt ſcl. ſe, animo obdurato conclamarunt.

Ἐπισωρεύω, f. εύσω, (ἐπὶ et σωρεύω) *in cumulum congero, acervatim aggero.* Semel 2 Tim. 4, 3. ἑαυτοῖς ἐπισωρεύσουσι διδασκάλους, ſibi in damnum doctores (falſos) ſibi comparabunt, eos in ſuum damnum ſectabuntur.

Ἐπιταγή, ῆς, ἡ, (ab ἐπιτάσσω) 1) *mandatum, praeceptum*, — e. g. Chriſti 1 Cor. 7, 6. 25. 2 Cor. 8, 1. 3 Esdr. 1, 16. κατὰ τὴν ἐπιταγὴν τοῦ βασιλέως. Sap. 14, 16. — de Deo: *decretum, voluntas*, Rom. 16, 26. 1 Tim. 1, 1. Tit.

1, 3. coll. Sap. 18, 16. — 2) *lex, ordo;* Sap. 19, 6. ἡ κτίσις ὑπηρετοῦσα ταῖς ἰδίαις ἐπιταγαῖς. Sic intelligo Tit. 2, 15. ἔλεγχε μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, suo quaeque ordine. Respicit enim ad praecepta vers. 1—10. prolata. Alii: severe et graviter.

Ἐπιτάσσω, — ττω, f. άξω, (ἐπὶ et τάσσω) 1) collocо; de acie instructa, 1 Macc. 4, 61. ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν. ib. 6, 50. 2) *jubeo, mando,* Luc. 14, 22. — τινὶ, Marc. 1, 27. Marc. 6, 39. 9, 25. Luc. 4, 36. 8, 25. 31. Act. 23, 2. Philem. v. 8. — Marc. 6, 27. ἐπέταξεν (scl. αὐτῷ) ἐνεγθῆναι. Saepius non legitur. coll. Gen. 49, 32. Dan. 6, 9. 3 Esdr. 2, 26. 28.

Ἐπιτελέω, ῶ, f. έσω, (ἐπὶ et τελέω) 1) *ad finem perduco, absolvo,* — negotium s. opus, Rom. 15, 28. 2 Cor. 8, 6. Phil. 1, 6. 1 Sam. 3, 12. — collationem beneficiorum, 2 Cor. 8, 11. — emendationem vitae, 2 Cor. 7, 1. — aedificium exstruendum, Hebr. 8, 5. coll. 3 Esdr. 6, 4. 14. — 2) *perago, facio,* Esth. 9, 27. 3 Esdr. 8, 16. — de sacris, Hebr. 9, 6. τὰς λατρείας, coll. Levit. 6, 27. *Philo* de Somn. p. 653. ἐπιτελεῖν λειτουργίας. *Herodian.* 1, 5. 4. et saepius apud profanos. — Luc. 13, 32. ἰάσεις ἐπιτελεῖν, aegrotos sanare, sed ita ut prorsus sani fiant. coll. 2 Mace. 12, 8. (Psalt. Sal. 6, 8. πᾶν αἴτημα ψυχῆς ἐπιτελεῖ ὁ κύριος,) — 3) *sustineo, patior;* 1 Petr. 5, 9. τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων τῇ ἡμῶν ἀδελφότητι ἐπιτελεῖσθαι, easdem calamitates sustinendas, perferendas esse fratribus nostris. (τὰ τοῦ γήρως ἐπιτελεῖσθαι, senectutis molestias sustinere, *Xenoph.* Mem. 4, 8. 8. ἄθλους ἐπιτελ., pugnas sustinere, *Apollod.* 2, 4. 12.) — Superest locus Gal. 3, 3. ἐναρξάμενοι πνεύματι, νῦν σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε, ubi ἐπιτελεῖσθε alii pro passivo accipiunt, quod hic significationem activam habeat, ut interdum apud profanos (vid. *Matthiae* Gramm. gr. p. 469.), alii pro medio eodem sensu. Sed quum Apostolus non scripserit τὴν σάρκα ἐπιτ., sed τῇ σαρκὶ, vellem potius ἐπιτελεῖσθε in significatione media accipere: *sibi finem imponere, desinere;* νῦν (ἐν) σαρκὶ ἐπιτελεῖσθε, nunc in observatione legis mosaicae desinere vultis. Nescio autem, an ἐπιτελ. hoc sensu in aliquo scriptore legatur. — Saepius non extat.

Ἐπιτήδειος, εια, ον, 1) aptus, idoneus; de hominibus, Sap. 4, 5. 1 Macc. 10, 19. 2 Macc. 3, 37. de loco 1 Macc. 4, 46. — 2) τὰ ἐπιτήδεια, *necessaria, quibus opus est,* 1 Chron. 28, 2. 1 Macc. 14, 34. 2 Macc. 2, 39. — In N. T. semel Jac. 2, 16. τὰ ἐπιτήδεια τοῦ σώματος ad alendum tegendumque corpus necessaria. 3 Macc. 6, 30. τὰ πρὸς εὐωχείαν ἐπιτήδειά τινι χορηγεῖν, alicui praebere quae epulo faciendo sunt necessaria.

Ἐπιτίθημι, f. θήσω, (ἐπὶ et τίθημι), quod apud LXX. maxime respondet hebr. נָתַן, שִׂים et תֵּשִׂים, 1) *impono*: *onus ἐπί τινα*, Matth. 23, 4. Luc. 15, 5. Act. 15, 10. Gen. 21, 14. 2 Reg. 18, 14. et τινι, Act. 15, 28. — *manum* α) *ἐπί τινα*, Matth. 9, 18. Act. 8, 17. 9, 17. (Apoc. 1, 17.) Levit. 1, 4. Num. 27, 18. β) manum τινι, Matth. 19, 13. 15. Marc. 5, 23. Luc. 4, 40. 13, 13. Act. 6, 6. 8, 9. 19, 12. 13, 3. 19, 6. 28, 8. 1 Tim. 5, 22. — *coronam ἐπὶ τὴν κεφαλὴν*, Matth. 27, 29. 1 Sam. 17, 38. et τῇ κεφαλῇ, Jo. 19, 2. — crucem τινι, Luc. 23, 26. — candelam *ἐπὶ τὴν λυχνίαν* super candelabrum, Marc. 4, 21. Luc. 8, 16. coll. Exod. 29, 6. (נָתַן). — Ἐπιτιθ. ἐπάνω τινος, super aliquem pono, ei impono, Matth. 21, 7. (coll. 1 Reg, 13, 29.) Matth. 27, 37. — 2) *admoveo, do, ἐπί τι*, Act. 28, 3. κάλαμον ἐπὶ τὴν δεξιὰν, Matth. 27, 29. χεῖρας sive πηλὸν ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμούς, Marc. 8, 25. 16, 18. Jo. 9, 15. coll. Sap. 8, 13. Num. 6, 18. 16, 7. 17. 18. — de necessariis: *suppedito, adporto*, Act. 28, 10. ἐπέθεντο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. coll. Sir. 10, 5. — de plagis, vulneribus: *infligo*, Luc. 10, 30. πληγάς τινι, Act. 16, 23. ἐπί τινα, Apoc. 22, 18. — 3) *insuper addo*, Apoc. 22, 18. ἐπιθῇ ἐπ' αὐτά. — 4) ἐπιτιθ. τινι, *irruo in aliquem, hostiliter aggredior*, (proprie me oppono adversus aliquem, sive ἐπιτιθ. τινι τὴν χεῖρα, 2 Reg. 11, 16.) Sic semel Act. 18, 10. οὐδεὶς ἐπιθήσεταί σοι, τοῦ κακῶσαί σε, nemo molietur mala adversus te. Sic saepius apud LXX., Gen. 43, 18. pro hebr. הִתְגַּלֵּל, irruit. 2 Chron. 24, 21. 25. pro קָשַׁר conspiravit. Jer. 50, 24. pro יָקוּשׁ laqueum tendit. Ps. 62, 3. Gen. 11, 6. etiam *ἐπί τινα*, 1 Sam. 23, 27. 30, 1. 2 Chron. 25, 13. 28, 18., ubi in hebr. est פָּשַׁט, irruit. Eodem sensu habes in Psalt. Sal. 9, 10. *Joseph.* Ant. Jud. 9, 7. 2. 1, 20. 1. *Xenoph.* Cyr. 6, 3. 6. — Saepius non extat.

Ἐπιτιμάω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et τιμάω) 1) pretium rei augeo; deinde quum τιμάω dicatur de judice poenam aestumante, ἐπιτιμάω τινι est 2) *aliquem moneo de injuria sua*, ut Luc. 17, 3. 23, 40. 2 Tim. 4, 2. — inde: *objurgo, exprobro, increpo*, Matth. 16, 22. Marc. 8, 32. 33. — etiam *punio, perdo*, Jud. v. 9. Zach. 3, 2., ubi גָּעַר, quod etiam Ps. 9, 6. 68, 21. ita legitur. — 3) *compesco, cohibeo, coërceo*; mare et ventos, Matth. 8, 26. Marc. 4, 39. Luc. 8, 24. (Ps. 106, 10.) febris impetum, Luc. 4, 39. — importunos homines, Matth. 19, 13. Marc. 10, 13. Luc. 9, 55. 18, 15. 19, 39. coll. Ps. 106, 9. Nah. 1, 4. — 4) *serio, jubeo*, Marc. 9, 25., ubi formula jubendi sequitur; Matth. 17, 18. 20, 31. Marc. 1, 25. 10, 48. Luc. 4, 35. 41. 9, 21. 42. 18, 39. (Matth. 16, 20., ubi multi codd. ἐπετίμησεν pro διεστείλατο.) — Ἐπιτιμᾶν τινι, ἵνα μή, *serio vetare*, Matth. 12, 16. Marc. 3, 12. 8, 30.

Ἐπιτιμία, ας, ἡ, (ab ἐπιτιμάω) profanis est: status civis, qui juribus suis gaudet. Nostris scriptoribus est: *retributio, poena*, a judice dicta; i. q. profanis τὸ ἐπιτίμιον. Sic 2 Cor. 2, 6. et Sap. 3, 10. οἱ δὲ ἀσεβεῖς κατὰ λογισμὸν, ἔξουσιν ἐπιτιμίαν. Sic etiam apud *Philonem*, cujus loca collegit *Loesnerus* p. 300.

Ἐπιτρέπω, f. ψω, (ἐπὶ et τρέπω) 1) verto ad; 2) metaph.: committo, trado; Gen. 39, 6. hebr. נתן. — 3) *mando*, praecipio, Marc. 10, 4. — 4) *permitto, concedo*, Jo. 19, 38. Act. 27, 3. 2 Cor. 16, 7. Hebr. 6, 3. frequente dativo personae; Matth. 8, 21. (31.) 19, 8. Marc. 3, 13. Luc. 8, 32. 9, 59. 61. Act. 21, 39 sq. 1 Tim. 2, 12. Ἐπιτρέπεταί τινι, concoditur alicui, Act. 26, 1. 28, 16. 1 Cor. 14, 34. coll. Esth. 9, 14. Job. 32, 14. 1 Macc. 16, 6. Saepius non legitur.

Ἐπιτροπή, ῆς, ἡ, (a perf. med. verbi ἐπιτρέπω) *potestas concessa, demandata*; — potestas arbitrii, 2 Macc. 13, 14., ubi est arbitrium, decisio ipsa. — In N. T. semel Act. 26, 12. μετ' ἐξουσίας καὶ ἐπιτροπῆς, quod pro ἐξουσίας ἐπιτραπείσης, potestas plenaria a Synedrio demandata.

Ἐπίτροπος, ου, ὁ, (ab ἐπιτρέπω) is, cujus curae aliquid commissum est, quodcunque sit, vel cura regni, provinciae, urbis, praedii, rei domesticae, pupilli, aliarumve rerum; igitur *procurator, praefectus, tutor, vicarius*. In N. T. ter, a) *procurator rei domesticae*, Luc. 8, 3. ἐπίτροπος ἡρώδου, oeconomus, rerum domesticarum regis inspector. (*Joseph.* Antiq. 12, 6. 6. Agippa, rex Judaeorum Thrumastum, manumissum, τῆς οἰκίας ἐπίτροπον, rerum suarum domesticarum curatorem, fecit.) Matth. 20, 8. *oeconomus*, (*Xenoph.* Oec. 12, 2. et 21, 9. — b) *tutor*, Gal. 4, 2. (*Mellah.* V. Hist. 13, 44.) — In V. T. 2 Macc. 11, 1. 13, 2. 14, 2. de regni vicario s. praefecto.

Ἐπιτυγχάνω, f. τεύξομαι, aor. 2 ἐπέτυχον, (ἐπὶ et τυγχάνω) 1) *eveniendo alicui*, seq. dativo personae, *contingo alicui*, Rom. 11, 7. τοῦτο (sic enim Griesb. pro τούτου) ὃν ἐπέτυχεν (scl. αὐτοῖς s. αὐτῷ); ἡ δὲ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν scl. αὐτοῖς; i. e. quod Israelitae quaesiverunt, scl. per legis observationem gratiam Dei consequi, id non contigit iis; attamen ἐκλογὴ iis contigit. — 2) *nanciscor* aliquid, seq. genitivo rei; τῆς ἐπαγγελίας, Hebr. 6, 15. 11, 33. coll. Prov. 12, 27. etiam omisso genitivo rei, Jac. 4, 2. (Inde absolute: cui omnia prospere succedunt; Gen. 39, 2. Josephus ἦν ἀνὴρ ἐπιτυγχάνων.)

Ἐπιφαίνω, f. ανῶ, (ἐπὶ et φαίνω) 1) *apparere facio, ad, super, in*; (tropice, 3 Macc. 2, 19. ἐπιφανὲς τὸ ἔλεος σου) 2) *desuper splendeo, appareo*; de astris, Act. 27, 20. (de fulmine, Epist. Jer. 60.); de astro salutis i. e. servatoris,

Luc. 1, 79. — *Passiv. conspicuus fio*, splendido modo, Gen. 35, 7. ἐκεῖ ἐπεφάνη αὐτῷ ὁ θεός; tropice: conspicuus fio, insigni modo innotesco, Tit. 2, 11. 3, 4. — coll. 2 Macc. 3, 30. 15, 13.

Ἐπιφάνεια, ας, ἡ, (ab ἐπιφαίνω) apparitio splendida rei cujusdam; de imaginibus splendidis in coelo conspicuis in salutem Israëlitarum et terrorem hostium legitur 2 Macc. 2, 22. 3, 24. 5, 4. 12, 22. 15, 27. coll. 2 Sam. 7, 23. — In N. T. de apparitione splendida, (astri instar Luc. 1, 78. 79.) Christi legitur in scriptis Pauli, et quidem cum de adventu splendido *futuro*, ubi Christus, nunc in coelis latens, apparebit nubibus vectus ad judicium habendum, 2 Thess. 2, 8. 1 Tim. 6, 14. 2 Tim. 4, 1. 8. Tit. 2, 13. tum de ejus apparitione in mundo jam facta per ejus nativitatem, 2 Tim. 1, 10. quam apostolus ἐπιφάνειαν appellat, quatenus filius Dei, antea in coelo versatus, nunc homo apparuit. Sic saepius in Test. XII. Patr. v. c. p. 541 sq. κύριος ὁ θεὸς μέγας τοῦ Ἰσραὴλ φαινόμενος ἐπὶ γῆς ὡς ἄνθρωπος. — p. 546. ὀφθήσεται κύριος ἐν ἀνθρώποις. p. 615. ἕως τοῦ ἐλθεῖν τὸ σωτήριον τῷ Ἰσραήλ, ἕως παρουσίας τοῦ θεοῦ τῆς δικαιοσύνης.

Ἐπιφανής, ἐς, οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ab ἐπιφαίνω) *splendidus*, tropice: *illustris*, 1 Macc. 1, 10. — De miraculis quibus Deus suam potentiam asserit in hostes suos, *horribilis, terrorem a Deo incutiens*, sic Act. 2, 20. ex more LXX., qui saepius ita vertiserunt hebr. נורא, Jud. 13, 6. Joel. 2, 11. ἡμέρα κυρίου ἐπιφανὴς σφόδρα, ib. v. 31. Hab. 1, 7. φοβερὸς καὶ ἐπιφανής. 2 Macc. 15, 34. Etiam ἐπιφάνεια 2 Sam. 7, 23. respondet hebr. נוראות, miracula terrorem inspicientia.

Ἐπιφαύω, ἐπιφαύσω, (ἐπὶ et φαύω, Aeol. pro φάω, luceo) i. q. ἐπιφαύσκω, quod Job. 28, 5. 31, 26. 41, 10. et apud profanos occurrit, *affulgeo, resplendeo, splendorem emitto*. Semel Eph. 5, 14. ἐπιφαύσει σοι ὁ Χριστός, splendor Christi tibi lucebit; sensus: Christus tibi propitius erit, te beabit. Convenit cum formula hebraica: ἐπιφάναι κύριος τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, Num. 6, 25. Ps. 31, 20. 67, 1. 119, 134. Dan. 9, 17.

Ἐπιφέρω, f. ἐποίσω, aor. 1. ἐπήνεγκα, (ἐπὶ et φέρω) 1) *adfero, adporto*, Act. 19, 12. ἐπὶ τοὺς ἀσθεν. ἐπιφ. ad aegrotos adferre. — 2) adfero, *insuper addo, adjicio*, Phil. 1, 16. θλῖψιν τοῖς δεσμοῖς, mala addere vinculis. (*Philo* de legat. ad Cai. p. 1009. πῦρ ἐπιφέρων πυρὶ, ignem addens incendio.) — 3) *infero* in aliquem, ὀργὴν, poenas infligo, Rom. 3, 5. (*Joseph.* Ant. Jud. 2, 14. 2. ἄλλην τοῖς Αἰγυπτίοις ἐπιφέρει πληγήν) — κρίσιν βλασφημίας, judicio blasphemo proscindere, Jud. v. 9. (*Polyb.* ὄγκους, κινδύνους ἐπιφέρων,

vid. *Raphel.* annot. e Polyb. p. 551.) — *αἰτίαν ἐπιφέρειν, crimen inferre, criminis accusare,* Act. 25, 18. (*Joseph.* Ant. Jud. 2, 6. 7. *αἰτίαν ἐπιφέρειν ἀνδράσιν. Herodian.* 3, 8. 12.) *Phavor.* ἐπιφέρειν, κατηγορεῖν. — In V. T. *τὴν χεῖρα ἐπιφέρειν ἐπί τινα,* manum alicui inferre, 1 Sam. 11, 23. 24, 7. 11. Zach. 2, 9.

Ἐπιφωνέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et φωνέω) 1) *clamo* adversus aliquem, Luc. 23, 21. Act. 22, 24. ἐπεφώνουν αὐτῷ, 2) *acclamo,* ad consensum indicandum; de populo acclamante regi, Act. 12, 22. Eodem sensu 3 Esdr. 9, 47. 2 Macc. 1, 23. 3 Macc. 7, 13. πᾶν τὸ πλῆθος ἐπιφωνήσαντες τὸ ἀληθινόν.

Ἐπιφώσκω, (ἐπὶ et φώσκω, luceo) idem quod ἐπιφαύσκω et ἐπιφαύω, *illucesco.* Matth. 28, 1. τῇ ἐπιφωσκούσῃ scl. ἡμέρᾳ, (*Herodot.* 3, 242.) sive ἕω (*Aristot.* Probl. sect. 25. qu. 5. ὑποφωσκούσης ἕως) illucescente die s. aurora, primo diluculo. vid. etiam *Raphelii* annot. e Polyb. p. 117. — Luc. 23, 54. σάββατον ἐπέφωσκε, sabbatum illucescebat i. e. *instabat,* ἔμελλε ἐπιφώσκειν. Lucas, quum uteretur verbo ἐπιφώσκειν de sabbato, ex more Syrorum de initio diei per solis ortum facto cogitavit. Hebraei enim vix verbo illucescere uti poterant de diei initio, quod apud eos a solis occasu fieri dicebatur. Monent quidem, Judaeos initio sabbati accendisse lucernas, atque propterea Judaeis vesperam sabbati dictam esse. אור, et אורתא, quare Lucas uti potuerit verbo ἐπιφώσκειν; sed haec nimis artificiosa sunt, nec ἐπιφώσκω, ὑποφώσκω, de luce lucernarum unquam dicitur, sed potius de luce astrorum.

Ἐπιχειρέω, ῶ, f. ήσω, (ἐπὶ et χείρ) proprie: *manum admoveo, manum injicio;* — alicui, i. e. *adorior* eum, hostiliter aggredior. (*Joseph.* de vita s. §. 44. φανερῶς γὰρ ἐπιχειρεῖν (adoriri eum) οὐκ ἐτόλμα.) — alicui operi, i. e. *tento, conor,* Luc. 1, 1. ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν. Similiter 2 Macc. 2, 29. ζωγραφεῖν ἐπιχειρῶν. — 2) *conor, audeo,* Act. 9, 29. ἐπιχείρουν ἀνελεῖν. ib. 19, 13. ἐπεχείρησαν ὀνομάζειν. coll. 2 Macc. 7, 19. θεομαχεῖν ἐπιχειρήσας, ib. 9, 2. Interdum est machinor, 3 Macc. 6, 24. et respondet hebr. בקש, Esth. 9, 25 et 3 Esdr. 1, 28. coll. 2 Chron. 35, 22. ubi hebr. נסה.

Ἐπιχέω, f. εύσω, (ἐπὶ et χέω, fundo) *infundo, affundo,* Luc. 10, 34. coll. Lev. 5, 11. Gen. 28, 18. 2 Reg. 9, 6.

Ἐπιχορηγέω, ῶ, f. ήσω, (ex ἐπὶ et χορηγέω.) — Χορηγοὶ dicitur proprie de iis, qui choros ducunt, suis sumtibus choros instruunt. Inde translatum est ἐπιχορηγεῖν ad sumtus quoscunque, et profanis est: *sumtus facio, suppeditio, largior.* Sic in N. T. 2 Cor. 9, 10. ex Jes. 55, 10., ubi

נתן (LXX. δῶ). Gal. 3, 5. — *subministro, praesto*, 2 Petr. 1, 5. ἐπιχορ. τὴν ἀρετὴν. ib. v. 11. ἐπιχορηγηθήσεται ὑμῖν ἡ εἴσοδος, aditus vobis datur, via struitur. coll. Sir. 25, 22., ubi mulier dicitur ἐπιχορ. τῷ ἀνδρὶ, marito subministrare adferendo largam dotem. — In loco autem Col. 2, 19., ubi ecclesia dicitur σῶμα διὰ τῶν ἁφῶν καὶ συνδέσμων ἐπιχορηγούμενον καὶ συμβιβαζόμενον, ἐπιχορηγέω esse videtur: *alterum alteri jungo*, ut choragi facere solent, *jungendo construo*; igitur: corpus juncturis et vinculis inter se nexis constructum sive exstructum; i. e. coetus mutua necessitate et concordia unitus et crescens. In loco enim parallelo Eph. 4, 16. apostolus pro ἐπιχορ. scripsit συναρμολογούμενον. (Hac notione *disponendi* etiam legi apud *Lucian.* in Necyomant. T. I. p. 477. ed. *Hemsterh.*, ibique cum διατάττειν jungi, notavit *Schleusnerus* in Lex. sub Χορηγέω.)

Ἐπιχορηγία, ας, ἡ, ex ἐπὶ et χορηγία, quod primum est: choragium, ludus choricus, v. c. 2 Macc. 4, 14. *Xenoph.* Oecon. 2, 6., deinde: *largitio, impensae*, Esdr. 5, 3. 9. — Inde ἐπιχορηγία profanis est: *suppeditatio, subministratio*, et sic Phil. 1, 19. — Sed utitur Paulus Eph. 4, 16. hoc vocabulo etiam (ut antea ἐπιχορηγέω, quod vide,) de *constructione* qua alterum alteri ordine jungitur, ut fit in choris. Dicit enim: σῶμα (i. e. ecclesia) connexum et compactum διὰ πάσης ἁφῆς τῆς ἐπιχορηγίας per junctura quascunque constructionis, quod pro: διὰ πάσης ἐπιχορηγίας τῶν ἁφῶν, per summum perfectissimum nexum junctararum; sensus: vinculo mutuae necessitatis summae unitum corpus.

Ἐπιχρίω, f. ίσω, (ἐπὶ et χρίω) *inungo, illino*: Jo. 9, 6. 11.

Ἐπιών, vid. Ἔπειμι.

Ἐποικοδομέω, ῶ, f. ήσω (ἐπὶ et οἰκοδομέω) 1) *superstruo, superaedifico*, 1 Cor. 3, 10. 12. 14., ubi doctores coetus colligentes et augentes comparantur cum aedificatoribus. — Christiani ipsi dicuntur Eph. 2, 20. ἐποικοδομηθέντες ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων, templum exstructum super apostolis (eorum auctoritate et doctrina) tanquam fundamento. Frequens Paulo coetus Christianorum comparatio cum templo Deo dicato; cf. 1 Cor. 3, 16. 6, 19. Eph. 4, 12. Similis tropus subest Col. 2, 7. ἐποικοδ. ἐν αὐτῷ, eo tanquam fundamento vestro nixi. — 2) addo ad ea quae jam effecta sunt, *augeo, incrementa do*; Act. 20, 32. τῷ δυναμένῳ ἐποικοδ., qui (Deus) potest augere scl. coetum vestrum Jud. v. 20. ἐποικοδομοῦντες ἑαυτοὺς, vobis invicem incrementa dantes scl. in fide et pietate. Sic hebr. נצב etiam est *augere*, et dicitur v. c. de sobolis incremento, Gen. 30, 3. Deut. 25, 9.

Ἐποκέλλω, f. ελῶ, aor. ἐπώκειλα, (ἐπὶ et ὀκέλλω, appello) *impingo, allido*, de navi ad littus sive scopulos allidente, Act. 27, 41. ἐπώκειλαν τὴν ναῦν, impegerunt navem. (*Polyb.* 1, 20. 15.)

Ἐπονομάζω, f. άσω, (ἐπὶ et ὀνομάζω) cognomino. — deinde i. q. simplex ὀνομάζω, *nomen do, nomino*. Sic saepius apud LXX. pro hebr. קָרָא, Gen. 4, 16. 24. 5, 2. 3. 30, 10. Deut. 2, 11. 20. Jos. 7, 26. Lev. 24, 11. et semel in N. T. Rom. 2, 17.

Ἐποπτεύω, f. εύσω, (ἐπὶ et ὄπτομαι) *inspicio, attente inspicio* s. *contemplor*. Bis 1 Petr. 2, 12. 3, 2. (*Polyb.* 5, 69. 6. 31, 12. 13.)

Ἐπόπτης, ου, ὁ, (ab ἐποπτεύω) *qui inspicit, inspector*; sic 3 Macc. 2, 21. *Hesych.* ἐπόπτης· Ζεὺς ἢ θεατής. 2 Macc. 3, 29. 7, 35. — Deinde: *qui ipse vidit, testis oculatus*; sic semel 2 Petr. 1, 16. Profanis ἐπόπτης quoque dicitur, cui mysteria inspicere licuit, qui ad profundissima mysteria admissus est, ut etiam ἐποπτεύειν ii dicuntur, qui mysteriis Eleus. penitus sunt initiati. Potest igitur ἐπόπται γενηθ. in loco Petrino quoque esse: quibus intima, perfectissima cognitio praestantiae ejus concessa fuit.

Ἔπος, εος, τὸ, (ab ἔπω) verbum; — carmen (Sir. 44, 5.) In N. T. non nisi in formula ὡς ἔπος εἰπεῖν, Hebr. 7, 9., quae profanis est: vel *ut breviter dicam*; vel: *si ita dicere licet, ut ita dicam*. Vid. *Kypkii* obss. *Raphel.* annot. e Polyb. ad h. l.

Ἐπουράνιος, ίου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἐπὶ et οὐράνιος) qui est in coelo, venit de coelo, in coelum, *coelestis, divinus*. Est autem in N. T. a) *in coelo habitans*, de Deo; πατὴρ ἐπουράνιος, Matth. 18, 35. (2 Macc. 3, 39. αὐτὸς (scl. θεὸς) τὴν κατοικίαν ἐπουράνιον ἔχων) *coelicola*, Phil. 2, 10. de angelis (vid. Ἄγγελος). — *in coelo exstructa, ibi parata*, de Hierosolyma coelesti, Hebr. 12, 22. (coll. Apoc. 21, 2.) — σώματα ἐπουρ. astra coelo affixa, 1 Cor. 15, 40. — βασιλεία ἐπουρ. regnum s. felicitas summa pios manens in coelis, 2 Tim. 4, 18. — patria ἐπουρ. Hebr. 11, 16. eodem sensu. — b) *qui de coelo, a Deo venit*, κλῆσις ἐπουρ. Hebr. 3, 1. δωρεὰ ἐπουρ. Hebr. 6, 4. — 1 Cor. 15, 48. οἷος ὁ ἐπουράνιος, τοιοῦτοι καὶ οἱ ἐπουράνιοι, qualis est Christus qui de coelo venit et in coelum abiit, tales et nos olim erimus coelicolae; i. e. nostrum corpus simile erit corpori Christi coelesti, ib. v. 49. (Vid. Phil. 3, 21., ubi σῶμα τῆς δόξης.) — Τὰ ἐπουράνια, a) *coelum ipsum*, Dei sedes, Eph. 1, 20. — ib. 2, 6. συνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρ. ducet nos (scl. in posterum, quod e versu sq. supplendum) ad coelum, ubi Christus nunc versatur. Eph. 3, 10. ἐξουσίαι ἐν τοῖς ἐπουρ. angeli coelicolae (Vid. Ἐξουσία). Ib. 6, 12., ubi spiritus

mali dicuntur versari ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, i. e. in coelo inferiori, coelo nubium. (Test. XII. Patr. p. 546 sq.: ὁ δεύτερος (scl. οὐρανὸς) ἔχει πῦρ, χιόνα, κρύσταλλον, ἕτοιμα εἰς ἡμέραν προστάγματος κυρίου, ἐν τῇ δικαιοκρισίᾳ τοῦ θεοῦ. ἐν αὐτῷ εἰσι πάντα τὰ πνεύματα τῶν ἐπαγωγῶν εἰς ἐκδίκησιν τῶν ἀνόμων.) — b) *res coelestes*; de sanctuario coelesti prototypo mosaici, Hebr. 8, 5. 9, 23. (Test. XII. Patr. p. 550.: ἤνοιξέ μοι τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ, καὶ εἶδον τὸν ναὸν τὸν ἅγιον. coll. p. 586. Vid. etiam Ἅγιος.) — res divinae, *doctrina de rebus divinis*, Jo. 3, 12. Eph. 1, 3. Saepius non habetur.

Ἑπτά, οἱ, αἱ, τά, numerale cardinale indeclinabile; 1) *septem*, Matth. 15, 34. 36. Act. 20, 6. et passim. — Act. 13, 19. ἑπτὰ ἔθνη, vid. Deut. 7, 1., ubi nominantur. — Matth. 12, 45. Luc. 11, 26. ἑπτὰ explicant *plures*, ut Gen. 7, 2. 1 Sam. 2, 5. coll. Ps. 119, 164., ubi ἑπτάκις esse videtur iteratis vicibus. (*Suid.* τὸ ἑπτὰ ἐπὶ πλήθους τάττεται.) Sed possunt etiam septem intelligi, coll. Marc. 16, 9. Luc. 8. 2. Numerus enim septenarius Hebraeis non sine omine erat cum in bonam tum in malam partem. Vid. e V. T. Gen. 2, 2. 7, 2. 29, 18. 41, 2. Exod. 7, 25. Lev. 4, 6. 13, 33. Num. 4, 23. — e N. T. Apoc. 1, 4. 12. 20. 3, 1. 4. 5. 5, 1. 8, 2 et passim. — Matth. 18, 22. ex hebraismo ἑπτὰ pro ἑπτάκις, *septies*, ut שבע. Gen. 33, 3. 1 Reg. 18, 43. — 2) οἱ ἑπτὰ scl. διάκονοι. Act. 21, 8. Haud dubie enim ad exemplum ecclesiae Hierosolymitanae (Act. 6, 3.) etiam in ecclesia Caesareensi septem electi erant diaconi, qui pauperum et aegrotorum curam gererent.

Ἑπτάκις, adv. *septies*. Matth. 18, 21. 22. ἕως ἑπτάκις, num septies? Luc. 17, 4., ubi ἑπτάκις pro *saepissime*, numerus definitus pro numero majori indefinito positus esse videtur. cf. Ps. 119, 164. Jer. 15, 9.

Ἑπτακισχίλιοι, αι, α, (ἑπτάκις et χίλιοι, mille) *septies mille*, *septem millia*. Rom. 11, 4. coll. Num. 3, 22. Job. 1, 3.

Ἔπω, in praesenti inusitatum, aor. 1. εἶπα, aor. 2. εἶπον, inf. εἰπεῖν, partic. εἰπών, (in N. T. maxime sequente dativo personae, sequente πρός τινα autem semel apud Matth. 3, 15. et Marc. 12, 7. saepissime autem in Lucae Evang. et in Actis, passim apud Joannem; saepius apud LXX.) — *dico*, hebr. אמר, et דבר, Matth. 2, 8. 4, 3. 8, 8. 10. Luc. 7, 40. et saepissime. — Jo. 1, 15. ὃν εἶπον, de quo (v. 30. περὶ οὗ) dixeram. — *loquor*, περί τινος, Matth. 17, 13. Luc. 12, 3. Jo. 7, 39. c. 6, 59. 11, 51. — Εἶπεν ἐν παραβολαῖς, Matth. 22, 1. sive διὰ παραβολῆς. Luc. 8, 4. loquutus est parabolas, sive docuit in parabola. — Καλῶς εἰπεῖν τιν, blande loqui, Luc. 6, 26. — Εἰπεῖν ἐν τῇ καρδίᾳ, Matth. 24, 48. Rom. 10, 6. ex hebraismo est: *cogitare*, אמר בלב, Deut.

8, 17. Eccles. 2, 15. 3, 17. Ps. 14, 1. 35, 28. Idem valet εἰπεῖν ἐν ἑαυτῷ, Matth. 9, 3. 21, 38. Luc. 7, 39. 16, 3. 18, 4. Esth. 6, 6. 4, 12. — πρὸς ἑαυτοὺς, Marc. 12, 7. Jo. 7, 35. 12, 19. sive πρὸς ἀλλήλους, Luc. 2, 15. Jo. 19, 24. inuicem. — Pro diversitate orationis contextae varie usurpatur hoc verbum, non solum profanis, quibus etiam est: mando, jubeo, narro, cano, sed potissimum nostris scriptoribus, simplicitatem linguae hebr., ex qua אָמַר de quocunque fere sermone dicitur, sequutis. Verti igitur potest: a) *jubeo, praecipio;* Luc. 7, 7. εἰπὲ λόγῳ, uno modo verbo jube. Matth. 22, 24. Marc. 7, 10. Act. 8, 29. Jac. 2, 11. coll. Exod. 19, 8., ubi דָּבַר. 2 Chron. 24, 9. et Exod. 35, 1. Lev. 9, 6., ubi in textu hebr. צִוָּה. — Sic potissimum in formula εἰπὲ ἵνα, Matth. 4, 3. 22, 21. Luc. 4, 3. 10, 40. et ubi infinitivus sequitur, Matth. 16, 11. 12. 23, 3. Marc. 5, 43. 8, 7. 10, 49. Luc. 9, 54. 19, 15. 1 Cor. 4, 6. Sap. 9, 8. — b) *enarro*, Luc. 24, 24. *annuncio*, Matth. 21, 5. (Jes. 62, 11.) 22, 4. 28, 7. Marc. 16, 7. Luc. 13, 32. Jes. 36, 4. — c) *notum facio, patefacio*, Matth. 2, 13. 8, 4. 16, 20. 17, 9. 24, 3. Marc. 16, 8. Luc. 8, 56. Jo. 4, 39. 18, 34. 20, 15. LXX. hebr. הֹגִיד, 2 Reg. 22, 10. Jes. 41, 22. — d) *defero* rem ad judicem, Matth. 18, 17. εἰπὲ τῇ ἐκκλησίᾳ. Act. 24, 20. εἰπάτωσαν, proferant, deferant ad judicem. — e) *praedico, promitto*, Matth. 28, 6. 7. Marc. 12, 36. 14, 16. 72. 16, 7. Jo. 2, 22. 14, 28. 16, 4. Eodem sensu LXX אָמַר, Deut. 1, 21, 19, 8. 27, 3. coll. Jes. 41, 22. τὰ ἐπερχόμενα εἴπατε ὑμῖν, hebr. הַגִּידוּ. — f) *doceo*, Jo. 3, 12. τὰ ἐπίγεια, c. 12, 49. 14, 26. coll. Job. 12, 7. hebr. הוֹרֶה. — g) *moneo*, Col. 4, 17. h) *affirmo*, σὺ εἶπας, ipse affirmas, Matth. 26, 25. 64. — Matth. 27, 43. εἶπε γὰρ affirmavit enim, nisi hic est *gloriari, se jactare*, ut אָמַר, Ps. 64, 4. Jes. 16, 6. Eodem modo accipi potest 1 Jo. 1, 6. 8. 10. 4, 20. — i) *simulo*, Matth. 28, 13. Jo. 8, 55. coll. Gen. 12, 13. 19. — k) *profiteor, confiteor*, Marc. 5, 33. εἶπαν πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. — Luc. 7, 42. εἰπὲ, dic, profitere tuam sententiam. Luc. 20, 2. 22, 66. Jo. 10, 24—26. 14, 2. Act. 2, 29. Tit. 1, 12. coll. Ps. 118, 2. 3. 4. — l) *profero*, πονηρὸν ῥῆμα, Matth. 5, 11. λόγον, Matth. 12, 32. (Num. 22, 35.) παραβολὴν, Marc. 12, 12. Luc. 6, 39. 19, 11. τὶ, Luc. 12, 11. 12. Jo. 7, 36. Act. 21, 37. preces, Matth. 26, 44. Marc. 14, 39. — m) *precor, rogo*, Jo. 11, 41. 42. Jo. 12, 27. τί εἴπω, quid rogem? Marc. 9, 18. — n) *voco*, Jo. 10, 35. 1 Cor. 12, 3., ut אָמַר. Jes. 4, 3. 19, 18. 61, 6., ubi LXX καλεῖν. — o) *acclamo*, Matth. 3, 7. 5, 22. 16, 23. 21, 21. Act. 14, 10. *exclamo*, Matth. 18, 3. 23, 39. 27, 25. Marc. 5, 7. Luc. 8, 28. Jo. 19, 30. LXX קָרָא. Gen. 45, 1. 1 Sam. 3, 16. — p) *quaero, interrogo*, Matth. 11, 3. 13, 10. 17, 19. Marc. 11, 3. Zach. 1, 9. —

q) *objicio*, Matth. 21, 31. ἐάν τις ὑμῖν εἴπῃ τι, si quis contradicat. 1 Cor. 1, 15. ἵνα μή τις εἴπῃ, ne quis objiciat, coll. Pf. 114, 10. — r) *respondeo*, Matth. 2, 5. 8, 21. 32, 9. 15, 34. Luc. 8, 30. Act. 9, 5. Zach. 1, 9. — Saepius v. c. Matth. 3, 15. 4, 4. 11, 4. Luc. 5, 22. Marc. 6, 37. 7, 6. ἀποκριθεὶς εἶπε, respondit, in hunc modum. coll. Jes. 21, 9. — s) *respondendo explico*, *respondendo solvo*, Matth. 21, 24. λόγον εἰπεῖν, Luc. 20, 3. Marc. 13, 4. εἰπὲ ἡμῖν, explica nobis. Luc. 20, 39. καλῶς εἶπας, recte respondisti ad quaestionem propositam.

Ἔραστος, ου, ὁ, *Erastus* (amabilis), nom. propr. viri, Act. 19, 22. Rom. 16, 23. 2 Tim. 4, 20. commemorati, ceterum ignoti.

Ἐργάζομαι, f. άσομαι, aor. 1. εἰργασάμην, perf. pass. εἴργασμαι, (ab ἔργον) 1) ἔργον ποιέω, *opus*, *laborem facio*, *laboro*, Matth. 2, 28. ἐργάζου ἐν τῷ ἀμπελῶνι. (ἐργάζομαι ἐν ἔργοις γῆς, Test. XII. Patr. p. 626. ἐργαζ. τὴν γῆν, Gen. 2, 15. 3, 23. 4, 2.) — *opificium facio*, *manu laboro*, Luc. 13, 14. Act. 18, 3. 1 Cor. 4, 12. 9, 6. Eph. 4, 28. ἐργαζ. τὸ ἀγαθὸν, opificium utile faciens. 1 Thess. 2, 9. 4, 11. 2 Thess. 3, 8—12. coll. Exod. 20, 9. עבד. Prov. 31, 18. — 2) *negotia facio*, lucri causa, *negotior*, Matth. 25, 16. εἰργάσατο ἐν αὐτοῖς, iis negotiabatur. Apoc. 18, 17. ὅσοι τὴν θάλασσαν ἐργάζονται, pro κατὰ τὴν θάλασσαν. Ps. 107, 23. ποιοῦντες ἐργασίαν ἐν ὕδασι. (Profanis τὴν θάλασσαν ἐργάζεσθαι dicuntur piscatores victum in mari quaerentes.) — 3) *mihi comparo*; Jo. 6, 27. ἐργάζεσθε, comparate vobis. 2 Jo. v. 8. ἃ εἰργασάμεθα, quae jam acquisivimus. Eodem sensu ἐργασία, Sir. 6, 20. — 4) *efficio*, *operor*, *facio*, i. q. ποιέω, Jo. 5, 17. — varie dicitur: a) τὰ ἱερὰ, sacra facere, 1 Cor. 9, 13. coll. 1 Chron. 6, 49. 9, 13. 28, 13., ubi ἐργασία de sacris legitur. — b) ἔργον κυρίου, rem domini, 1 Cor. 16, 10. — c) ἀνομίαν, Matth. 7, 23. ἁμαρτίαν, Jac. 2, 9. peccatum facere, peccare, coll. Job. 34, 32. Ps. 6, 8. פעל. — d) τὴν δικαιοσύνην, Act. 10, 35. τὸ ἀγαθὸν, Rom. 4, 4. 5. quae recta sunt facere. Alio sensu ἐργαζ. δικαιοσύνην legitur Hebr. 11, 33. vid. Δικαιοσύνη et locum Zeph. 2, 3. — e) ἔργον καλὸν ἐργαζ. εἴς τινα Matth. 26, 10. sive ἐν τινι, Marc. 14, 6. aliquid boni et honesti alicui facere, beneficium collocare in aliquem, Gal. 6, 10. et 2 Jo. v. 5., ubi ἐργάζεσθαι simpliciter positum est: beneficum esse. Contra: κακὸν ἐργαζ. τινι, inique erga alium agere, Rom. 13, 10. Prov. 3, 30. — f) de miraculis: *efficio*, *patro*, Jo. 6, 30. τί ἐργάζῃ, scl. σημεῖον. Similiter Act. 13, 41. Hab. 1, 5. coll. Ps. 74, 13. εἰργάσατο (פעל) σωτηρίαν. — 5) *perficio*, *perago*, Jo. 6, 28. c. 9, 4. τὰ ἔργα τοῦ πατρός. Col. 3, 23. (Exod. 35, 10.) ἐργαζέσθω (עשה) πάντα, ὅσα συνέταξε κύριος. — Εἰργασμένα ἐν θεῷ, Jo. 3,

21. peracta secundum Dei voluntatem. Saepius non habetur.

Ἐργασία, ας, ἡ, (ab ἐργάζομαι) 1) *opificium*, quo exercendo victus paratur, Act. 19, 25. coll. Sir. 7, 14. Jon. 1, 8. מְלָאכָה Ps. 107, 23., ubi de mercatura. Similiter ἔργον Gen. 47, 3., ubi hebr. מַעֲשֶׂה. — 2) *ministerium*, Eph. 4, 19. εἰς ἐργασίαν ἀκαθαρσίας πάσης, ad ministerium impuritatis i. e. ad exercenda quaecunque scelera. Apud LXX saepius de ministerio s. administratione sacrorum, 1 Chron. 6, 49. 28, 20. 3 Esdr. 8, 49. coll. 8, 21., ubi legitur עֲבֹדָה, LXX. δουλεία. — 3) *lucrum* ex opificio, Act. 16, 16. 19. 19, 24. (*Xenoph.* Mem. 3, 10. 11.) — 4) *opera* in formula διδόναι ἐργασίαν, *operam dare*, qui Latinismus legitur Luc. 12, 58. Etiam apud *Joseph.* Ant. Jud. 3, 1. 7. ἐργασία est opera, Mühe: μὴ σὺν πόνῳ μηδ' ἐργασίᾳ τὸ ποτὸν αὐτοῖς φανῆναι.

Ἐργάτης, ου, ὁ, 1) *operarius*, qui opus aliquod manu tractat, vel *opifex*, Act. 19, 25. — vel operarius mercede conductus, *mercenarius*, Matth. 10, 10. 20, 1. 2. 8. Luc. 10, 7. 1 Tim. 5, 18. Jac. 5, 4. coll. Sap. 17, 17. — operarius in messe colligenda, *messor*, Matth. 9, 37, 38. Luc. 10, 2., ubi doctores ita dicuntur, qui homines ad regnum coelorum colligere debeant. Transtulit Paulus quoque ad *doctores* in ecclesia, opus domini facientes vel facere simulantes; non solum enim dicitur sensu malo, ἐργάται δόλιοι, 2 Cor. 11, 13. κακοί, Phil. 3, 2., sed etiam bono: ἐργάτης ἀνεπαίσχυντος, 2 Tim. 2, 15. (Test. XII. Patr. p. 746. ἐργάτης κυρίου.) — 2) *faciens*, *patrans*, ἐργάται τῆς ἀδικίας, Luc. 13, 27. malefici. — 2 Macc. 3, 16. ἐργάται τῆς ἀνομίας.

Ἔργον, ου, τὸ, quod apud LXX respondet hebr. מְלָאכָה, מַעֲשֶׂה, עֲבֹדָה, פֹּעַל, est 1) *opus*, *factum*, cum quod peragitur, tum quod peractum est; quo sensu ἔργον opponitur τῷ λόγῳ, Col. 3, 17. ἐν λόγῳ ἢ ἐν ἔργῳ, dicendo agendove. 2 Cor. 10, 11. τῷ ἔργῳ, agendo. Luc. 24, 19. δυνατὸς ἐν ἔργῳ καὶ λόγῳ dicendo et agendo, dicto factoque. Act. 7, 22. Rom. 15, 18. Sir. 3, 8. — Inde: *facta eximia*, *facinora*, *miracula*, Matth. 11, 2. Act. 13, 41. Hebr. 3, 9. et Jo. 7, 3. 21. 14, 10—12. 15, 24. coll. Hab. 3, 2. Ps. 95, 10. — 2) *facta* ratione legis moralis, Jo. 3, 19. 20. 21. 7, 7. Luc. 11, 48. Act. 26, 20. Rom. 2, 6. 7. Apoc. 2, 2. 5. 9. 16, 11. in quibus locis ἔργα interdum omnem agendi rationem, *mores* indicare videtur. — Inde ἔργα ἀγαθὰ, et καλὰ, *recte*, *honeste facta*, Matth. 5, 16. Rom. 13, 3. Eph. 2. 10. Col. 1, 10. etiam opera *beneficentiae*, 1 Tim. 2, 10. Act. 9, 36. Matth. 26, 10. Phil. 1, 6. τὸ ἔργον ἀγαθὸν, opus beneficum scil. vos salvandi per Christum; unde etiam ἔργον simplex

beneficium, Hebr. 6, 10. et ἔργα absolute de πολιτείᾳ christiana, Eph. 2, 9. vid. Tit. 3, 5., ubi plenius dicuntur ἔργα τὰ ἐν δικαιοσύνῃ. — Ἔργα πονηρὰ, *male facta*, Col. 1, 21. Inde ἔργον simpliciter. 1 Cor. 5, 2. *maleficium*. Alii minus recte vertunt: incestus, turpis concubitus, quanquam hic subintelligendus est. Sed 2 Petr. 2, 8. ἔργα ἄνομα speciatim de *coaubitu flagitioso*, contra naturam facto. Est enim sermo de Sodomitarum libidine. Sic quoque hebr. מעשה. Gen. 19, 8. (LXX. ἄδικον) usurpatur; coll. Jud. 19, 24. Eodemque modo ἔργον in Test. XII. Patr. p. 529. et πράξις ibid. p. 530. de coitu. — Huc et pertinet formula: retribuere κατὰ τὰ ἔργά τινος, quae in utramque, maxime malam partem dicitur et verti potest: pro *agendi ratione*, pro *merito*; Matth. 23, 3. Rom. 2, 6. 2 Cor. 11, 15. 2 Tim. 1, 9. 1 Petr. 1, 17. Apoc. 2, 23. 18, 6. 20, 12. 13. coll. Prov. 24. 12. Jer. 5, 29. Inde etiam factum est ut in Apocal. 14, 13. ἔργα de praemiis et c. 22, 12. ἔργον de merito diceretur. — 3) special. τὰ ἔργα *pietatis exercitia*, quae cernuntur in *externis* actionibus; Matth. 23, 5. quae Hebr. 6, 1. dicuntur ἔργα νεκρὰ, infructuosa. Ib. 9, 14. Secundum LXX. ἔργα saepissime de sacris et caerimoniis, Num. 4, 16. 8, 25. 3 Esdr. 5, 38. 7, 9. coll. Esdr. 3, 8. 6, 18. Inde Paulus Rom. 3, 27. legem mosaic. vocat νόμον τῶν ἔργων, quatenus habet praecepta singulas fere quasque actiones pietatis definientia. — 4) *opus quod agendo efficitur, id quod formatur*, Act. 7, 41. ἔργα τῶν χειρῶν, manu facta, exsculpta, de imaginibus idolorum. — Ἔργα τοῦ θεοῦ, *res creatae* a Deo, opera a Deo profecta, (Act. 15, 18.) Hebr. 1, 10. (2, 7.) 4, 3. 4. 10. 2 Petr. 3, 10. ἔργα τὰ ἐν τῇ γῇ, res creatae in hac terra. Inde *homo* dicitur Rom. 14, 20. ἔργον τοῦ θεοῦ, *creatura* Dei, vid. v. 16. coll. Jes. 64, 8. 45, 11. Sic Ephes. 2, 10. ποίημα. — Dicitur itaque ἔργον quoque de *aedificio*, 1 Cor. 3, 13 — 15. et eodem tropo usus Paulus 1 Cor. 9, 1. ecclesiam Corinth. appellat suum ἔργον. coll. 3 Esdr. 6, 11 et 7, 3. — 5) *actio efficiendi s. peragendi ipsa, praestatio*; Eph. 4, 12. εἰς ἔργον διακονίας, ad praestanda officia scl. ecclesiae debita. 1 Thess. 1, 3. ἔργον τῆς πίστεως, fidem praestitam factis. Jac. 1, 4. ἡ ὑπομονὴ ἔργον τέλειον ἐχέτω, constantia perfectissimo modo praestetur. (Alii hic ἔργον pro praemio s. effectu; qua de significatione copiose exposuit *Kypkius* in obss. sacr. II, 419. coll. 1 Chron. 9, 19. 23, 24. — 6) *opus commissum, res peragenda*, Marc. 13, 34. Gen. 39, 11. Exod. 20, 9. — In Joannis evangelio totum illud opus, quod Jesus ex Dei voluntate peragere debebat, τὸ ἔργον, c. 4, 34. 17, 4. sive τὰ ἔργα, Jo. 5, 20. 36. 10, 25. 32. 33. 37. 38. dicitur et complectitur non solum miracula vi divina a Jesu patrata, (c. 7, 3. 21. 14, 10 — 12. 15, 24.) sed ea etiam, quae tan-

quam doctor divinus peregit. Interdum magis ad mandata dantem quam ea exsequentem respicitur, et ἔργον est *mandatum, praeceptum* de eo, quod faciendum est, ut Jo. 6, 28. 29. 9, 3. ἵνα φανερωθῇ τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ ἐν αὐτῷ, ut per illum manifestentur mandata a Deo (mihi) tradita. Ib. v. 4. Sic quoque Jac. 1, 25. ποιητὴς ἔργου, est qui observat praecepta. Act. 2, 26. τηρεῖν τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ, qui observat Dei praecepta, (nisi hic fortasse est: qui fideliter adhaeret rei divinae.) — Inde etiam ἔργον 7) de *officio* peragendo, de *munere* demandato; et quidem de officio doctoris religionis christianae, Act. 13, 2. 14, 26. 15, 38. Gal. 6, 4. Phil. 1, 22. τοῦτό μοι καρπὸς ἔργου, hoc mihi utile est, ut officio apostoli satisfaciam. 1 Thess. 5, 13. 1 Tim. 3, 1. — ἔργον εὐαγγελιστοῦ, 2 Tim. 4, 5. — 8) *res gerenda, coeptum*, Act. 5, 38. coll. Deut. 15, 10. Job. 34, 21. Sap. 2, 12. — 9) denique notanda sunt loca, ubi τὸ ἔργον τινὸς commemoratur, quod fit vario sensu. Valet enim: a) *eadem* vel *similia* iis, quae alius quis fecit; τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ποιεῖν, agere ad exemplum Abrahami, Jo. 8, 39. — Τὰ ἔργα τοῦ πατρὸς ὑμῶν scl. diaboli, ib. v. 41. scl. occidere homines iustos, vid. v. 44. Τὰ ἔργα τῶν Νικολ. Apoc. 2, 6. coll. Ezech. 16, 30. ἔργα τῆς πόρνης. — b) *res alicuius*, id quod habet in consiliis, quod mandavit; sic ἔργον τοῦ κυρίου, res christiana, propagatio religionis christianae, 1 Cor. 15, 58. 16, 10. Phil. 2, 30. — c) *id quod aliquis efficit*; ἔργα τοῦ σκότους, facta, quibus se exserit vitiolitas, Rom. 13, 12. Eph. 5, 11. Ἔργα τῆς σαρκὸς, Gal. 5, 19. τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, i. e. efficaciam diaboli, 1 Jo. 3, 8. Ἔργον τῆς πίστεως, id quod efficere debet fides, 2 Thess. 1, 11. Eodem modo ἔργα τῆς πίστεως in epist. Jacobi, facta s. probitas, quam persuasio christiana efficere debet, c. 2, 14. 17. 18. 20. 21. 24. 25. Patet hoc potissimum e versu 22. et 26. — d) *id, quod aliquis jubet, facta* ex praecepto alicuius, s. *praecepto consentanea*; sic in epistolis Pauli ἔργα νόμου, *facta legi mos. consentanea, observatio legis*, Rom. 3, 20. 28. 4, 2. 6. 9, 11. 32. 11, 6. Gal. 2, 16. 3, 2. 5. 10. — Τὸ ἔργον τοῦ νόμου, obligatio ad obsequium erga legem divinam, Rom. 2, 15.

Ἐρεθίζω, f. ίσω, *excito, irrito, lacesso*; sensu malo legitur 1 Macc. 15, 40. 2 Macc. 14, 27. Deut. 21, 20. et Test. XII. patr. p. 650. ubi idem est quod παροξύνειν. Sic quoque Col. 3, 21. — Sensu bono accipiunt plurimi 2 Cor. 9, 2. (*Suid.* ἐρεθίζειν· παρορμᾶν ἐπί τι, καὶ παραθήγειν), sed etiam hic esse potest: ad iram, invidiam excitare, lacessere. Hesych. ἐρέθιζε· παρόξυνε.

Ἐρείδω, f. είσω, *figo, infigo, firmiter innitor*. Act. 27, 41. ἡ πρῴρα ἐρείσασα, infixa scl. scopulo. *Hesych.* ἐρεῖσαι· ἐπερεῖσαι, ἐπιστηρίξαι. coll. Prov. 3, 26. 11, 16.

Ἐρεύγω, ἐρεύγομαι, f. εὐξομαι, 1) *exspuo, eructo*; copiose emitto, de aquis Lev. 11, 10. — 2) *clamorem eructo*; — de bestiis *rugio*, 1 Macc. 3, 4. Hos. 11, 11. Am. 3, 4. 8. — *verba eructo, plena voce proloquor, palam profero.* Matth. 13. 35. ut hebr. נָבַע, *scaturivit*, Ps. 119, 171. Ps. 78, 2. Prov. 1, 23.

Ἐρευνάω, ῶ, f. ήσω, *investigo, scrutor, perscrutor* seq. accusativo objecti. Dicitur de investigatione et perscrutatione rerum occultarum, reconditarumque, quae nec ab omnibus, nec facile cognoscuntur. 1 Pet. 1, 11. Jo. 7, 52. ἐρεύνησον scl. τὰς γραφὰς, quod additur c. 5, 39. — τὰς καρδίας, Rom. 8, 27. Ap. 2, 23. — τὰ βάθη τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 2, 10. coll. Gen. 31, 35. 44, 12. 1 Reg. 20, 6. Prov. 20, 27.

Ἐρέω, ῶ, f. ἐρῶ, perf. εἴρηκα, (LXX. hebr. אָמַר et דָּבַר) sequente dativo personae, rarius seq. πρὸς, Hebr. 1, 13. Ezech. 33, 2. interdum seq. ὅτι, Matth. 21, 3. Luc. 19, 31. Jo. 6, 65. — 1) *dico*, Matth. 7, 4. 22. 26, 75. Jo. 4, 18. Act. 13, 34. et saepius. — Usurpant autem nostri hoc verbum, ut alia verba dicendi (vid. εἴπω), ad imitationem hebr. אמר vario modo, ita ut pro loci et nexus ratione verti possit: *jubeo, mando*, Matth. 13, 30. 17, 10. Luc. 17, 7, 8. Jo. 12, 50. Luc. 4, 12. εἴρηται praecipitur in lege. Gen. 31, 6. — *respondeo*, Luc. 19, 31. Rom. 11, 19. 2 Cor. 12. 9. Ἀποκριθεὶς ἐρεῖ, Luc. 13, 25. Deut. 27, 14. — *praedico*, Luc. 22, 13. Act. 2, 16. — *exclamo*, Luc. 23, 29. Apoc. 19, 3. coll. v. 1. Judic. 7, 18. — *affirmo* Jo. 6, 65. *acclamo*, τὸ ἀμήν, 1 Cor. 14, 16. Deut. 27, 15 sqq. — *promitto*, Hebr. 13, 5. coll. Jos. 1, 3. — *objicio*, Matth. 21, 25. Rom. 9, 19. 1 Cor. 15, 35. Jac. 2, 18. — 2) *patefacio, notum facio, declaro*, Matth. 21, 24. Marc. 11, 29. coll. Job. 15, 18. οἱ σοφοὶ ἐροῦσιν καὶ οὐκ ἔκρυψαν, hebr. הגיד. — 3) *profero dictum, sententiam*, Luc. 4, 23. 12, 10. Act. 17, 28. Matth. 25, 34. 40 sq. Act. 8, 24. 13, 40. Heb. 4, 3. — τὸ εἰρημένον *dictum, effatum*, Rom. 4, 18. Luc. 2, 24. — 4) *loquor* περί τινος, de aliquo in aliquid, Jo. 11, 13. Hebr. 4, 4. — 4) *voco, appello*, Jo. 15, 15. ut εἰπεῖν, quod vide. — 5) Denique notanda formula a) κακῶς ἐρεῖν τινα, alicui *maledicere*, quae iisdem verbis habetur Exod. 22, 28. ubi ἐπὶ ante accusativum subjecti omissum videtur, ut 1 Chr. 21, 10. τρία ἐρῶ ἐπὶ σέ. — b) τί ἐροῦμεν, quae formula legitur in scriptis Pauli, Rom. 3, 5. 4, 1. 6, 1. 7, 7. 9, 14. 30. et plenius: τί ἐροῦμεν πρὸς ταῦτα, Rom. 8, 31. nostrum: was sollen wir dazu sagen? *quid igitur statuendum, putandum, dicendum?* — Etiam 1 Cor. 14, 23. ἐρεῖν accipi potest pro: *opinari, statuere*, scl. ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ut Jes. 49, 21. coll. Jes. 14, 24, ubi respondet hebr. דמה, cogitavit.

Ἐρημία, ας, ἡ, (ab ἔρημος) *solitudo, locus solitarius*, ubi homines nulli habitant; quare *Josephus* Ant. 2, 3. 1. πρό-

νοιαν dicit καὶ μήτε τῶν ἐπ' ἐρημίαις πραττομένων ὑστεροῦσαν, μήτε τῶν κατὰ τὰς πόλεις. coll. Sap. 17, 17. Sic etiam in N. T. 2 Cor. 11, 26. ubi ἐρημία et πόλις sibi opponuntur, et Matth. 15, 33. Marc. 8, 4. Hebr. 11, 38. ubi *loca inhabitata*, tractum terrae solitarium indicat. coll. Ezech. 33, 4. 9. *Etym. M.* Ἐρημία· ἡ τῶν ἐνοικούντων μονωθεῖσα χώρα.

Ἔρημος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, 1) *solitarius*, — ἔρημος τόπος, locus ubi homines non sunt, nec eo veniunt, Marc. 1, 35. 45. — *non habitatus*, Matth. 14, 13. 15. Marc. 6, 31. 32. 35. Luc. 4, 42. 9, 10. — 2) ex adjuncto: *desolatus*, *desertus*, ἔρημος ἀπὸ ἀνθρώπων καὶ κτηνῶν, ut Jer. 33, 10. dicitur, *devastatus*, Matth. 23, 38. Luc. 13, 35. Act. 1, 20. (Ps. 69, 20.) Act. 8, 26. coll. Jes. 14, 17. Neh. 2, 17. Ezech. 36, 35. Lev. 26, 31. 3) Ἡ ἔρημος scl. χώρα, substantive, ut hebr. מדבר *locus solitarius, non habitatus, desertum*, Matth. 24, 26. Apoc. 12, 6. 14. 17, 3. Gen. 16, 7. — αἱ ἔρημοι, loca *solitaria*, Luc. 1, 80. 5, 16. 8, 29. — *desertum pascuis aptum*, Luc. 15, 4. (Matth. 18, 12. τὰ ὄρη) coll. Exod. 3, 10. — In specie dicitur in N. T. a) de deserto, quod Israelitae, in terram Canaan profecti, peragrarunt, *desertum arabicum*, inter mare rubrum et Palaestinam, quod etiam ἡ ἔρημος τοῦ ὄρους Σινᾶ, Act. 7, 30. caeterum simpliciter ἡ ἔρημος dicitur, Jo. 3, 14. 6, 31. Act. 7, 36 — 44. 13, 18. 1 Cor. 10, 5. Hebr. 3, 8. 17. coll. Psal. 78, 18. — b) *desertum Judaeae*, lacui Asphaltidi versus occasum adjacens, ἡ ἔρημος τῆς Ἰουδ. Matth. 3, 1. coll. Judic. 1, 16. — Caeterum ex nexu locorum est definiendum de quonam deserto sermo fit. Fuit enim praeterea etiam desertum juxta Jerichuntem, Bersabam, Bethsaidam (Luc. 9, 10.). — Matth. 4, 1. Marc. 1, 3. 4. 12. Luc. 3, 2. Jo. 11, 54. — Act. 21, 38. (coll. Joseph. Ant. 20, 8. 6.) ubi desertum intra Jerichuntem et montem olivarum intelligendum esse videtur.

Ἐρημόω, ῶ, f. ώσω, (ab ἔρημος) ἔρημον *facio*, — *desolo*, *depopulor*, Apoc. 17, 16. ποιεῖν ἠρημένην uxorem i. e. urbem desolatam reddere scl. ab incolis; (ἠρήμωσεν τὴν γῆν ἀπὸ ἐνοικούντων αὐτὴν, Psalt. Sal. 17, 13.). — urbem, Apoc. 18, 19. coll. Ezech. 26, 19. Esdr. 4, 15. Jes. 24, 10. — *devasto*, *destruo*, βασιλείαν, Matth. 12, 25. Luc. 11, 17. coll. Jes. 34, 10. Sir. 16, 5. — *dissipo*, *ad nihilum redigo*, τὸν πλοῦτον, Apoc. 18, 16. Sir. 21, 5.

Ἐρήμωσις, εως, ἡ, (ab ἐρημόω) *desolatio*, *devastatio*, Luc. 21, 20. — Βδέλυγμα ἐρημώσεως, Matth. 24, 15. Marc. 13, 14. vid. Βδέλυγμα. — Legitur etiam in Test. XII. patr. p. 584. ἐπιστρέψουσιν εἰς γῆν ἐρημώσεως αὐτῶν, in terram suam desolatam.

Ἐρίζω, f. ίσω, (ab ἔρις), *rixor*, *litigo*, *certo*, Sir. 8, 2. 11, 9. 1 Sam. 12, 14. — Ex adjuncto, quoniam rixantes

solent clamare; est: *clamo, clamorem edo;* Matth. 12, 19. hebr. צעק Jes. 42, 2. ubi LXX. οὐ κεκράξεται.

Ἐρίθεια, ειας, ἡ, (ab ἐριθεύω, quod primum est: pro mercede laboro; deinde de magistratibus et judicibus: ambitione, largitione permotus ago, partium sum studiosus, contentiosus) 1) labor pro mercede; 2) *ambitio, invidia;* Phil. 2, 3. Jac. 3, 14. 16. — Phil. 1, 16. οἱ ἐξ ἐριθείας, ambitione, invidia ducti. — Ex adjuncto: *contentiones* ex invidia et ambitione natae, 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — 3) dicitur etiam de fastu, qui cum Deo litigare audet; Rom. 2, 8. οἱ ἐξ ἐριθείας, *immorigeri, Dei contemtores.* (In V. T. non legitur.)

Ἔριον, ου, τὸ, diminut. à τὸ ἔρος sive εἶρος (ab εἴρω, necto), *lana.* Bis; Apoc. 1, 14. coll. Dan. 7, 9. Jes. 1, 18. Prov. 31, 13. Ps. 148, 5. (Etiam de vestimento e lana confecto, Deut. 22, 1. Ezech. 34, 3) — Hebr. 9, 19. ubi Moses dicitur usus esse sanguine vitulorum et hircorum μετὰ ὕδατος καὶ ἐρίου κοκκίνου, καὶ ὑσσώπου (de quibus Exod. 24, 3 sqq. et Levit. 14, 16 sqq. nihil legitur) i. e. mixto cum aqua, cineribus hyssopi et lanae coccineae conspersa. De quo more vid. Levit. 14, 1 — 7. Num. 19, 1 sqq. *Josepb.* Antiq. 4, 4. 6. *Philo* de alleg. I, p. 848 sq. coll. Ps. 51, 9.

Ἔρις, ιδος, ἡ, (accus. ἔριν pro ἔριδα, Phil. 1, 15. et nom. plur. ἔρεις pro ἔριδες 2 Cor. 12, 20.) 1) *contentio, certamen, rixa,* Rom. 1, 29. 13, 13. 1 Cor. 3, 3. 1 Tim. 6, 4. coll. Sir. 40, 5. 9. 28, 11. — Ἔρεις, lites, certamina, 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. — certamina doctorum inter se disputantium, Tit. 3, 9. — 2) *studium* certandi s. rixandi, Phil. 1, 15. — 3) ἔριδες, *factiones, partes,* 1 Cor. 1, 11.

Ἐρίφιον, ίου, τὸ, diminutiv. ab ἔριφος, foetus caprae recens; *hoedulus.* Semel Matth. 25, 33. ubi i. q. ἔριφος, versu 32.

Ἔριφος, ου, ὁ, ἡ, *hoedulus,* bis; Luc. 15, 29. coll. Gen. 38, 17. 27, 9. Sir. 47, 3. — Matth. 25, 32. ubi impii cum hoedulis comparantur, ratione impuritatis et libidinis hoedorum, ut pluribus interpretibus visum est; fortasse quatenus morti aeternae impii erant devovendi, diabolique potestati subjiciendi. Vid. Levit. 16, 5 — 26.

Ἑρμᾶς, ᾶ, ὁ, *Hermas,* vir christianus, Rom. 16, 14. quem quidam opinati sunt fuisse patrem apostolicum, auctorem libri, qui inscribitur: *pastor.*

Ἑρμηνεία, ας, ἡ, *interpretatio, explicatio,* 1 Cor. 14, 26. Sir. 47, 17. — *facultas interpretandi,* 1 Cor. 12, 10.

Ἑρμηνεύω; f. εύσω, *interpretor, explico.* — *verto in aliam linguam,* lingua vernacula eloquor, quae peregrino sermone dicta fuerant; Jo. 1, 39. 43. 9, 7. Hebr. 7, 2. Esdr. 4, 7. pro תרגם.

Ἑρμῆς, οῦ, ὁ, 1) *Mercurius,* Jovis et Majae filius, Deo-

rum suntius et interpres, eloquentiae, doctrinae, mercaturae patronus. Act. 14, 12. 2) *Hermes*; vir christianus, Rom. 16, 14. commemoratus, caeterum ignotus.

Ἑρμογένης, ους, ὁ, *Hermogenes*, nom. pr. viri christiani, 2 Tim. 1, 15.

Ἑρπετός, ή, ὸν, (ab ἕρπω, repo, serpo, Gen. 1, 26.), *repens, reptilis*. — Τὸ ἑρπετὸν scl. θηρίον, *animal reptile*. — Comprehendit in libris sacris animalia, praeter quadrupedes et aves, terrestria omnia. Sic Rom. 1, 23. (ut Lev. 20, 25. Gen. 7, 8. 21. 6, 20.) commemorantur aves, quadrupedes et τὰ ἑρπετά. — Jacob. 3, 7. (ut Deut. 4, 18.) θηρία, aves, ἑρπετὰ et animalia marina. — Act. 10, 12. 11, 6. autem commemorantur τετράποδα τῆς γῆς, θηρία, ἑρπετὰ, καὶ πετεινὰ, ubi, quomodo θηρία et ἑρπετὰ differant, non satis liquet. (Gen. 1, 21. ἑρπετὰ legitur de animalibus marinis minoribus, et Gen. 1, 28. ubi in hebr. נפש, de animalibus terrestribus omnino.)

Ἐρυθρὸς, ὰ, ὸν, *ruber, rufus*. — In scriptoribus sacris non nisi in formula ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα, *mare rubrum*, occurrit, quod Israëlitae, ex Aegypto egressi, transiere. Act. 7, 36. Hebr. 11, 29. coll. Sap. 10, 18. 19, 7. 1 Macc. 4, 9. *Joseph.* Ant. 2, 15. 1. 6, 7. 3. Hebraei illud mare appellabant ים סוף, *mare algosum*, LXX. ἡ ἐρυθρὰ θάλασσα (Ex. 10, 19. Deut. 1, 40. Ps. 106, 8.). Nomen ἐρυθρᾶς accepisse fertur a rege *Edom* (i. e. ἐρυθρὸς, Jes. 63, 2.), auctore gentis Idumaeorum. cf. *Fulleri* Miscell. IV, 10. *Rosenmüllerii* altes und neues Morgenland, II, p. 1 sqq.

senti his in terris, ubi opponitur morti, Matth. 22, 32. 27, 63. Marc. 5, 23. 12, 27. Luc. 20, 38. Act. 9, 41. Rom. 7, 1—3. 1 Theff. 4, 15. 17. et saepius. — 1 Tim. 5, 6. ζῶσα, quanquam viva adhuc est. Joh. 11, 26. πᾶς ὁ ζῶν, i. e. quilibet homo. — Τὸ ζῆν substantive pro ἡ ζωή, vita, Phil. 1, 2. 2 Cor. 1, 8. Hebr. 3, 11. 2 Macc. 3, 33. 7, 22. — Ἑαυτῷ ζῇ, sua propria vi vivit; Rom. 14, 7. 8. 2 Cor. 5, 15. — b) de vita *omni*, *existentia*, absolute spectata, et sempiterna. Joh. 6, 57. ζῶν πατήρ, quod c. 5. 26. clarius dicitur ἔχων ζωὴν ἐν ἑαυτῷ; ib. v. 58. ib. 6, 51. ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, in perpetuum extabit, vivet, nunquam ultam vitae suae finem experietur. Eandem formulam habes Apoc. 1, 18. 4, 9. 10. 10, 6. coll. Gen. 3, 22. — Hebr. 7, 8. ὅτι ζῇ, quod semper vivit. ib. v. 25. 1 Theff. 5, 10. 1 Petr. 4, 6. et fortasse etiam Rom. 8, 13. nisi ibi potius de vita morali intelligendum est. vid. Ἀποθνήσκω. — 4) transitive: *vitam do*, *ad vitam duco*, Psal. 141, 2. 119, 50. — In N. T. ita ἄρτος ὁ ζῶν, cibus vitam scl. aeternam dans, Joh. 6, 51. Λόγια ζῶντα, praecepta, quae ad vitam, felicitatem ducunt, Act. 7, 38. Ὁδὸς ζῶσα, via ad vitam ducens, Hebr. 10, 20. — 5) *vitae restituor*, - de *mortuis*; iterum vivo, vitae restitutus sum, Matth. 9, 18. 16, 21. 24, 23. Joh. 5, 25. 11, 25. Act. 1, 3. 25, 19. Rom. 6, 10. 13. 2 Cor. 13, 4. Apoc. 20, 4. et passim; de aegrotis: *convalesco*, Joh. 4, 51. 53. (coll. 2 Reg. 8, 8. εἰ ζήσομαι ἐκ τῆς ἀῤῥωστίας μου.) — 6) *vitam sustento*, ζῆν ἐπ' ἄρτῳ, Matth. 4, 4. Luc. 4, 4. — ζῆν ἐκ τοῦ εὐαγγελίου, 1 Cor. 9, 14. — 7) *dego*, *vitam dego*, Luc. 2, 36. ζήσασα ἔτη ἑπτά. (Prov. 28, 16. μακρὸν χρόνον ζῆν. ib. 9, 11.) Rom. 7, 9. ἔζων χωρὶς νόμου. Col. 3, 7. — 8) ut latinor. *vivo* transfertur ad *vitae rationem* et *conditionem*, ita ut indicetur, in quanam re vita maxime sit occupata, cui rei potissimum impendatur. Luc. 15, 13. ζῶν ἀσώτως. Act. 26, 5. ἔζησα φαρισαῖος. Gal. 2, 14. ἐθνικῶς. 2 Tim. 3, 12. εὐσεβῶς. Tit. 2, 12. σοφρόνως. (Sap. 14, 28. ἀδίκως). Ζῆν seq. dativo, sive seq. ἐν et κατὰ est: *vitam alicui dicare*, *secundum alicuius voluntatem* s. *praecepta vivere*. Ζῆν τῷ θεῷ, Rom. 6, 10. 11. Luc. 20, 38. Gal. 2, 19. τῇ δικαιοσύνῃ, virtuti vitam consecrare, 1 Petr. 2, 24. ζῆν πνεύματι secundum spiritus dictamina, Gal. 5, 25. Ζῆν ἐν ἁμαρτίᾳ, peccato vitam impendere, Rom. 6, 2. ζῶντες ἐν κόσμῳ, secundum hominum perversorum voluntatem, Col. 2, 20. Ζῆν κατὰ σάρκα, cupiditates sequi, Rom. 8, 12 sq. — Pertinet etiam huc Gal. 2, 20.: „non ego, qualis olim fui (legi mosaicae subjectus, Saulus) nunc vivo, sed ex Christi praeceptis, meaque praeterea tota vita hisce in terris secundum Christi praecepta instituetur. — 9) ex adjuncto, cum vita sit summum bonum, *felix sum*, *felicitate fruor*, Luc. 10, 28. Rom. 1, 17. 10, 5. Gal. 3, 11 sq. 1 Theff. 3, 8. ὅτι

νῦν ζῶμεν, felicem me praedicabo. Hebr. 12, 9. — 10.) Denique ex usu hebr. חַי, ζῶ in formulis *juranti* adhibetur: *per vitam* meam, f. Dei, f. regis. Sic semel Rom. 14, 11. ζῶ ἐγὼ, per vitam meam. Saepissime ita LXX. v. c. Num. 14, 21. 28. Judic. 8, 19. 1 Sam. 17, 56. Judith. 2, 12. 11, 7. 12, 4.

Ζεβεδαῖος, ου, ὁ, *Zebedaeus*, vir judaeus, cuius uxor Salome, filii autem Joannes et Jacobus, Apostoli, fuerunt, qui, more Hebraeorum, saepius οἱ υἱοὶ Ζεβεδαίου vocantur. Matth. 4, 21. 10, 2. 20, 20. 26, 37. 27, 56. Marc. 1, 19. 20. 3, 17. 10, 35. Luc. 5, 10. Joh. 21, 2.

Ζεστὸς, ἡ, ὸν, (a ζέω) *fervidus*, *coctus*; metaph. ut latinor. *fervidus*, *flagrans*, de studio, amore; bis Apoc. 3, 15. 16. οὔτε ψυχρὸς, οὔτε ζεστὸς, neque frigidus neque calidus in morum probitate sive Christi amore, i. e. tepidus, qui nomen quidem Christo dedit, sed amore et obsequio eius destituitur. — Sic interpretes. At cum Jesus dicat: ὄφελον ψυχρὸς ἦν, ἢ ζεστὸς, neque credibile sit, laudari potuisse statum eorum, qui a Jesu et christiana probitate prorsus essent alieni (hoc enim jam esset ψυχρὸς), nescio annon potius metaphora desumta sit a cibis, aut frigore refrigerantibus, aut calore bene coctis et gulae stomachoque adaptatis. Sensus tunc esset: similis es cibo fatuo, insipido, et χλιαρὸς v. 16. vertendum: non satis coctus. Commendatur haec conjectura eo, quod servator addit: quapropter μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου. Locus libri Sohar, quem *Eichhornius* excitavit ad priorem explicationem confirmandam, non quadrat.

Ζεῦγος, εος, ους, τὸ, (a ζεύγνυμι, jungo, copulo) 1) *jugum* quo jumenta copulantur; 2) ut latinor. jugum, *par jumentorum*, Luc. 14, 19. ζεῦγος βοῶν, צֶמֶד 1 Reg. 19, 21. Jes. 5, 10. — *par* omnino, i. e. duo eiusdem generis, Luc. 2, 24. ζεῦγος τριγόνων, par turturum, hebr. תֹּר, Lev. 5, 11. coll. Jud. 17, 10. ζεῦγος ἱματίων.

Ζευκτήριος, ία, ιον, aptus ad copulandum; inde ἡ ζευκτηρία, ας, substantive: *vinculum*, Act. 27, 40.

Ζεὺς, ὁ, gen. διὸς, dat. διΐ, acc. δία, (a ζάω) *Jupiter*, quem Graeci et Romani summum Deum et Deorum patrem habebant. Semel Act. 14, 13. ubi διὸς pro τοῦ ἱεροῦ τοῦ διὸς, *templi Jovi sacri*, positum est, ut haud raro Graeci nomen Dei pro templo eius dixerunt. cf. *Kuinoelii* comment. ad h. l. coll. 2 Macc. 6, 2.

Ζέω, f. ἑσω, 1) *ferveo*, *ebullio*; 2) tropice de animo: *ferveo*, *flagro* rei studio. Act. 18, 25. ζέων τῷ πνεύματι, ardore inflammatus. Rom. 12, 11. ζέοντες τῷ πνεύματι. *Philo* 3. de vita Mos. p. 695. ζέων καὶ πεπυρωμένος de irato.

Ζηλεύω, f. εύσω, i. q. ζηλόω. Legitur in codd. Apoc. 3, 19.

Ζῆλος, ου, ὁ, (a ζέω) 1) fervor, aestus; 2) tropice de animi affectu vehementiori quovis, ut verba fervendi, ardendi, in aliis quoque linguis; *fervor animi*, 2 Cor. 7, 11. Phil. 3, 6. κατὰ ζῆλον, fervide, ardenter. — *ira*, Act. 5, 17. 13, 45. Rom. 13, 13. 1 Cor. 3, 3. ζῆλοι, irae effectus, 1 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. Ira Dei pro *poenis*, Hebr. 10, 27. Zeph. 1, 19. 3, 9. coll. Sap. 5, 17. — *invidia fervens*, Jac. 3, 14. 16. — *ardens rei studium*, Joh. 2, 17. ὁ ζῆλος τοῦ οἴκου, (Ps. 69, 10. hebr. קִנְאָה) fervor pro templo tuendo. coll. 1 Macc. 2, 58. ζῆλος νόμου. Ζῆλος ὑπέρ τινος studium ardens in aliquem, 2 Cor. 7, 7. (Col. 4, 13. ubi Griesb. πόνον.) coll. 2 Cor. 9, 2. — ζῆλος θεοῦ, ardens studium pietatis, Rom. 10, 2. (Test. XII. Patr. p. 639.: ἐν ζήλῳ θεοῦ πορευόντια). In loco autem 2 Cor. 11, 2. ζηλῶ ὑμᾶς θεοῦ ζήλῳ, ζῆλος θεοῦ vel est: amor pius, qualem Deus habet erga homines, vel animo inspirat; vel ex hebraismo: amor *summus*, *maximus*. Saepius non extat.

Ζηλόω, ῶ, f. ώσω (a ζῆλος) 1) ferveo, 2) tropice ut ζῆλος de fervore animi, et est: *ira moveor*, 1 Cor. 13, 4. (Act. 17, 5.) — *invidia prosequor aliquem*, seq. accusativo personae, Act. 7, 9. ζηλώσαντες τὸν Ἰωσήφ, Gen. 30, 1. 37, 10. hebr. קנא. Sir. 9, 14. — *studeo ardenter* alicui, s. alicui rei, Apoc. 3, 19. ζήλωσον, studе ardenter pietati. Sequitur in N. T. accusativus 1 Cor. 12, 31. 14, 1. 39. ut etiam Ez. 39, 25. Jes. 11, 13. Sir. 51, 24. in versione alex. etiam dativus, Num. 11, 29. 25, 13. 1 Macc. 2, 26. — Studeo alicui, ei placere cupio, *benivolentiam eius capto*, sensu malo, Gal. 4, 17. 18. vid. Ἐκκλείω. — sensu bono: *amo*, salutem alicuius curo, 2 Cor. 11, 2. — *sector* aliquem *studiose*, Gal. 4, 17. ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε, ut eos studio sectemini. Jac. 4, 2. φονεύετε καὶ ζηλοῦτε, tanto studio ut vel caedem committere possitis sectamini. coll. Prov. 4, 14. μὴ ζηλώσῃς ὁδοὺς παρανόμων. ib. 3, 31. Psal. 37, 1. (*Joseph.* c. Ap. 1, 25. ζηλουμένους ὑπὸ πόλλῶν, probatos a multis.) Saepius non extat.

Ζηλωτής, οῦ, ὁ, (a ζηλόω), 1) homo *ferviduus*, *accensus zelo*. Hoc sensu accipiendum esse videtur cognomen Simonis, apostoli, Luc. 6, 15. Act. 2, 14. ei impositum, quia facile excandescebat ira et zelo; nostrum Eiferer, Hitzkopf. In V. T. saepius Deus dicitur θεὸς ζηλωτής, (קנא, Exod. 20, 5. Deut. 4, 24.) quatenus sui contemtores graviter punit, θεὸς ζηλωτὴς καὶ ἐκδικῶν κύριος, ut Nah. 1, 2. legitur. Alii cognomen Simonis inde derivant, quod antequam Christum sequeretur ad factionem Zelotarum pertinuisset, qui, teste *Josepho* (de bell. 4, 4. et 6, 7, 8. 1.), acerrimi et violenti rituum et morum antiquorum defensores, valde seditiosi erant et Romanos aeque ac Judaeos ad Romanos se accommodantes, odio fervidissimo prosequebantur. — 2) *studio rei flagrans*,

studiosissimus, (*Joseph.* c. Ap. 1, 22.) — τοῦ νόμου, Act. 21, 20. (2 Macc. 4, 2.) τῶν παραδόσεων, Gal. 1, 14. καλῶν ἔργων Tit. 2, 14. πνευμάτων, donorum spiritualium, 1 Cor. 14, 12. (1 Petr. 3, 13. codd. ζηλωταὶ pro μιμηταί.) — Act. 22, 3. ζηλωτὴς ὑπάρχων τοῦ θεοῦ, vel acer cultus divini (scl. secundum legem mos.) defensor; vel τοῦ θεοῦ ex hebraismo facit superlativum, zelo (scl. tuendae legis mos.) plenissimus.

Ζημία, ας, ἡ, 1) *detrimentum*, *damnum*, *jactura*, Act. 27, 10. 21. ubi in posteriori loco etiam esse potest *calamitas ipsa* damnum afferens; certe Phil. 3, 7. 8. est *noxa*, *malum*, (Test. XII. Patr. p. 651. ζημία ἡ ἀπώλεια. *Joseph.* Ant. 4, 8. 29.) — 2) *poena*, *mulcta*; ita apud LXX. v. c. Esdr. 7, 25. 2 Macc. 4, 48. *Joseph.* Antiq. 4, 8. 12.

Ζημιόω, ῶ, f. ώσω, (a ζημία) 1) damnum affero; ζημιόομαι, *damnum patior*, *jacturam facio*, seq. accusat. rei (cf. *Matthiae* gramm. gr. §. 420.) — 2 Cor. 7, 9. Phil. 3, 8. — τὴν ψυχὴν, animae jacturam facio, Matth. 16, 26. Marc. 8, 36. sive ἑαυτὸν, ut legitur Luc. 9, 25. coll. Prov. 19, 19. — 2) *punio*, damno afficio in poenam; 1 Cor. 3, 15. ubi opponitur μισθὸν λαμβάνειν, praemio affici, coll. Deut. 22, 19. Exod. 21, 22. Saepius non habetur.

Ζηνᾶς, ᾶ, ὁ, *Zenas*, doctor christianus, Tit 3, 13. de quo praeterea nihil constat.

Ζητέω, ῶ, f. ήσω, latinor. *quaero*, hebr. בקש et דרש; 1) *quaero*, *inquiro*, aufsuchen, suchen; proprie, de amisso, Matth. 18, 12. 28, 5. Marc. 1, 37. Luc. 2, 45. 48 sq. Joh. 6, 47. 7, 34. et passim; 1 Sam. 10, 2. 14. — de abscondito, Matth. 2, 13. 13, 45. Act. 9, 11. tropice: *cogitando*, *ratiocinando quaero*, τὸν θεὸν, Act. 17, 27. coll. Dan. 7, 19. interrogando quaero, Joh. 16, 19, ζητεῖτε μετ' ἀλλήλων. — de eo, quod adhuc non habemus omnino, Matth. 26, 59. Marc. 14, 55. ib. 13, 6 sq. 19, 10. — inquiro, ut capiam, Joh. 18, 4. 7. Act. 17, 5. — Cum quod quaerimus, postulare solemus, 2) est *postulo*, *expeto*, Matth. 7, 7. ζητεῖτε καὶ εὑρήσετε, ib. v. 8. Luc. 11, 9. 10. — σημεῖον, Marc. 8, 11. Luc. 11, 16. — σοφίαν, 1 Cor. 2, 7. 2 Cor. 13, 3. — Inde ζητεῖν παρά τινος, ab aliquo repetere, Luc. 12, 48. ζητεῖν ἔν τινι, latinor. *quaerere in aliquo*, exigere ab aliquo, 1 Cor. 4, 2. — Interdum spectatur notio adjuncta, quod opus est ea re, quam postulamus, ita ut verti possit: *opus est*, *necesse est*, *ut quaerat*, Act. 13, 11. ἐζήτει χειραγωγούς. Hebr. 8, 7. ἐζητεῖτο τόπος τινος, opus est ut locum habeat. — Cum eius rei, quam quaerimus, desiderio teneamur, 3) est *cupio*, *desidero*, *volo*, Matth. 12, 46 sq. ζητεῖν αὐτῷ λαλῆσαι, velle cum eo colloqui. coll. Luc. 8, 20. Joh. 7, 4. καὶ ζητεῖ, imo desiderat, cupit. ib. 5, 18. Act. 27, 30. Rom. 10, 3. 1 Cor. 7, 27. Gal. 2, 17. Apoc. 9, 6. ζητήσουσιν τὸν θάνατον, cupient mori. — Joh. 1,

38. τί ζητεῖτε, quid vultis? Joh. 4, 27. τί ζητεῖς, quid vis in ea? (Gen. 37, 14.). — Saepius indicat simul studium id perficiendi, quod volumus, et verti potest: *periculum facio, tento*, Luc. 5, 18. 6, 19. 9, 9. 13, 24. 17, 33. 19, 3. Joh. 1, 30. 10, 35. 19, 12. Act. 13, 8. et passim. coll. Deut. 13, 10. 1 Sam. 19, 10. Act. 16, 10. ἐζητήσαμεν ἐξελθεῖν, tentavi profoisci, paravi iter. coll. 1 Reg. 11, 22. ζητεῖς ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν σου. Gen. 43, 30. ἐζήτει κλαῦσαι. — 4) *studiosus sum alicuius, valde desidero, amo*; ζητῶ τὸ θέλημα τὸ ἐμὸν, Jo. 5, 30. — τὴν δόξαν τινὸς, Joh. 5, 44. 7, 18. 8, 50. — vid. etiam Rom. 2, 7. Gal. 1, 10. 1 Cor. 10, 24. 33. 13, 5. 2 Cor. 12, 14. 1 Thess. 2, 6. coll. Psal. 34, 15. 4, 3. Mich. 3, 2. ζητῶ τὰ πονηρὰ, hebr. בקש, amo. — Deus dicitur ζητῶν τοὺς ἀνθρώπους, quatenus eorum curam habet, eos amat, Joh. 4, 23. Homines ex hebraismo dicuntur ζητεῖν τὸν θεὸν, quatenus eum curant, et venerantur, Rom. 10, 20. Jes. 65, 1. דרש. coll. Exod. 33, 7. Psal. 24, 6. — 5) *sollicitus sum* de re acquirenda, i. q. ἐπιζητέω, Matth. 6, 33. Luc. 12, 29. (coll. v. 30. ubi ἐπιζητεῖν, et Matth. 6, 31. ubi μεριμνᾶν) ib. v. 31. — 6) ζητέω πῶς, Marc. 11, 18. 14, 1. 11. *quaero opportunitatem*, quod plenius dicitur ζητεῖν εὐκαιρίαν, Matth. 26, 16. Luc. 22, 6. interdum etiam simpliciter ζητεῖν, ut Matth. 21, 46. ζητοῦντες αὐτὸν κρατῆσαι; Marc. 12, 12. Luc. 19, 47. 20, 19. cf. Exod. 2, 15. Dan. 6, 4. — 7) ζητεῖν τὴν ψυχὴν τινος, *vitae alterius insidias struere*, Matth. 2, 20. Rom. 11, 3. — ex hebraismo frequentissimo, v. c. Exod. 4. 19. 1 Sam. 24, 10. 2 Sam. 16, 11.

Ζήτημα, τος, (a ζητέω) id, quod quaeritur, sive quaesitum est; *res controversa, quaestio*. Act. 15, 2. 18, 15. 23, 29. 25, 19. 26, 3.

Ζήτησις, εως, ἡ, (ab eodem) 1) actus quaerendi, investigatio (*Joseph.* Ant. 4, 4. 3. ib. 6, 4. 1.); — inde *disceptatio, disputatio*, Joh. 3, 25. — *altercatio*, 1 Tim. 1, 4. 6, 4. — 2) i. q. ζήτημα, *res controversa*, Act. 25, 20. 2 Tim. 2, 23. Tit. 3, 9. — Praeterea non habetur.

Ζιζάνιον, ου, τὸ, *zizanium, lolium* (Loloh, Trespe); i. q. αἴρα. *Suid.* ζιζάνιον· ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἴρα. — In N. T. legitur Matth. 13, 25—40. et hic, ut recte monuit *Wetstenius*, non lolium, sed *triticum adulterinum* est intelligendum, in Palaestina frequens, speciem tritici referens sed fructum inutilem ferens. Rabbini illud appellant זונין adulterinum, quasi scortatione natum, ut multis docuit *Buxtorf.* in lex. talm. p. 680 sq. fueruntque qui graecum ζιζάνιον ab hoc vocab. hebr. derivarent.

Ζοροβάβελ, ὁ, nom. pr. indecl. hebr. זרבבל, *Zorobabel* s. *Serubabel*, princeps sacerdotum judaeorum et dux Judaeorum, qui primi exules e Babylonia in Judaeam redie-

runt (Esdr. 2, 2. 3, 2. 8. 5, 2. 1 Chron. 3, 19.) e stirpe Davidis oriundus. Commemoratur Matth. 1, 12 sq. Luc. 3, 27. (*Joseph.* Ant. 11, 1. 3 sq.)

Ζόφος, ου, ὁ, 1) *tenebrae, caligo;* Hebr. 12, 18. in codd. qui pro σκότῳ habent ζόφῳ. 2) *carcer tenebricosus,* specialiter locus poenarum in altera vita, *tartarus,* quem non solum Graeci (*Hom.* Il. 4, 13. et 15, 191. coll. *Virg.* Aen. 6, 134. 577.) sed etiam Hebraei describebant ut locum tenebris plenum. cf. Γέεννα, Ἅιδης et Σκότος. Sap. 17, 21. ubi atra nox, qua Aegyptii premebantur, dicitur εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους. — Legitur 1 Petr. 2, 17. Jud. v. 13. ζόφος τοῦ σκότους, carcer tenebrarum, atra carceris nox. 1 Petr. 2, 4. σειραῖς ζόφου, catenis tenebrarum i. e. carcere tenebricosissimo. Jud. v. 6. ὑπὸ ζόφον, tartaro inclusi. — Saepius non extat.

Ζυγὸς, οῦ, ὁ, (a ζεύγνυμι, copulo) 1) *jugum,* quo jumenta copulantur. hebr. עול. Num. 19, 2. 1 Sam. 6, 7. — 2) tropice: *imperium* severius, potissimum jugum *servitutis,* 1 Tim. 6, 1. οἱ ὑπὸ ζυγὸν δοῦλοι, servi, qui jugo servitutis tenentur, imperio herili subsunt. coll. Levit. 26, 13. Jes. 9, 4. — Transfertur etiam a nostris ad *praecepta severiora* sive *jugum praeceptorum;* Gal. 5, 1. ζυγὸς δουλείας, Act. 15, 10. de servitute legum mosaicarum ritualium, quare etiam servator sua de vita instituenda praecepta ζυγὸν appellavit, Matth. 11, 29. 30. vid. Jer. 5, 4. 5. Sir. 51, 26.: τὸν τράχηλον ὑμῶν ὑπόθετε ὑπὸ ζυγὸν, καὶ ἐπιδεξάσθω ἡ ψυχὴ ὑμῶν παιδείαν. Psalt. Sal. 7, 8. ἡμεῖς ὑπὸ ζυγόν σου καὶ μάστιγα παιδείας σου. — 3) copula lancis, et deinde *lanx, statera* omnino; Apoc. 6, 5. coll. Levit. 19, 36. Hos. 12, 7. מאזנים, Sir. 21, 27. (Etiam de *transtro* 3 Macc. 4, 9.) Saepius non legitur.

Ζυμὴ, ῆς, ἡ, (a ζέω) *fermentum* quod massae farinae (τῷ φυράματι) immisceri solet, *Sauerteig,* ζύμη τοῦ ἄρτου, Matth. 16, 12. — Cum fermentum exiguum magnam massae molem fermentare soleat, servator imagine fermenti *bono sensu* usus est Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. ad indicanda parva regni divini initia, eiusque clandestina sed maxima incrementa. Saepius autem in *malam partem* adhibetur. Sic Matth. 16, 6. 11. 12. Marc. 8, 15. Luc. 12, 1. ubi servator τὴν διδαχὴν Pharisaeorum appellat ζυμὴν, eatenus, quatenus *traditiones* humanas immiscuerant doctrinae divinae, hancque corruperant. Porro in locutione proverbiali, quae 1 Cor. 5, 6. et Gal. 5, 9. legitur, cuiusque sensus est: mala res si immiscetur bonae, hanc paullatim totam corrumpit, ut exiguum fermentum totam massam penetrat. Denique 1 Cor. 5, 7. 8. ubi tertium comparationis in acore, qui fermento inest, quaerendum est; comparatur enim puritas morum cum pane non fermentato ideoque puro et dulci, vitia autem cum fer-

mento, quod pani acorem contrahit. Saepius non extat. cf. Exod. 12, 15. 13, 3. Lev. 2, 11.

Ζυμόω, ῶ, f. ώσω (a ζύμη) *fermento;* Matth. 13, 33. Luc. 13, 21. 1 Cor. 5, 6. Gal. 5, 9. (vid. ζύμη). coll. Hos. 7, 4. Exod. 12, 34. 39.

Ζωγρέω, ῶ, f. ήσω, (ζῶον ἀγρέω vivum capio) *vivum capio*, de animalibus aeque ac de hominibus, qui vivi in bello capiuntur et servi fiunt. 2 Chron. 25, 12. *Joseph.* Ant. 13, 6. 2. — Inde 2) in *servitutem redigo*, sensu malo, 2 Tim. 2, 26. — sensu bono: *capio* alium, *ad partes meas pertraho*, Luc. 5, 10. ἔσῃ ζωγρῶν, homines docendo capies, regno divino concilies. Significat quoque *vitam alicui servo*, Num. 31, 15. ubi autem non ab ἀγρέω sed ab ἀγείρω derivandum est. At Luc. 5, 10. notio servandi non spectatur sed notio capiendi, ut ex occasione, qua ductus Jesus hoc tropo utebatur, apparet; cf. v. 1 sqq.

Ζωή, ῆς, ἡ, hebr. חַיָּה, latinor. *vita;* 1) *status vitae* omnino, *vita* quatenus morti, τῷ non esse, opponitur, 2 Cor. 5, 4. 2 Tim. 1, 10. Hebr. 7, 3. 16. Apoc. 11, 11. πνεῦμα ζωῆς, spiritus vitalis. ξύλον ζωῆς, Apoc. 2, 7. 22, 2. 4. arbor vitam servans, mortem abigens. (4 Macc. 18, 16.) — Deo tribuitur ζωή, Joh. 1, 4. 5, 26. quatenus est *fons omnium*, quae vivunt, *auctor omnis existentiae*, vitam absolute habens. — 2) *vita* hominum et quidem A) *vita praesens*, Luc. (1, 75.) 16, 25. ἐν τῇ ζωῇ σου, dum vivebas (Sir. 48, 15.) Act. 2, 28. ὁδοὶ ζωῆς via ad hanc vitam servandam. Act. 8, 33. 17, 25. 1 Cor. 3, 22. 15, 19. 1 Tim. 4, 8. ζωὴ ἡ νῦν. Jac. 4, 14. 2 Petr. 1, 3. — Rom. 8, 38. οὔτε ζωή, neque vitae servandae studium, vitae amor. coll. Phil. 1, 20. 1 Petr. 3, 10. coll. Psal. 34, 13. — *vitae sustentatio*, Luc. 12, 15. coll. Sir. 4, 1. 29, 28. Prov. 27, 27. Gen. 45, 5. — *vitae conditio, vivendi ratio, vita moralis*, Rom. 6, 4. 7, 10. 8, 2. 6. 10. τὸ δὲ πνεῦμα ζωή, spiritus autem est, efficit vitam moralem. Eph. 4, 18. ζωὴ τοῦ θεοῦ, vita ex Dei voluntate. coll. Sap. 1, 12. Sir. 25, 21. 29, 27. 46, 31. — B) *vita nova* post resurrectionem; a) de *Christi* nova vita, Rom. 5, 10. 2 Cor. 4, 10—12. ἵνα καὶ ἡ ζωὴ τοῦ Ἰησοῦ φανερωθῇ, i. e. ut etiam, dum periculis eripior, appareat, *Servatorem* (qui periculis eripit) esse in vivis. Spectat enim hic Apostolus significationem nominis Ἰησοῦ, scl. servatoris. — b) de *Christianorum* vita altera, ζωῇ ἐκ νεκρῶν, Col. 3, 3. ζωῇ τῇ μελλούσῃ, 1 Tim. 4, 8. — Rom. 5, 10. 17. ἐν ζωῇ, in vitam iterum restituti. Στέφανος ζωῆς, praemia alterius vitae, Jac. 1, 12. Apoc. 2, 10. — c) specialiter ζωὴ *vitam felicem in Christi regno* indicat, i. q. ζωὴ αἰώνιος, ut promiscue dicitur, v. c. Rom. 5, 18. 21. Matth. 19, 16. 17. c. 18, 18. ubi gehennae opponitur. Spectatur autem cum notio *vitae novae* et *perennis*, tum vero etiam

notio *beatitudinis* ita, ut, quaenam in singulis locis praevaleat, vix satis doceri possit, et potius in plurimis locis utrumque cogitandum esse, verosimile sit. Legitur autem ita ζωὴ Matth. 7, 14. Marc. 9, 43. 45. Joh. 5, 40. 6, 33. 35. 40. 48. 51. 63. 8, 12. 10, 10. 20, 31. Act. 3, 15. 11, 18. 2 Tim. 1, 1. 1 Petr. 3, 7. 1 Joh. 1, 1. 5, 16. Act. 5, 20. ῥήματα τῆς ζωῆς ταύτης pro ταῦτα, haec doctrina ad ζωὴν ducens. coll. Phil. 2, 16. Ὀσμὴ ζωῆς, 2 Cor. 2, 16. cf. Εὐωδία et Ὀσμή. — Βιβλίον ζωῆς *liber vitae*, vid. Βιβλίον et Βίβλος. — Ζωὴ αἰώνιος, *vita beata sempiterna*, Matth. 19, 16. Joh. 3, 15. 5, 26. 29. ubi ζωὴ opponitur τῇ κρίσει. 12, 50. Act. 13, 46, Rom. 2, 7. reliqua loca vid. in Αἰώνιος. — Interdum dicitur d) de *spe* huius vitae, ut Joh. 6, 53. οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν ἑαυτοῖς, ubi suppl. est μένουσαν, ut additur 1 Joh. 3, 15. vid. etiam 1 Joh. 3, 14. 5, 11—13. — Etiam, e) metonym.: *auctor* vitae futurae, Joh. 11, 25. 14, 6. Col. 3, 4. 1 Joh. 1, 2. 5, 20. — f) Ὕδωρ ζωῆς, Apoc. 7, 17. 21, 6. 22, 1. 17. proprie *aqua viva* (vid. Ζάω), his in locis sensu praegnanti: aqua viva et *salubberrima, vitam conservans*. coll. Psal. 36, 10. Prov. 18, 4. πηγὴ ζωῆς, ubi in hebr. חָכְמָה. — Saepius non habetur.

Ζώνη, ης, ἡ, (a ζωννύω) *cingulum; zona*, qua vestes diffluentes et laxiores constringebantur, vel circum lumbos, παρὰ τὴν ὀσφύν, Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. Act. 21, 11. hebr. אֵזוֹר. Ezech. 9, 2. 3. 11. Job. 12, 18. vel circa pectus, Apoc. 1, 13. 15, 6. hebr. אַבְנֵט, Exod. 28, 4. 39 sq. Lev. 8, 7. 13. — 2) *Zona numaria, cingulum loculi usum praestans;* Geldkatze, Matth. 10, 9. Marc. 6, 8. et saepius apud profanos. Rabbinis est, פּוּכְרָה et אַפּוּכְרָא, vid. *Buxtorfii* lex. talm. p. 1753. — Praeterea non legitur.

Ζωννύω, f. ζώννυμι, f. ζώσω, *cingo, cingulo induo*, Joh. 21, 18. coll. 2 Reg. 4, 28. Exod. 29, 9.

Ζωογονέω, ῶ, f. ώσω, (ζῶον et γόνος generatio) 1) *vivum facio, vitam do*, 1 Tim. 6, 13. in codd. qui ζωογονοῦντος legunt pro ζωοποιοῦντος. — 2) *vivum conservo*, Luc. 17, 33. Act. 7, 19. coll. Exod. 1, 17. Jud. 8, 19. 1 Reg. 20, 31. hebr. הֶחֱיָה.

Ζῶον, ου, τὸ, (a ζάω) natura viva; — *animal;* de animalibus ratione non praeditis, Hebr. 13, 11. 2 Petr. 2, 12. ἄλογα ζῶα, Jud. v. 10. — de naturis fictitiis, forma animalibus similibus sed ratione praeditis, Apoc. 4, 6. τέσσαρα ζῶα. ib. v. 7—9. 5, 6—14. 6, 1—7. 7, 11. 14, 3. 15, 7. 19, 4. Similiter quatuor animalia fictitia habes Dan. 7, 4 sqq. Ezech. 1, 5 sqq.

Ζωοποιέω, ῶ, f. ήσω, (ζῶος, vivus, et ποιέω) 1) *vitam largior, vivifico*, ζωὴν δίδωμι, 1 Tim. 6, 13. Neh. 9, 6. — Etiam de semine progerminante, 1 Cor. 15, 36. — De mortuis: *in vitam restituo*, Joh. 5, 21. Rom. 4, 17. 8, 11.

tum qui rebus civilibus praeessent, unde cum regibus simul, sed ita ut distinguantur, nominantur Matth. 10, 18. Marc. 13, 9. Luc. 21, 12. Act. 26, 30. 1 Petr. 2, 14. εἴτε βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι, εἴτε ἡγεμόσιν, ὡς δι' αὐτοῦ πεμπομένοις. Quare etiam *legati Caesarum, propraetores, procuratores*, ita appellantur, v. c. Pilatus Matth. 27, 2. 11. — 27. 28, 14. Luc. 20, 20. Felix, Act. 23, 24. 26. 33 sq. 24, 1. 10. Sic quoque apud *Josephum* vid. ἡγεμονεύω. Profanos accuratius distinxisse, et praefectos totius provinciae Caesareae (vid. Ἀνθύπατος) *propraetores* et ἡγεμόνας, eos autem qui reditus Caesaris curabant in provinciis *procuratores*, ἐπιτρόπους et διοικητὰς appellasse, monuit *Fischerus* de vit. Lex. N. T. comm. 18.

Ἡγέομαι, οῦμαι, f. ήσομαι, 1) *dux viae sum, praecedo* tanquam dux, Exod. 13, 21. — Sensu improprio: ἡγούμενος τοῦ λόγου, Act. 14, 12. qui sermonem ducit, in loquendo dux est, ut nostrum: *Wortführer, qui verba praeibat.* — 2) *primus sum, antecello auctoritate, nobilis sum*, Jud. 9, 51. πάντες οἱ ἡγούμενοι τῆς πόλεως. coll. Esdr. 5, 11. — Sic Act. 15, 22. ἡγούμενοι ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, nobilissimi inter Christianos, facile principes. cf. Sir. 49, 17. ubi Josephus dicitur ἀνὴρ ἡγούμενος ἀδελφῶν. coll. ib. c. 30, 18. ubi μεγίστανες λαοῦ et οἱ ἡγούμενοι ἐκκλησίας idem significant. — 3) *dominus et dux aliorum sum, princeps sum*, et quidem a) de *regia* et *summa* potestate, Matth. 2, 6. coll. Ezech. 43, 7. ubi pro ἡγούμενος in textu hebr. נגיד Sir. 17, 15. ἑκάστῳ ἔθνει κατέστησεν ἡγούμενον. — b) de potestate a regibus *collata*; unde ἡγούμενος, *praefectus*, Act. 7, 10. — c) de dominatione ex auctoritate quacunque, unde ἡγούμενος, *magister, dominus*, Luc. 22, 26. — *magister, antistes*, Hebr. 13, 7. 17. 24. — 4) ut latinor. *duco: habeo, censeo, puto*; Act. 26, 2. ἥγημαι ἐμαυτὸν μακάριον. (Job. 42, 6.) 2 Cor. 9, 5. ἀναγκαῖον ἡγησάμην. Phil. 2, 3. 6. 25. 3, 7. 8. 1 Tim. 1, 12. 6, 1. Hebr. 11, 11. 26. Jac. 1, 2. 1 Petr. 1, 13. 2, 13. 3, 9. 15. coll. Job. 19, 11. 33, 10. 41, 19. ubi hebr. חשב. Sir. 1, 16. 7, 9. *Joseph.* Ant. 7, 2. 1. — Interdum 5) ut in latinorum verbo *habere* spectatur notio adjuncta: *cum aliquo agere*; 1 Thess. 5, 13. ἡγεῖσθαι ἐν ἀγάπῃ, secundum amorem agere cum illis. 2 Thess. 3, 15. Hebr. 10, 29. — Saepius non extat.

Ἡδέως, adv. (ab ἡδὺς quod proprie est dulcis, deinde suavis, jucundus, laetus) proprie: dulce i. q. γλυκέως, — suaviter Prov. 3, 24. 9, 17.; deinde *cum voluptate, delectatione*, ita *ut delectationem sentias, lubenter*, Marc. 6, 20. 12, 37. 2 Cor. 11, 19. coll. Tob. 7, 11. 12. Esth. 1, 20. 2 Macc. 6, 30. 11, 26. Sir. 22, 10.

Ἤδη, adv. 1) *jam*, nostrum *schon, bereits*, de tempore praeterlapso, Matth. 14, 15. 17, 12. Marc. 6, 35. 8, 2. etc. coll. Sap. 18, 23. 19, 16. Eccl. 1, 10. — de spatio quod ali-

quis est emensus, sensu proprio Matth. 14, 24. Luc. 7, 6. et sensu improprio, Matth. 5, 28. 1 Cor. 6, 7. coll. 3 Macc. 6, 24. ἤδη καὶ adeoque. — de actione peracta 2 Petr. 3, 1. — 2) *jam nunc*, de re praesenti, Jo. 4, 35. 2 Thess. 2, 7. 1 Jo. 2, 8. ib. 4, 4. ubi νῦν additur. coll. Tob. 3, 6. τῆς ἀνάγκης ἤδη ex hac praesenti calamitate. — 3) *nunc, mox*, de eo quod proxime adest, de eo qui in eo est ut; Marc. 11, 11. ὀψίας ἤδη οὔσης, cum proxima esset vespera. Luc. 19, 37. ἐγγίζοντος ἤδη πρὸς, cum proxime adesset, in eo esset ut perveniret. Joh. 4, 51. ἤδη δὲ αὐτοῦ καταβαίνοντος, cum domui proximus esset coll. Matth. 24, 32. Marc. 4, 37. 13, 28. Luc. 21, 30. 2 Tim. 4, 6. Rom. 1, 10. εἴπως ἤδη πότε, ut tandem proxime. — Ἤδη δὲ καὶ, immo jam, quin, Matth. 3, 10. Luc. 3, 9. cf. *Raphel.* annot. e Polyb. ad Matth. 3, 10.

Ἡδίστα, proprie acousat. ab ἡδύς; deinde adv. *suavissime, lubentissime.* 2 Cor. 12, 9. 15. — Compar. ἥδιον legitur Sir. 22, 11. cf. Ἡδέως.

Ἡδονή, ῆς, ἡ, (ab ἡδύς, dulcis, suavis) 1) *dulcedo*; v. c. de esculentis Sap. 16, 20. etiam sapor jucundus; suavitas Num. 11, 8. — 2) *delectatio, oblectatio*, 2 Petr. 2, 13. coll. Prov. 17, 1. ψωμὸς μετ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ. — sensu malo: *voluptas, pravum desiderium*, Tit. 3, 3. Jac. 4, 1. (de voluptate in concubitu illicito Test. XII. Patr. p. 605. itemque licito ib. p. 624.) — 3) *res quae sensus oblectant*, ut etiam nostri dicunt: *Genüsse, delicias*; Luc. 8, 14. 4 Macc. 1, 20. ubi ἡδονὴ opponitur τῷ πόνῳ, malis quae sentimus. ib. v. 21 — 24. — Praeterea non legitur.

Ἡδύοσμος, ου, ὁ, ἡ; — ον τὸ, (ab ἡδὺ suave, et ὀσμὴ) *suave olens.* — Neutrum τὸ ἡδύοσμον; *mentha hortensis*, i. q. μίνθη. Rabbinis מינתא (*Buxtorf.* lex. p. 1228.); qua Judaei pavimentum aedium et synagogarum conspergere solebant. Matth. 23, 23. Luc. 11, 42.

Ἕδος, εους, τὸ, (ion. pro ἕθος, ab ἕζω, colloco, ἕζομαι sedeo) 1) sedes constructa; 2) *mores, consuetudo, vitae ratio* cum in singulari, ut Sir. 20, 26. et Test. XII. Patr. p. 692. tum in plurali: τὰ ἤθη contr. pro ἤθεα, 1 Cor. 15, 33.

Ἥκω, f. ἥξω, (LXX. hebr. בוא) 1) *advenio, accedo*, de eo qui vere jam advenit, nec amplius abest, Matth. 24, 50. Luc. 12, 46. Hebr. 10, 37. Apoc. 2, 25. — ἥκει, advenit, i. e. *adest*; Luc. 15, 27. Joh. 2, 4. 4, 47. Hebr. 10, 7. 9. (Psal. 40, 7.) 1 Joh. 5, 20. coll. Num. 22, 36. 38. 2 Sam. 3, 23. — Ἥκω ἀπὸ, Luc. 13, 29. Matth. 8, 11. Marc. 8, 3. ἥκω ἐκ, *exeo, prodeo*, Joh. 8, 42. Rom. 11, 26. coll. Psal. 68, 34. Jos. 9, 6. — Ἥκω πρός τινα, *convenio aliquem*, Act. 28, 23. (Gen. 47, 5.) *magistrum sequor*, dominum colo. Joh. 6, 37. (vid. Ἔρχομαι). coll. e V. T. Gen. 45, 18. 46, 32. Psal. 65, 3. — 2) *evenio, locum habeo*, Matth. 24, 14. τότε ἥξει τὸ τέλος. 2 Petr.

3, 10. Apoc. 18, 8. Ἐπί τινος *superveniо aliquem, evenio alicui*, de bonis et malis, Matth. 23, 36. Luc. 19, 43. Apoc. 3, 3. Deut. 28, 2. Jos. 23, 14. 15. 2 Chron. 20, 2. — Luc. 13, 35. ἕως ἂν ἥξει, ὅτε, usque dum evenerit, sive eveniet scl. καιρός, quod additur Ez. 7, 12. 21, 15. — 3) Interdum ex hebraismo abundat, Apoc. 3, 9. 15, 4. coll. Jer. 1, 15. 8, 16. 31, 12. — Saepius non legitur.

Ἠλεί, ὁ, indeclin. *Eli*, pater Josephi, Luc. 3, 23.

Ἠλί, vox hebraica אֵלִי, *Deus mi*; Matth. 27, 46. (Psal. 22, 2.)

Ἠλίας, ου, ὁ, hebr. אֵלִיָּה et אֵלִיָּהוּ, *Elias*, propheta hebraeorum celeberrimus, ex urbe Thisbe oriundus, de quo vid. 1 Reg. c. 17—19. 2 Reg. 1, 2. 2, 6 sqq. 2 Chr. 21, 12. — Commemoratur in N. T. Matth. 16, 14. 27, 47. 49. Luc. 1, 17. 4, 25 sq. 9, 54. Rom. 11, 2. Jac. 5, 11. — Putabatur (ob 2 Reg. 2, 6 sqq.) solus, simul cum Henocho (Gen. 5, 24.) et Mose non in haden descendisse, sed ad astra in coelum adscendisse, unde illustrantur loca Matth. 17, 3. 4. Marc. 9, 4. 5. Luc. 9, 30. 33. cf. Sirac. 48, 9. — Idem expectabatur denuo adventurus in terram proxime ante Messiam, ex promissione Malach. 3, 23. (LXX. cap. 4, 5.). Vid. Matth. 11, 14. 17, 10—12. Marc. 9, 11—13. Luc. 9, 8. Joh. 1, 21. 25.

Ἡλικία, ας, ἡ, (ab ἡλίκος, quantus) 1) *statura*, corporis justa magnitudo, qualem homo adultus habere solet; Luc. 19, 3. τῇ ἡλικίᾳ μικρός. Eodem sensu Matth. 6, 27. Luc. 12, 25. accipiunt multi, alii autem de vitae aetate. — Paulus ad τὸν ἔσω ἄνθρωπον refert, Eph. 4, 13. et μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος χριστοῦ, modum staturae Christi satis adulti, perfecti, (ἄνδρα τέλειον, ut antea dixerat), posuit pro imagine Christi exacta et quidem ratione cognitionis rerum divinarum et pietatis. Similiter Sap. 4, 9. ἡλικία γήρως, statura completa senectae, i. e. senecta completa. — *Hesych.* ἡλικία· μέγεθος σώματος μέτρον τι. — Cum homo ad justam excrescat magnitudinem dum aetate progreditur, transfertur non solum 2) ad *vigorem* et *florem aetatis*, Luc. 2, 52. προεκ. ἡλικίᾳ, crevit vigore, adolevit. Joh. 9, 21. 23. ἡλικίαν ἔχει, adultus, maturus est aetate. (coll. Job. 29, 18. 2 Macc. 7, 27. 15. 30. *Philo* de Joseph. p. 550.: οὐκ ἔχων πω ἡλικίαν ἀποδημίας, non satis maturus peregrinationi. Id. de Abrah. p. 376.: τὸ μὴ κατ' ἡλικίαν ἀλλ' ἐν γήρᾳ γεγεννηκέναι τὸν παῖδα.) — sed etiam 3) ad *aetatem* omnino, Hebr. 11, 11. coll. 2 Macc. 4, 40. προβεβηκὼς τὴν ἡλικίαν, provectus aetate. ibid. 6, 23. 4 Macc. 5, 4. τὴν ἡλικίαν προήκων, senex. ib. 5, 36. βίου ἡλικία, senectus. — Saepius non legitur.

Ἡλίκος, ίκη, ον, *quam magnus, quantus*. Bis Col. 2, 1. Jac. 3, 5. *Joseph.* Ant. 8, 7. 7.

Ἥλιος, ου, ὁ, 1) *sol*, Matth. 5, 45. 13, 6. 24, 29. Marc.

1, 32. Luc. 21, 25. — cuius ſplendor imago eſt dignitatis, honoris et felicitatis, Matth. 13, 42. 17, 2. — 2) *radii ſolis*, cum quatenus *lucem* efficiunt, Act. 13, 11. μὴ βλέπων τὸν ἥλιον, lucem non videns, coecus; tum quatenus *aeſtum* creant, Apoc. 7, 16. coll. Jon. 4, 9. Pſal. 21, 6. — *Heſych.*: ἥλιος· ὁ θεὸς, καὶ τὸ ἄστρον καὶ ἡ αὐγή.

Ἧλος, ου, ὁ, *clavus*. Semel Joh. 20, 25. de clavis, quibus corpus Chriſti cruci affixum fuit. coll. Jer. 10, 4.

Ἡμέρα, ας, ἡ, hebr. יום, 1) *dies*, — et quidem *duplici* modo, ut a) *lucem* diei indicet, i. e. tempus a ſolis ortu usque ad eius occaſum, ubi lux diei omnia colluſtrat (Gen. 1, 5. 8.), Matth. 20, 2. 6, 12. Luc. 13, 14. Joh. 9, 4. et paſſim. — Diſtinguitur ita a nocte, Matth. 4, 2. 12, 40. Luc. 21, 37. — Γενομένης δὲ ἡμέρας, orta luce, cum illuxiſſet, Luc. 4, 42. 6, 13. 22, 66. Act. 12, 18. 10, 35. 27, 29. 33. 2 Petr. 1, 19. Apoc. 8, 12. LXX. pro hebr. בֹּקֶר, *mane*, 1 Sam. 14, 36. Eſth. 2, 4. Mich. 2, 1. — ἡμέρα μέση, meridies, Act. 26, 13. — ἡ ἡμέρα κλίνει, inclinat dies, veſperaſcit, Luc. 9, 12. 24, 29. — Νύκτα καὶ ἡμέραν, ſive ἡμέρας καὶ νυκτὸς, proprie: *die noctuque*, Act. 9, 24. deinde: *ſine intermiſſione*, *indeſinenter*; *aſſidue*, Marc. 4, 27. 5, 5. (ubi i. q. διαπαντὸς) Luc. 2, 37. 18, 7. Act. 20, 31. 1 Theſſ. 2, 9. 3, 10. Apoc. 4, 8. et paſſim. — ἡμέρας ὁδὸς, iter unius diei, Luc. 2, 44. Gen. 31, 23. — Περιπατεῖν ἐν ἡμέρᾳ. in luce diei verſari, ambulare, Joh. 11, 9. — Tropice de *luce animi*, luce cognitionis veri rectique, Rom. 13, 12 ſq. 1 Theſſ. 5, 5. 8. — Deinde, b) indicat *diem*, i. e. tempus a ſolis ortu vel occaſu uno usque ad alterum, i. e. ſpatium 24 horarum, νυχθήμερον, noctem ſimul comprehendens, Matth. 6, 34. 15, 32. 16, 21. 20, 19. Marc. 1, 13. 9, 2. Luc. 1, 59. et paſſim. Diſtinguitur a menſe, Gal. 4, 10. Apoc. 4, 15. coll. Rom. 14, 5. 6. — Saepius etiam c) ita dicitur, ut huius diſcriminis nulla certa ratio habeatur, ut in formulis: ἡ ἐν ἡμέρᾳ τρυφὴ, i. e. exiguī temporis deliciae, 2 Petr. 2, 13. — Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν, quodam die, Luc. 5. 17. 8, 22. 20, 1. — Ἡμέρα καὶ ἡμέρα, indies, 2 Cor. 4, 16. — ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, quotidie, 2 Petr. 2, 8. LXX. Jeſ. 58, 2. ubi hebr. יום יום. — Δι' ἡμερῶν, ſcl. τινῶν, poſt aliquot dies, Marc. 2, 1. coll. Act. 25, 13. ubi plenius: ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν. — Καθ' ἡμέραν, quovis die, indies, quotidie, Matth. 26, 55. Luc. 9, 23. 11, 3. 16, 19. 19, 47. Act. 2, 46 ſq. 3, 2. 1 Cor. 15, 31. coll. Num. 4, 16. — Τὴν ἡμέραν pro εἰς τὴν ἡμέραν, in diem, Matth. 20, 8. — Ἡ δὲ ἡμέρα, quo ipſo die, Luc. 17, 29. — ὅλην τὴν ἡμέραν, indefinenter, ſemper, Rom. 8, 36. coll. Pſal. 44, 23. —

Ex uſu hebr. יום et יָמִים dicitur cum in ſingulari tum in plurali 2) de *tempore* et quidem a) de temporis *certo mo-*

mento, quo aliquid fit vel evenit, vel fieri potest. Matth. 24, 38. ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθε, ih. v. 50. ubi i. q. ὥρα. c. 25, 13. 26, 29. Luc. 1, 20. 17, 27. Act. 1, 22. Hebr. 4, 7. 8. ἡμέρα, tempus certum a Deo praescriptum. — b) de *tempore omnino*, Act. 3, 24. 5, 36. Hebr. 8, 9. Eph. 5, 16. ἡμέραι πονηραί, et c. 6, 13. ἡμέρα πονηρὰ, tempus calamitosum, coll. Jer. 17, 17. — Marc. 6, 21. ἡμέρα εὔκαιρος, tempus opportunum. 2 Petr. 3, 18. εἰς ἡμέραν αἰῶνος. in tempus sempiternum. Sic quoque in formulis: ἐν ἡμέραις αἷς, tempore quo, Luc. 1, 25. — ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ s. ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, isto tempore, Matth. 3, 1. 13, 1. 22, 23. 24, 19. Marc. 1, 9. 2, 10. 4, 35. Luc. 2, 1. 13, 31. Joh. 14, 20. 16, 23. 26. et passim. — ἀπ' ἐκείνης τῆς ἡμέρας, ab isto inde tempore, Matth. 22, 46. Joh. 11, 53. — ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις Luc. 1, 39. Act. 1, 15. — μετὰ ταύτας τὰς ἡμέρας, paullo post, Luc. 1, 24. Act. 1, 5. — ἀφ' ἡμερῶν ἀρχαίων, jam pridem, Act. 15, 7. — αἱ πρώτερον ἡμέραι, tempus praeterlapsum, ea quae antea facta sunt, Hebr. 10, 32. Deut. 4, 32. — Ἐλεύσονται ἡμέραι, veniet tempus, futurum est, Matth. 9, 15. Marc. 2, 20. Luc. 5, 35. Jer. 23, 7. — c) cum *genitivo rei* indicat *tempus, quo aliquid fit, evenit, agitur*, et cum *genitivo personae* tempus quo aliquis aliquid agit, ei aliquid evenit; in utroque autem genere locorum ἡμέρα ita dicitur, ut mox de die uno, mox etiam de tempore certo et circumscripto cogitari possit. — Cum genitivo rei leguntur formulae: ἡμέρα ὀργῆς, dies, tempus poenarum, Rom. 2, 5. 16. Ezech. 22, 24. — ἡμ. σωτηρίας, 2 Cor. 6, 2. Jes. 49, 8. ἡμ. ἀναδείξεως, Luc. 1, 80. ἡμ. ἀπολυτρώσεως, Eph. 4, 30. — ἐκδικήσεως, Luc. 21, 22. ἐπισκοπῆς, 1 Petr. 2, 12. coll. Gen. 35, 3. 30, 13. Deut. 31, 14. — Amant scriptores V. T. פקד dicere de tempore *calamitoso*, et de *calamitate ipsa* superveniente (Job. 18, 20. Psal. 37, 13. 18. Jer. 48, 16. ubi LXX. ἡμέρα pro hebr. אידם, pernicies, et ita quoque Matth. 24, 22. 29. Marc. 13, 19. 20. 1 Cor. 3, 13. — specialiter de *die judicii* solemnis, a Deo de gentilibus habendi, (Ezech. 30, 2 sqq. Zeph. 1, 7—17), unde etiam in N. T. ἡμέρα κρίσεως, Matth. 10, 15. 11, 22. 24. 36. Marc. 6, 11. 2 Petr. 2, 9. 3, 7. 1 Joh. 4, 17. coll. Jud. v. 6. Apoc. 6, 17. commemoratur, quae etiam δεικτικῶς dicitur ἐκείνη ἡμέρα, Matth. 7, 22. Marc. 13, 32. Luc. 10, 12. 24, 36. 2 Tim. 1, 12. 2 Thess. 1, 10. vel etiam ἡ ἡμέρα simpliciter, Hebr. 10, 25. Idem judicii dies appellatur quoque ἐσχάτη ἡμέρα, et tempus ei proximum ἐσχάται ἡμέραι, vid. Ἔσχατος. — Inde etiam Paulus 1 Cor. 4, 3. ἀνθρωπίνην ἡμέραν, diem judicii i. e. judicium humanum dixit. Pertinent etiam huc illa loca, ubi ἡμέρα nominibus festorum jungitur, ad indicandum festi, propinquitatem sive celebrationem ipsam, v. c. ἡμέρα τῶν σαββάτων s. τοῦ σαββάτου, Luc.

4, 16. 13, 14. 16. Joh. 19, 31. Act. 13, 14. Jer. 17, 26. 27. — ἡμ. τῶν ἀζύμων, Act. 12, 3. 20, 6. Luc. 22, 7. ἡμ. τῆς πεντηκοστῆς, Act. 2, 1. 20, 16. unde etiam ἡμέρα de die festo, Joh. 12, 7. die piaculari, Hebr. 7, 27. 2 Macc. 2, 16. — Cum genitivo *personae*: Luc. 19, 42. ἡμέρα σου, tempus tibi exitiosum. cf. v. 43. — ἡ τοῦ θεοῦ ἡμέρα, dies s. tempus ubi Deus judicium est habiturus, 2 Petr. 3, 12. Act. 2, 20. unde ἡμέρα κυρίου, dies Christi, partim tempus, quo Jesus primum in mundo apparuit homo, Joh. 8, 56. partim tempus indicat, quo rediturus est ad judicium habendum, Luc. 17, 24. 1 Cor. 1, 8. 5, 5. 2 Cor. 1, 14. Phil. 1, 6. 10. 2, 16. 1 Thess. 5, 2. 4. 2 Thess. 2, 2. 2 Petr. 3, 10. et qui plenius dicitur ἡμέρα ἡ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρ. ἀποκαλύπτεται, Luc. 17, 30. —

Denique 3) ex hebraismo ἡμέραι τινὸς de *diebus vitae* alicuius, de *aetate* dicitur; Hebr. 7, 3. ubi ἡμέραι i. q. seq. ζωή, dies vitae, quae c. 5, 7. ἡμέραι σαρκὸς dicuntur. Vid. etiam Luc. 1, 7. 18. προβεβηκότες ἐν ταῖς ἡμέραις, aetate provecti, 1 Reg. 1, 1. (i. q. 2 Macc. 4, 40. ἡλικίαν προβεβηκ.) Luc. 2, 36. coll. Gen. 9, 28. 11, 32. Deut. 30, 20. — ἡμέραι ἀγαθαί, vita suavis et jucunda, 1 Pet. 3, 10. coll. Esth. 9, 19. Test. XII. Patr. p. 692.: ἡμέρα ἀγαθὴ μετὰ ἀσώτων. Protevang. Jacobi (Fabr. cod. apocr. N. T. p. 69.): ἐσχάτη ἡμέραι, aetas senilis. — Πᾶσαι ἡμέραι, Matth. 28, 20. sive πᾶσαι ἡμ. τῆς ζωῆς, Luc. 1, 75. Jes. 38, 20. — Inde ἐν ἡμέραις τινὸς, tempore, quo aliquis vixit, viguit, Matth. 2, 1. 11, 12. 23, 30. 24, 37. 38. Luc. 1, 5. 4, 25. Act. 13, 41. Hebr. 1, 5. 1 Petr. 3, 20. 2 Sam. 8, 3. 21, 1. Gen. 10, 25. — Interdum ἡμέρᾳ omittitur, Matth. 26, 17. Luc. 7, 11. Act. 14, 38. Jer. 52, 12. 3 Esdr. 8, 61.

Ἡμέτερος, έρα, ερον, (ab ἡμεῖς) *noster*. — Dicitur autem ita in N. T.: a) ad nos spectans, Rom. 15, 4. — b) patrius; de lingua Act. 2, 11. lege Act. 24, 6. religione Act. 26, 5. — c) a nobis effectum, prolatum, 2 Tim. 4, 15. (Joseph. Ant. 4, 6. 5.) — d) nobiscum conjunctus, *noster*, *nostras*, de vinculo religionis, 1 Joh. 1, 3. 2, 2. οἱ ἡμέτεροι, nostrates, Christiani, Tit. 3, 14. [1 Cor. 15, 31. in textu vulg. ubi Griesb. ὑμετ.] — Saepius non extat, nec legitur in V. T.

Ἤμην, (Matth. 25, 35 sq. 43. Joh. 11, 15. 16, 4. 17, 12. Act. 10, 30. 11, 5. 11, 17. et passim) imperf. med. ab εἰμί, pro ἦν. Vid. Εἰμί. — *Mores* Attic. ἦν, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς.

Ἡμιθανής, ές, ὁ, ἡ, — ὲς, τὸ, (ἡμι quod in verbis compositis dimidiam partem indicat, et θανέω s. θνήσκω), *semimortuus* (etiam ἡμιθνὴς *Aristoph.* nub. v. 504. coll. Sap. 18, 18. ubi ἡμίθνητος.). Luc. 10, 30. ἡμιθανῆ, 4 Macc. 4, 21. *seminecam*.

Ἥμισυς, εῖα, υ, (ab ἥμι, vid. verbum antecedens et ἴσος) quod dimidiae parti aequalis est, *dimidius*, *dimidium*. Jos. 4, 17. 1 Macc. 3, 34. 37. (Test. XII. Patr. ἐξ ἡμισείας εἰσὶ καθαροί.) — In N. T. τὸ ἥμισυ scl. μέρος, et τὰ ἡμίση, *dimidia pars*. Marc. 6, 23. ἕως ἡμίσους (contr. pro ἡμίσεως) τῆς βασιλείας, dimidium regni, Esth. 5, 3. coll. Jos. 21, 27. 22, 1. Num. 31, 29 sq. — Luc. 19, 8. τὰ ἡμίση (contr. pro ἡμίσεα) τῶν ὑπαρχ. — ἥμισυ pro τὸ ἥμ. Apoc. 11, 9. 11. 12, 14. coll. Dan. 7, 25. Saepius non legitur.

Ἡμιώριον, ου, τὸ, (ἥμι, vid. ἡμιθανής, et ὥρα) *semihora*, *semihoram durans*. Semel Apoc. 8, 1.

Ἡνίκα, adv. temporis, *quando*, *ubi*, *quum*, 2 Cor. 3, 15. LXX. hebr. בְּעֵת, Gen. 31, 10. 38, 27. — ἡνίκα ἂν *ubi*, *simulac*, 2 Cor. 3, 16, Judith. 14, 2. Deut. 7, 12. Saepius non habetur.

Ἤπερ, vid. ἤ.

Ἤπιος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, fortasse ab ἔπω, unde primum *affabilis*, quo sensu fortasse 2 Tim. 2, 24. accipiendum est; deinde: *benignus*, *lenis*, *clemens*, de rege erga subditos, de patre erga liberos, de quocunque erga alium, 1 Thess. 2, 7.

Ἤρ, (hebr. עֵר), *Er*, nom. pr. indcl. Luc. 3, 28.

Ἥρεμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, i. q. ἥσυχος, *quietus*, *placidus*, *tranquillus*; semel 1 Tim. 2, 2. *Hesych.* ἥρεμον· ἡσυχον, πρᾶον, ἥμερον.

Ἡρώδης, ου, ὁ, *Herodes*, nomen regum quorundam Judaeorum Jesu et Apostol. tempore, quorum *primus*, qui huic familiae nomen dedit, fuit *Herodes*, cognomine *magnus*, Idumaea oriundus, (*Joseph.* Antiq. 14, 12.) Antonii auctoritate a Romanis Judaeorum rex creatus (*Joseph.* Antiq. 14, 14—16.), ab Octaviano in regno confirmatus (*Joseph.* Ant. 15, 6.), homo crudelis, multarum caedium auctor, ita ut nec uxori amatae nec suis ipsius filiis parceret (*Joseph.* Ant. 17, 7.), Graecorum Romanorumque morum amans, ideoque Judaeis invisus, quorum favorem nec eo sibi reconciliare potuit, quod templum Hierosolymit. splendidissime reficeret. Commemoratur Matth. 2, 1—19. (coll. *Macrob.* Satyr. 4, 2. 4.) Luc. 1, 5. — *Secundus* fuit *Herodes*, cognomine *Antipas*, filius Herodis magni, Galilaeae et Petraeae dominus, qui dimissa conjuge legitima fratris sui uxorem, Herodiadem, matrimonio sibi junxit, deinde Romam profectus, ut regis titulum sibi compararet, a Caligula, Caesare, in Galliam (a. 42. post Chr.) relegatus ibique mortuus est. (*Joseph.* Antiq. 18, 5. et. 7.) Neque igitur in N. T., excepto loco Marc. 6, 14—22. rex dicitur sed tetrarcha, Matth. 14, 1—6. Luc. 3, 1. 19. 8, 3. 9, 7. 9. 13, 31. 23, 7—15. Act. 4, 27. — Marc. 8, 15. ἡρῴδης positum est pro ἡρωδιανοί, quod vide. — *Ter-*

tius, Herodes Agrippa, cognomine major, filius Aristobuli et Berenices, nepos Herodis magni, primum Caligulae, deinde Claudii, Caesarum Romanorum, gratia rebus Judaeorum praefectus et regis titulo ornatus, Caesareae mortuus est. (*Joseph.* Ant. 18, 6. 19, 1. 5. 8.) Commemoratur Act. 12, 1—21. Utrum autem Herodes tetrarcha, cuius Act. 13, 1. fit mentio, fuerit Herodes Agrippa, an Herodes Antipas, disputarunt interpretes. cf. *Kuinoelii* Comment. ad Act. 13, 1. — *Quartus* fuit *Herodes Agrippa*, cognomine *minor*, filius Agrippae majoris, Herodis magni abnepos, a Claudio et Nerone, Caesaribus, partem imperii patris nactus, et regis nomine honoratus, ultimus Judaeorum rex. (*Joseph.* Ant. 19, 7. 20, 8 sqq.) Commemoratur in N. T. non sub nomine Herodis sed solum sub nomine Agrippae Act. cap. 25. et 26. (cf. *Schlosser*: Geschichte der Familie Herodes; Leipz. 1818. 8.)

Ἡρωδιανοὶ, ῶν, οἱ, *Herodiani*. Commemorantur Matth. 22, 6. Marc. 3, 6. 12, 13. coll. 8, 15. et sunt non solum aulici Herodis Antipae, sed omnes qui simul a parte Romanorum, quorum gratia Herodes acceperat dominationem, stabant, ideoque tributum Caesari solvendum esse affirmabant.

Ἡρωδιάς, άδος, ἡ, *Herodias*, filia Aristobuli, filii Herodis magni. Nupsit primum Philippo, filio Herodis m., cui ereptam incesto vinculo sibi junxit Herodes Antipas, Philippi germanus. (*Joseph.* Ant. 17, 1. et ib. 18, 7.) — Commemoratur Matth. 14, 3—6. Marc. 6, 17—22. Luc. 3, 19.

Ἡρωδίων, ωνος, ὁ, *Herodion*, vir christianus, quem Paulus Rom. 16, 11. τὸν συγγενῆ σου appellat.

Ἡσαΐας, ου, ὁ, hebr. יְשַׁעְיָהוּ (ex יֵשַׁע *salus*, et יָהּ Deus) *Jesaias*, propheta Judaeorum quondam celeberrimus, Amosi filius, qui imperantibus Usia, Jothano, Ahaso et Hiskia vaticinatus est (Jes. 1, 1. 14, 28 sqq.), quemque Rabbini jussu Manassis regis serra disfectum tradunt. Commemoratur Matth. 3, 3. 4, 14. Luc. 3, 4. 4, 17. Jes. 1, 23. 12, 38 sqq. Act. 28, 25. Rom. 9, 27. et passim. — *liber oraculorum Jesaiae*, Act 8, 28. 30.

Ἡσαῦ, ὁ, hebr. עֵשָׂו, *Esavus*, nom. pr. indecl. (Josephus Ἡσαύος, v. c. Ant. 1, 18. 1 sqq.) Fuit filius Isaaci et Rebeccae primogenitus, frater Jacobi, et gentis Idumaeorum auctor. Gen. 25, 25 sqq. 27, 6 sqq. — Rom. 9, 13. Hebr. 11, 20. 12, 16.

Ἡσυχάζω, f. άσω, (ab ἥσυχος, quietus, placidus) 1) *quiesco*; de opere incepto, quod intermittitur, subsisto. Luc. 23, 56. ἡσύχασαν, quietas se domi continebant. (Test. XII. Patr. p. 686. de eo, qui in dicendo paululum requiescit, ut se reficiat.) — Saepius 2) de disputante, altercante, ubi est: *taceo, obmutesco*; de eo, qui nescit quid respondeat, Luc. 14, 3. Neh. 5, 8. de eo qui victus concedit, Act. 11, 18. 21,

14. coll. Job. 32, 6. — 3) *quiete vivo, placidus sum; concordiae studeo*, 1 Theſſ. 4, 11. (Jud. 3, 11. 30. 5, 31. 1 Reg. 11, 21.) niſi ibi ſenſu transitivo (ut מרף, cui apud LXX. ſaepiſſime reſpondet, legitur Job. 37, 17. Pſal. 94, 13. Prov. 15, 18.): quietem alicui facio, aliquem reficio ſcl. beneficiis. Saepius non extat.

Ἡσυχία, ας, ἡ, 1) *quies*, de ceſſatione ab opere, Joſ. 5, 8. 2) *ſilentium*, de ceſſatione ſtrepitus Act. 22, 2. coll. Job. 34, 29. — de ceſſatione ab inutili loquacitate, dicacitate, 1 Tim. 2, 11. 12. — 3) *quies modeſta, modeſtia*, qua quis ſe domi continet nec aliorum rebus ſe immiſcet, 2 Theſſ. 3, 12. μετ' ἡσυχίας ἐργαζόμενοι, in modeſta quiete laborantes, ſeduli domi.

Ἡσύχιος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, i. q. ἥσυχος, *quietus, tranquillus, placidus*. Bis 1 Tim. 2, 2. 1 Petr. 3, 4. coll. Jeſ. 66, 2. Pſalter. Salom. 12, 6. φυλάξαι κύριος ψυχὴν ἡσύχιον μισοῦσαν ἀδίκους, καὶ κατευθῦναι ἄνδρα ποιοῦντα εἰρήνην ἐν οἴκῳ.

Ἤτοι vid. Ἤ.

Ἡττάω f. ἡσσάω, ῶ, f. ήσω, in activo rarius et tantum in ſcriptoribus ſerioribus Jeſ. 54, 17., uſitatius in paſſivo. Eſt ab ἥσσων f. ἥττων, minor, unde 1) *minor ſum, inferior, deterior ſum*, 2 Cor. 12, 13. *Joſeph.* bell. 1, 2. 4. — 2) *vincor, ſuperor, in poteſtatem redigor*, 2 Petr. 2, 19. 20. — coll. 2 Macc. 10, 24. ἡττηθεὶς ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων. Jeſ. 8, 9. ubi חתת frangor. Teſt. XII. Patr. p. 529.: αἱ γυναῖκες ἡττῶνται τῷ πνεύματι τῆς πορνείας ὑπὲρ τὸν ἄνθρωπον. *Joſeph.* Ant. 15, 4. 1. ὅλον ἡττᾶσθαι τῆς γυναικός.

Ἥττημα, τος, τὸ, (ab ἡττάομαι) 1) *diminutio, defectus*, Rom. 11, 12. ἥττημα αὐτῶν, i. e. quod deficiunt Judaei, quod hi ad Chriſti partes accedere nolunt, efficit, ut multitudo gentilium accedat ſ. arceſſatur. — 2) *damnum*, 1 Cor. 6, 7. (clades Jeſ. 31, 8.) Saepius non extat in codice ſacro.

Ἥττων, f. ἥσσων, ονος, ὁ, ἡ, *minor, inferior*. Job. 20, 10. Dan. 2, 39. — Neutrum τὸ ἧττον, *peius, deterius*. — ἧττον adverbialiter, *minus*, 2 Cor. 12, 15. Saepius non occurrit.

Ἠχέω, ῶ, f. ήσω, (ἦχος) *ſonum edo, ſono*; de aere reſonante, 1 Cor. 13, 1. Exod. 19, 16. Sir. 50, 18. Pſalt. Sal. 8, 1. — de *ſtrepitu* maris aeſtuantis, Luc. 21, 25. ἠχούσης θαλάσσης inter maris fragores. Jer. 50, 42. 51, 50. Jeſ. 51, 15. 17, 12.

Ἦχος, ου, ὁ, 1) *ſonitus, clangor, ſtrepitus*. de clangore tubae, Hebr. 12, 19. Pſal. 150, 3. *Joſeph.* Ant. 11, 4. 2. — de ſonitu, voce, f. tonitru Act. 2, 2. coll. Sap. 17, 4. (de cantu avium Sap. 17, 18. de tonitru Sir. 46, 17. de ſtrepitu undarum Luc 21, 25. in codd. Pſal. 63, 7. Jer. 51, 16.) — 2) *rumor*, Luc. 4, 37. coll. Marc. 1, 28. ubi ἀκοή.

Θ.

Θαδδαῖος, ου, ὁ, *Thaddaeus*, cognomen Judae, apostoli, qui etiam Lebbaeus dicebatur. Matth. 10, 3. Marc. 3, 18.

Θάλασσα, ης, ἡ, *mare*, Matth. 18, 6. 21, 21. Marc. 9, 42. Rom. 9, 27. Jac. 1, 6. — *undae maris*, Act. 27, 30. 38. 40. 28, 4. 2 Cor. 11, 26. Significatur h. v. in N. T. a) *mare*, i. e. moles aquarum inter se cohaerentium, quae terram undique cingunt, *Weltmeer*; Luc. 21, 25. Apoc. 20, 13. 21, 1. Gen. 1, 10. — ἡ γῆ καὶ ἡ θάλασσα i. e. terra universa, orbis terrarum, Apoc. 7, 1—3. 12, 12. — ubi ὁ οὐρανὸς simul additur, describitur totus mundus per partes, Act. 4, 24. 14, 15. Apoc. 5, 13. — Περιάγειν τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν, terram et mare circumire, i. e. ubicunque locorum summoque studio quaerere aliquid, Matth. 23, 15. Ἐργάζειν τὴν θάλασσαν, Apoc. 18, 17. cf. Ἐργάζω. — b) mare *mediterraneum*, Act. 10, 6. 32. 17, 14. — c) mare *rubrum*, 1 Cor. 10, 1. 2. ἐρυθρὰ Hebr. 11, 29. Act. 7, 36. Vid. Ἐρυθρός. — d) mare *galilaeum*, s. lacus Tiberiadis, Matth. 4, 15. 18. 8, 24 sqq. 15, 29. Joh. 6, 1—25. 21, 1. 7. et passim; nunquam tamen in Lucae scriptis. — e) auctor Apoc. c. 4, 6. 15, 2. in visionibus vidisse narrat θάλασσαν ὑαλίνην mare vitreum i. e. pellucidum, splendens, ubi quidam labrum ingens, aqua plenum, quod speciem maris retulisset, quale fuerit mare aeneum in tabernaculo et templo (Exod. 30, 18. 1 Reg. 7, 23.), subintelligunt; alii (*Eichhorn.* in comment.) rectius mare quasi supernum (Gen. 1, 7.), aquas coelestes pellucidas et splendentes. Non enim in templo coelesti vidit Joannes τὴν θάλασσαν, sed circa Dei thronum; imo postea demum templum coeleste apertum esse narrat c. 15, 2—5.

Θάλπω, f. ψω, 1) *calefacio*, 1 Reg. 1, 2. 4. *Josph.* Ant. 7, 14. 3. — de animalibus pullis vel ovis incubantibus Deut. 22, 6. Inde transfertur 2) in N. T. ad curam tenerrimam fovendi, alendi, tuendique et est: *foveo, tueor, nutrio*, 1 Thess. 2, 7. Eph. 5, 7. (*Joseph.* de bell. 4, 3. 14. θαλπόμενοι ἐλπίδι, spe nutriti.)

Θάμαρ, ἡ, *Thamar*, hebr. תָּמָר, nom. pr. indecl. uxoris Her, vid. Gen. 38, 6. — Matth. 1, 3.

Θαμβέω, ῶ, f. ήσω, *obstupesco*, — *attonitus fum* Act. 9, 6. in textu vulg. (obstupefacio, 2 Sam. 22, 5.) — θαμβέομαι, *obstupefio, metu, admirationе percellor*, Marc. 1, 27. 10, 24. 32. coll. Sap. 17, 3. 1 Macc. 6, 8.

Θάμβος, ου, ὁ, *stupor, summa admiratio*, Luc. 4, 36. 5, 9. Act. 3, 10. (etiam pavor, terror, Thren. 3, 46. Ezech. 7, 18.)

Θανάσιμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, et *θανάσιμος, ίμη, ον, lethalis, mortifer.* Semel, Marc. 16, 18. ubi quidam (Kypkius, Munthius ad h. l.) supplendum esse censent *φάρμακον*, quod saepius addunt profani.

Θανατηφόρος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (*θάνατος* et *φέρω*), i. q. *θανάσιμος, lethalis, mortifer.* Semel Jac. 3, 8. coll. Num. 18, 22. Job. 33, 23. 4 Macc. 8, 17. *θανατηφόρος ἀπείθεια.* ib. 18, 26. 4 Macc. 8, 17.

Θάνατος, ου, ὁ, hebr. מָוֶת, מִיתָה, 1) *mors, qua haec vita finitur;* — vario quidem sensu, ita ut sit a) *mors naturalis*, Joh. 5, 24. 11, 4. 13. Phil. 1, 20. Hebr. 7, 23. 9, 16. 11, 5. Apoc. 6, 9. 21, 4. — *Γεύσασθαι, ἰδεῖν τὸν θαν. mori*, Matth. 16, 28. Marc. 9, 1. Luc. 2, 26. 9, 27. Joh. 8, 52. — *Ἕως θανάτου*, ut paene moriar, Matth. 16, 28. 26, 38. Marc. 9, 1. Jon. 4, 10. — *παραπλήσιον θανάτῳ*, ad mortem decubuerat, Phil. 2, 27. — *Μέχρι θανάτου*, ib. v. 30. 2 Macc. 13, 4. — Ex hebraismo pro adjectivo, Apoc. 13, 3. *ἐσφ. εἰς θάνατον*, quod vulnus lethale acceperat. ib. 13, 3. *πληγὴ τοῦ θανάτου*, vulnus lethale. 1 Sam. 5, 11. מָוֶת — מְהוּמָה, LXX. *σύγχυσις βαρεῖα σφόδρα*, sive ut alii codd. legunt, *σύγχυσις θανάτου.* — b) *mors violenta, supplicium, ἔνοχος θανάτου*, Matth. 10, 21. 15, 4. 20, 18. 26, 66. Marc. 7, 10. 13, 12. 14, 64. 10, 33. Luc. 22, 33. 2 Cor. 4, 11 sq. Apoc. 2, 23. coll. Gen. 26, 11. Exod. 22, 19. Lev. 20, 2—9. — *ἄξιον, αἴτιον θανάτου*, Luc. 23, 15. 22. Act. 13, 28. 23, 29. 25, 11. 25. 28, 18. Rom. 1, 32. — *κρίμα θανάτου*, Luc. 24, 20. — *ἀπόκριμα θ.* 2 Cor. 1, 9. — *Ἄχρι θανάτου*, usque ad necem, Marc. 14, 34. Act. 22, 4. Apoc. 2, 10. 12, 11. Judic. 16, 17. — *μέχρι θαν.* Phil. 2, 30. coll. 2 Macc. 13, 4. — De supplicio Christi 1 Cor. 11, 26. Phil. 2, 8. 3, 10. Hebr. 2, 9. 5, 1. — et de morte eius *piaculari*, Rom. 5, 10. Col. 1, 22. Hebr. 2, 14. 9, 15. — c) *mortis genus, ποίῳ θανάτῳ*, quonam mortis genere, Joh. 12, 33. 18, 32. 21, 19. coll. Psal. 32, 21. *θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός.* Sir. 28, 23. Jer. 14, 15. — d) *mortis pericula*, Rom. 8, 38. 1 Cor. 3, 22. 2 Cor. 1, 10. 7, 10. 11, 23. 2 Chron. 32, 11. Psal. 116, 18. — 2) *pestis, lues*, mortis causa, Apoc. 6, 8. 18, 8. LXX. hebr. דֶּבֶר Exod. 5, 3. 1 Reg. 8, 37. Jer. 21, 7. Ezech. 6, 11. Similiter hebr. מָוֶת legitur Jer. 18, 21. — 3) *mortuorum habitaculum*, hades, sepulchrum; Apoc. 1, 18. 20, 13. 14. Putabatur diabolus mortuos hade inclusos tenere, unde intelligitur Hebr. 2, 14. Act. 2, 24. Vid. quae de potestate diaboli, tanquam mortuorum in inferris domino, habet Evang. Nicodemi apocryphon in *Birchii* auctario cod. apocr. N. T. Fabriciani (Hafn. 1804.) p. 106 sqq. — LXX. pro hebr. קֶבֶר, sepulchrum, Job. 3, 22. 23. Inde *σκιὰ θανάτου*, umbrae hadis, i. e. tenebrae densissimae, Matth. 4, 16. Luc. 1, 79. LXX. hebr.

צלמות Jes. 9, 1. Jer. 13, 16. Job. 24, 17. — 4) *status mortuorum in hade*, qui vitae dissimilis et morti sive somno similis putabatur, ideoque etiam θάνατος appellabatur. Huic subjecti dicuntur homines in poenam peccati qui, nisi peccassent, ad vitam coelestem (in coelis, cum Deo) transituri fuissent, Rom. 5, 12. 14. 17. 21. 1 Cor. 15, 21. Non enim hic de morte corporis cogitandum, nec est mortis in his terris necessitas, sed necessitas subeundi hadis tristissimas tenebras. Eodem sensu fortasse θάνατος Rom. 6, 9. 2 Tim. 1, 10. atque 1 Cor. 15, 26. 54 sq. nisi hic de diabolo huius mortis auctore et in hade versantium domino cogitandum est. coll. Sap. 1, 12 sq. 2, 24. — Idem status post resurrectionem mortuorum et judicium continuatum iri putabatur, sed in poenam impiorum, itaque miserrimus et cruciatibus plenissimus; 5) *status infelicissimus, poenae futurae, miseria summa*, Joh. 8, 51. Rom. 6, 16. 21. 23. 7, 5. 8, 2. 6. 2 Cor. 2, 16. (vid. Ὀσμή.) 3, 7. Hebr. 2, 15. 1 Joh. 3, 14. — Appellatur Apoc. 2, 11. 20, 6. 14. 21, 8. ὁ δεύτερος θάνατος, *altera mors*, quia hic status miseriae post resurrectionem, qua interceptus putabatur, denuo continuabitur. Eodem sensu mortem secundam dixerunt Targum Hierosol. in Deut. 33, 6. et Psal. 49, 11. cf. *Eichhorn.* ad Apoc. 2, 11. — Inde ἁμαρτία πρὸς θάνατον, 1 Joh. 5, 16. 17. peccatum poena miseriae futurae luendum; peccatum gravissimum. (Test. XII. Patr. p. 628. ἁμαρτία εἰς θάνατον, peccatum grave, mortis poena dignum). — 6) *mors moralis*, status hominis, qui iners ad bonum quodcunque peccati vinculis constringitur, ut mortuus mortis vinculis, Rom. 7, 10. 13. 24. — τὸ mori peccato, peccato prorsus valedicere, Rom. 6, 3. εἰς θάνατον αὐτοῦ ἐβαπτ. obstricti sumus peccato mori, ut Christus ad peccata tollenda mortuus est. ib. v. 4. 5. — Saepius non legitur.

Θανατόω, ῶ, f. ώσω, 1) *interficio*, 2 Cor. 6, 9. 1 Petr. 3, 18. — 2) *morti trado*, Matth. 10, 21. Marc. 13, 12. Luc. 21, 16. — morti *adjudico* et *trado*, Matth. 26, 59. 27, 1. Marc. 14, 55. — in *mortis pericula conjicio*, Rom. 8, 36. coll. Psal. 44, 22. Psal. 118, 18. (mortem oppeto *Joseph.* bell. 3, 7. 18.) — 3) tropice: *opprimo, subigo, eneco*, i. e. omni vi privo, Rom. 8, 13. Vid. Ἀναιρέω. — Passive: θανατοῦσθαί τινι, Rom. 7, 4. ab alicuius potestate prorsus liberari, ab eo prorsus separari, cf. Θάνατος, et Νεκρός. Saepius non extat.

Θάπτω, f. ψω, pf. τέταφα, aor. 1. pass. ἐτάφην, hebr. קבר, 1) *sepelio*; Matth. 14, 12. Act. 2, 29. 5, 6. 9. 10. 1 Cor. 15, 4. *Joseph.* Antiq. 4, 8. 6. ἀτίμως θάπτεσθαι. — 2) ex adjuncto: *funus facio, sepulturam procuro*, Matth. 8, 21 sq. Luc. 9, 59 sq. et fortasse etiam Luc. 16, 22. coll. Gen. 50, 26. ubi LXX. pro hebr. חנט, aromatibus condire.

Θάρα, ὁ, *Thara*, hebr. תֶּרַח, nom. pr. indecl. patris Abrahami (Gen. 11, 24. Jos. 24, 2.). Luc. 3, 34.

Θαρρέω, ῶ, f. ήσω, (a θάρρος, fiducia) *bono sum animo, fiducia, spe sum plenus*, 2 Cor. 5, 6. 8. Hebr. 13, 6. Prov. 1, 21. — **Θαρρεῖν ἔν τινι** (pro τινί) alicui confidere, de aliquo bene sperare, 2 Cor. 7, 6. Eodem sensu θαρσεῖ (sive ut alii legunt θαρρεῖ) ἐπ' αὐτῇ, Prov. 31, 11. hebr. בָּטַח leq. 2. — θαρρ. εἰς τινα, audacter agere cum aliquo, severius in illum animadvertere, 2 Cor. 10, 1. 2.

Θαρσέω, ῶ, f. ήσω, (a θάρσος), *fiduciam habeo, bono sum animo*. In N. T. tantum occurrit imperativus: θάρσει, bono sis animo, noli timere, Matth. 9, 2. 22. Marc. 10, 49. Luc. 8, 48. Act. 23, 11. et θαρσεῖτε, Matth. 14, 27. Marc. 6, 50. Joh. 16, 33. hebr. אַל־יָרֵא, Gen. 35, 17. Exod. 14, 13. Zeph. 3, 17.

Θάρσος, εος, τὸ, *fiducia*, Act. 28, 15. ἔλαβε θάρσος, animum recepit. — Job. 17, 9. ἀναλάβοι θάρσος. 1 Macc. 4, 35.

Θαῦμα, τος, τὸ, 1) res mira; 2) *admiratio*. Apoc. 17, 6. ἐθαύμασα θαῦμα μέγα, ex hebraismo: vehementer miratus sum. coll. Job. 17, 8. 18, 20. Saepius non extat in cod. sacro.

Θαυμάζω, f. άσομαι, 1) latinor. *miror, admiror*. Ubi subjectum vel causa admirationis additur, legitur vel accusativus rei, Luc. 7, 9. 24, 12. Joh. 5, 28. Act. 7, 31. Apoc. 17, 6. coll. Dan. 8, 27. vel ἐπί τινι, Marc. 12, 17. Luc. 2, 33. 4, 22. 9, 43. 20, 26. Act. 3, 12, (Jes. 52, 15. 14, 16. Job. 42, 11. Judith. 11, 21. Sap. 11, 15.) — vel ἔν τινι, Luc. 1, 21. 2 Thess. 1, 10. Sir. 11, 20. semel περί τινος Luc. 2, 18. et semel διά, Marc. 6, 6. — Si sequitur propositio causam s. objectum admirationis continens, legitur ὅτι, ubi res est certa, Luc. 11, 38. Gal. 1, 6. Joh. 3, 7. 4, 27. Apoc. 17, 8. — εἰ, ubi res dubia est vel videtur, Marc. 15, 44. 1 Joh. 3, 13. *Joseph.* c. Ap. 1, 12. — Ut latinor. miror usurpatur vario modo, et dicitur a) de magno, divino, quod comprehendi perspicique non potest, ideoque stuporem, admirationem excitat; *admiror, obstupesco*, Matth. 8, 27. 9, 8. 33. 15, 31. Marc. 5, 20. 6, 51. Luc. 1, 63. 2, 18. 33. 9, 43. 11, 14. 24, 12. 41. Joh. 5, 20. 7, 21. Act. 2, 7. 3, 12. 7, 31. Apoc. 17, 6—8. — etiam adjecta notione timoris, Luc. 8, 25. Act. 13, 41. — b) de inexpectato, insolito, quod praeter spem et opinionem evenit; *mirum mihi videtur, commoveor*, nostrum: *es befremdet mich*, Matth. 21, 20. 22. 27, 14. Marc. 6, 6. 15, 5. 44. Marc. 12, 17. Luc. 1, 21. 11, 38. 20, 26. Joh. 3, 7. 4, 27. 5, 28. 7, 15. Act. 4, 13. Gal. 1, 6. 1 Joh. 3, 13. — ubi boni aliquid est, praevalet notio laetitiae: *laetus miror*, Matth. 8, 10. Luc. 4, 22. 7, 9. — ubi causa mirandi mali

aliquid est, adjecta est notio indignationis, unde quidam etiam, sed minus recte, vertunt: aegre fero, v. c. Marc. 6, 6. Joh. 4, 27. 7, 21. ubi versu 23. χολᾶτε. 1 Joh. 3, 13. Gal. 1, 6. Est autem potius: *pungit me, commoveor.* — Cum, quae ob praestantiam admiramur, etiam veneremur et celebremus, est 2) *veneror, colo;* ut Sir. 7, 29. εὐλαβοῦ τὸν κύριον, καὶ τοὺς ἱερεῖς αὐτοῦ θαύμαζε i. e. debito prosequere illos honore. (*Cebet.* tab. c. 2.). In N. T. hoc sensu Apoc. 13, 3. θαυμάζειν ὀπίσω τινος ex hebraismo, proprie: mirari et sequi aliquem, cultu prosequi. Item passiv. θαυμάζεσθαι, *illustris, conspicuus fio,* 2 Thess. 1, 10. coll. Jes. 61, 6. Sap. 8, 11. Sir. 38, 3. ἔναντι μεγιστάνων θαυμασθήσεται. — Inde etiam explicatur formula hebr. θαυμάζειν πρόσωπον, externam hominis conditionem mirari, i. e. in agendo respicere et revereri, Jud. v. 16. coll. Levit. 19, 15. (ubi הָדַר, honoro) 2 Chr. 19, 7. Gen. 19, 21. Deut. 10, 17. Jes. 9, 15. — Saepius non occurrit.

Θαυμάσιος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, mirandus, admirabilis. Sir. 43, 27. 48, 15. — Inde τὸ θαυμάσιον s. τὰ θαυμάσια, *facta miranda, miracula.* Semel Matth. 21, 15. Saepissime in V. T. pro hebr. נִפְלָאוֹת, Exod. 3, 20. Jud. 6, 13. Neh. 9, 17. et פֶּלֶא, Psal. 77, 11. 14. Dan. 12, 6.

Θαυμαστός, ή, όν, 1) *mirandus,* a) de eo quod cogitatione comprehendi non potest, stuporem injicit; Matth. 21, 42. ἔστι αὕτη θαυμαστή, mirandum est, pro τοῦτο ἐστι θαυμαστόν, e versione LXX.; Psal. 118, 23. ubi in hebr. נִפְלָאוֹת. Eodem modo Marc. 12, 11. Hoc sensu pro hebr. נִפְלָא saepius, v. c. Job. 42, 3. Mich. 7, 15. Jes. 25, 1. b) de eo quod stuporem et simul *terrorem* injicit, Apoc. 15, 1. 3. LXX. pro hebr. נוֹרָא Exod. 15, 11. 34, 10. Deut. 28, 58. — c) de eo quod *insolitum* est, Joh. 9, 30. 2 Cor. 11, 14. Vid. Θαυμάζω. — 2) ut θαυμάζω ad venerationem transfertur, sic etiam θαυμαστὸς est: *magnificus, summo aestimandus, praestantissimus;* 1 Petr. 2, 9. φῶς θαυμ. lux praestantissima. LXX. pro hebr. אַדִּיר, magnificus, Psal. 8, 1. 93, 4. coll. Dan. 9, 4. κύριε ὁ θεὸς μέγας καὶ θαυμαστὸς (hebr. נוֹרָא colendus). Sir. 43, 29. θαυμαστὴ ἡ δυναστεία αὐτοῦ. Joseph. c. Apion. 1, 9. θαυμασιώτατος βασιλεύς. Saepius non extat.

Θεᾶς, ᾶς, ἡ, (ἡ θεὸς) *Dea.* Act. 19, 27. [33.] et vers. 37., ubi Griesb. reposuit τὴν θεὸν genere masculino, sensu non mutato, cum θεὸς sit generis communis et profani ὁ et ἡ θεός promiscue dicant.

Θεάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, 1) *specto,* nostrum: *schauen,* Matth. 11, 7. ἐξήλθετε θεᾶσθαι exiistis visuri, Matth. 11, 7. Luc. 7, 24. — Passivum θεαθῆναί τινι, spectatum se praebere alicui, conspici ab omnibus velle, Matth. 6, 1. 23, 5. — 2) *oculis conspicio,* de eo, qui ipse aliquid oculis conspexit,

neque aliunde cognovit, Marc. 16, 14. Joh. 1, 14. 32. Act. 1, 11. 22, 9. 1 Joh. 1, 1. 4, 12. 14. coll. 2 Macc. 3, 36. Passive: θεᾶσθαι ὑπό τινος, Marc. 16, 11. — Ex adjuncto: *viso, inviso*, Rom. 15, 22. 2 Chron. 22, 6. θεάσασθαι (רָאָה) Ἰωράμ. *Joseph.* Antiq. 16, 1. 2. θεάσαθαι τοὺς παῖδας ἐν τῇ ῥώμῃ διατρίβοντας. — 3) *contemplor, perlustro*, Matth. 22, 11. Joh. 4, 35. Luc. 23, 55. 2 Macc. 2, 4. — 4) *forte conspicio, video* simpliciter, i. q. εἴδω, Luc. 5, 27. Joh. 1, 38. 6, 5. 8, 10. 11, 45. [Act. 8, 18. ubi Griesb. ἰδὼν] Act. 21, 27. Saepius non legitur.

Θεατρίζω, f. ίσω, (θέατρον) 1) in theatro sum, comoediam ago. 2) *ludicro, ludibrio sum, ignominiae expono.* Semel Hebr. 10, 33. ὀνειδισμοῖς καὶ θλίψεσι θεατριζόμενοι, velut in theatro contumeliis et vexationibus expositi, ita vexati, ut ignominiae publice exponamur. Alii de suppliciis ignominosis cogitant. Vide Θέατρον.

Θέατρον, ου, τὸ, (a θεάομαι) *theatrum*, locus spectaculorum. Ex more Graecorum aliis etiam, quam spectandi, causis multitudo ducta in theatris confluere solebat. Habebantur enim in iis etiam conciones populi, ubi aut res publicae aut causae privatae agebantur. (cf. *Raphelii* annot. e Xenoph. *Kypkii* et *Krebsii* obss. ad Act. 19, 27. coll. *Corn. Nep.* Timol. 4. *Cic.* pro Flacco c. 7. *Tacit.* hist. 2, 80. 6. *Joseph.* de bell. 7, 3. 3. Antiq. 17, 6, 3.). Hinc intelligitur Act. 19, 29. 31. — In formula autem 2) θέατρον ἐγενήθημεν τῷ κόσμῳ, 1 Cor. 4, 9. θέατρον, est i. q. θέαμα, δρᾶμα, spectaculum, fabula, ut nostrum: *zum Schauspiel werden.* Alii hoc referunt ad *ignominiam*, cum in comoedia prisca Graecorum homines tum viventes nonnunquam ita depingerentur, ut ludibrio essent, et risui exponerentur; alii ad *supplicia* et *poenas gravissimas*, cum ex more Graecorum illius temporis supplicia etiam in theatris sumerentur, hominesque capitis damnati, ut cum bestiis depugnarent, in ea deducerentur. Sic *Josephus* de bell. 6, 9. 2. Titum, narrat, plurimos Judaeorum devictos per provincias distribui jussisse, in theatris ferro et bestiis consumendos, (φθαρησομένους ἐν τοῖς θεάτροις σιδήρῳ καὶ θηρίοις). Idem c. Apion. 1, 8. παντοίων θανάτων τρόπους ἐν θεάτροις ὑπομένοντες. *Philo* in Flacc. p. 977. Vid. omnino *Loesneri* obss. e Phil. p. 275 sq. *Carpzov.* sacrae exercitatt. in epist. ad Hebr. p. 485. — Pertinet ad nostrum locum Glossa *Hesychii*, θέατρον· θέαμα ἢ σύναγμα.

Θεῖον, ου, το, *sulphur.* Psal. 11, 6. — πῦρ καὶ θεῖον, ignis sulphureus, Luc. 17, 29. Apoc. 14, 10. coll. Gen. 19, 24. Ezech. 38, 22. 3 Macc. 2, 5. Non solum fulmina odorem sulphuris spargunt, ut ignis sulphureus esse facile videri possit, sed etiam in motibus terrae saepe prorumpere solet aut ignis aut vapor sulphureus. — λίμνη τοῦ πυρὸς καὶ θείου,

Apoc. 20, 10. i. e., ut c. 19, 20. et 21, 8. dicitur, λίμνη καιομένη πυρὶ καὶ θείῳ. — Apoc. 9, 17, 18. κάπνος καὶ θεῖον vapor sulphureus, f. fumus cui intermixti sunt flammulae sulphureae. Saepius non extat.

Θεῖος, εία, εῖον, (a θεὸς) *divinus*, ad Deum pertinens, ei proprius, 2 Petr. 1, 3. 4. Job. 27, 3. 33, 4. Exod. 31, 3. a Deo veniens auctore. 2 Macc. 3, 29. 4, 17. (Profanis etiam pro praestantissimo dicitur). — Τὸ θεῖον substantive: *numen divinum, natura divina*, Act. 17, 29. (*Joseph.* Ant. 6, 7. 4. et saepius.)

Θειότης, ητος, (a θεὸς) *divinitas, natura et perfectio divina.* Semel Rom. 1, 20. et semel in V. T. Sap. 18, 9. pro numine ipso.

Θειώδης, εος, ὁ, ἡ, ες, τὸ, (a θεῖον, sulphur) *sulphureus.* Apoc. 9, 17.

Θέλημα, ατος, τὸ, (a θέλω) 1) *appetitus* quicunque quo trahimur ad agendum. Joh. 1, 13. ἐκ θελ. σαρκὸς, ex appetitu naturali. Eph. 2, 3. coll. Jer. 23, 26. προφητεύειν τὰ θελήματα τῆς καρδίας. — 2) *quod quis vult optatque ut fiat, quod placet alicui, quod eius voluntati est consentaneum, voluntas*, (hebr. רצון 1 Reg. 5, 8. 9. Psal. 1, 2.) Matth. 7, 21. 12, 50. 18, 14. 26, 42. Marc. 3, 35. Luc. 22, 42. Joh. 5, 30. 6, 38. 7, 17. 9, 31. Rom. 12, 2. 1 Cor. 16, 12. Eph. 5, 17. Col. 1, 9. Hebr. 13, 21. 1 Petr. 2, 15. 4, 2 sq. 1 Joh. 2, 17. 5, 14. — 3) *voluntas*, et quidem a) *facultas* volendi, Eph. 1, 11. βουλὴ τοῦ θελήματος, decretum voluntatis. Eph. 1, 5. εὐδοκία τοῦ θελήματος, quod vero etiam esse potest: decretum benevolum. — *arbitrium* in agendo, Luc. 23, 25. 2 Petr. 1, 21. — 4) voluntas, *qua decretum est aliquid*, itaque a) *decretum*, Act. 22, 14. Rom. 15, 32. 1 Cor. 1, 1. 2 Cor. 1, 1. 8, 5. Gal. 1, 4. Eph. 1, 1. 9. Col. 1, 1. 2 Tim. 1, 1. 1 Petr. 3, 17. 4, 19. Apoc. 4, 11. ἐν τῷ θελήματι θεοῦ, Deo volente, si est in eius decretis, Rom. 1, 10. — b) *propositum*, 1 Cor. 7, 37. — c) *lex, praeceptum, mandatum*, Matth. 21, 31. Luc. 12, 47. Joh. 4, 34. 6, 38—40. Act. 13, 22. 21, 14. 1 Thess. 4, 3. 5, 18. Hebr. 10, 7—10. coll. Dan. 4, 32. Interdum τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ omnem Dei voluntatem hominibus patefactum, omnia eius praecepta comprehendit, ut Matth. 6, 10. Luc. 11, 2. Rom. 2, 18. Eph. 6, 6. — 5) metonymice: *obsequium erga praecepta, agendi ratio voluntati alterius consentanea*, Rom. 12, 2. Col. 4, 12. 2 Tim. 2, 26. et fortasse etiam Hebr. 10, 36. θέλημα obsequium Christi indicat. — Saepius non habetur.

Θέλησις, εως, ἡ, (a θέλω) actus volendi; — *voluntas, beneplacitum*, Hebr. 2, 4. — 2 Macc. 12, 16. τῇ τοῦ θεοῦ θελήσει. Ezech. 18, 23. Tob. 12, 18. Sap. 16, 25.

Θέλω, et ἐθέλω, f. θελήσω, quod respondet latinor.

volo et apud LXX. maxime hebr. אָוָה et חָפֵץ, quinque habet notiones primarias. Usurpatur enim 1) de *propensione animi ad aliquid*, nixa cum *appetitu* tum *voluntate*, et est a) *opto, cupio, desidero*, Matth. 7, 12. 12, 38. 15, 28. Marc. 10, 35. Luc. 6, 31. 8, 20. 23, 8. Joh. 12, 21. 17, 24. Rom. 16, 19. 1 Cor. 7, 7. 2 Cor. 11, 12. 12, 20. 1 Petr. 3, 10. Apoc. 22, 17. et saepius. Phil. 2, 13. τὸ θέλειν desiderium salutis excitavit Deus in vobis. Mal. 3, 1. — b) ex adjuncto: *delector aliqua re, amo*, Matth. 12, 7. ἔλεον θέλω, vid. Hos. 6, 6. ubi hebr. חָפֵץ. Hebr. 10, 5. 8. coll. Psal. 40, 7. Jes. 1, 11. — Matth. 27, 43. εἰ θέλει αὐτὸν, si eo delectatur, eum amat. coll. Psal. 22, 8. ψ. 4. 1 Sam. 18, 22. θέλει ἐν σοὶ ὁ βασιλεὺς (חָפֵץ seq. ב, in altero membro ἀγαπᾶν.) Test. XII. Patr. θέλειν ἐν καλῷ, bono delectari. — Ad mores relatum dicitur de eo, quod libenter facimus, facere solemus, ut latinor. *amare*; Marc. 12, 38. θέλοντες περιπατεῖν, qui amant incedere. Luc. 20, 46. Joh. 8, 44. θέλετε ποιεῖν, soletis, amatis facere. Gal. 6, 12. Col. 2, 18. θέλων ἐν ταπεινοφροσύνῃ (ex hebraismo חָפֵץ seq. ב) 1 Tim. 1, 7. Nehem. 1, 11. — 2) de *arbitrio* et *placito*, et est a) *lubet mihi*, pro arbitrio ago, Matth. 17, 12. Marc. 6, 22. 9, 13. Luc. 4, 6. Joh. 3, 8. 21, 18. Rom. 9, 18. 1 Cor. 7, 39. Esth. 3, 11. ὡς θέλεις hebr. בְּעֵינֶיךָ — b) *placet mihi*, Matth. 8, 22. ἐὰν θέλῃς, si vis, si placet. 13, 28. 17, 4. 26, 15. Marc. 1, 40. 14, 7. Joh. 5, 21. 6, 11. Act. 25, 9. 1 Cor. 4, 19. et passim — *libenter volo*, Joh. 5, 35. coll. 1 Chron. 28, 9. ψυχῇ θελούσῃ, lubenti animo. — Refertur etiam, ut latinor. *placet*, ad sententiam, 2 Petr. 3, 5. τοῦτο θέλοντες, qui hoc opinantur, ita ratiocinantur. — c) *eligo, praefero*, Matth. 27, 15. 21. Marc. 3, 13. 1 Cor. 4, 21. τί θέλετε, quid praefertis. ib. 7, 36. 14, 19. — 3) *de consilio, et voluntate*, et est a) *volo, in consiliis habeo*, Marc. 15, 9. Luc. 1, 62. Act. 6, 3. Gal. 6, 13. Joh. 6, 67. 7, 44. 9, 27. 2 Cor. 12, 6. Matth. 26, 39. Marc. 6, 19. 14, 36. Luc. 13, 31. 14, 28. Act. 7, 28. et saepius Judic. 20, 5. hebr. זָמַם, cogitavit. — Act. 18, 21. τοῦ θεοῦ θέλοντος, Deo annuente, volente. — b) *volo* deliberato consilio, de voluntate *morali*, Rom. 7, 15—21. Gal. 5, 17. 2 Cor. 8, 10 sq. — c) *decrevi, constitui*, Joh. 21, 22 sq. Act. 24, 6. Rom. 9, 22. Col. 1, 27. 1 Thess. 2, 18. coll. Job. 23, 13. Jes. 55, 11. Esth. 1, 8. ubi in textu hebr. אָנֹס firmiter decrevi. — d) *studeo, tento*, Matth. 23, 37. Marc. 8, 35. 10, 43 sq. Luc. 10, 29. 13, 34. Joh. 6, 21. 7, 17. Act. 19, 33. Gal. 1, 7. 2 Tim. 3, 12. et passim. — 4) de declaratione voluntatis: *postulo, jubeo, volo*, Joh. 9, 27. Matth. 26, 17. (ubi ἵνα ut saepius omittitur post θέλω) Marc. 14, 12. Luc. 5, 39. 9, 54. 22, 9. [Act. 9, 6.] Rom. 9, 16. — 5) de *actione*, quae ex consilio, proposito sequitur, et est a) *in eo sum*, Matth. 5, 40. Joh. 1, 44. ἠθέ-

λησεν ἐξελθεῖν, cum in eo esset, ut. ib. 16, 19. Act. 14, 13. ἤθελε θύειν, in eo erat ut sacrificium offerret. Gal. 4, 9. — Marc. 6, 48. ἤθελε, velle videbatur scl. apostolis. — b) *audeo*, Luc. 8, 13. Apoc. 11, 5. — 6) Denique notandae sunt formulae: a) τί θέλοι, quid sibi velit. Act. 2, 12. τί ἂν θέλοι τοῦτο εἶναι, quid hoc sibi velit, quo tandem evasurum sit, ib. 17, 20. — ib. 17, 18. τί ἂν θέλοι λέγειν, quid tandem esse potest, quod dicat? — b) θέλω si jungitur infinitivo rei, ut βούλομαι, mandatum indicat, tribuitque infinitivo sequenti vim imperativi; sic in formulis Paulinis: οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγνοεῖν, nolo a vobis ignorari, i. e. *scitote, perpendite*, Rom. 1, 13. 11, 25. 1 Cor. 10, 1. 12, 1. 2 Cor. 1, 8. 1 Thess. 4, 13. — θέλω ὑμᾶς κοινωνοὺς γίνεσθαι, i. e. decet vos etc. 1 Cor. 10, 20. — θέλω δὲ ὑμᾶς εἰδέναι, 1 Cor. 11, 3. Col. 2, 1. vid. etiam 1 Cor. 14, 5. Gal. 3, 2. Sic etiam Jac. 2, 20. θέλεις δὲ γνῶναι, sciendum tibi est! (Non enim interrogative accipienda est haec propositio.) — c) μὴ θέλω, quod bis tantum occurrit Matth. 5, 19. et Luc. 19, 27. (coll. v. 14. ubi pro μὴ legitur οὐ θέλω) et οὐ θέλω profanis quidem non uno sensu dicuntur, cum οὐ absolute, et rem ipsam neget, μὴ autem prohibitive et conditionate, et opinionem de re neget (vid. *Matthiae* gramm. gr. §. 608. *Rostii* gramm. gr. p. 485 sqq.); at nostri scriptores, hoc discrimen non ubique servantes, hac formula utuntur, ut sit: α) *nolo*, de eo qui aliquid facere quidem posset, sed se ipse cohibet, ne faciat, μὴ θέλω, Matth. 1, 19. οὐ θέλω Marc. 6, 26. 9, 30. Joh. 7, 1. 1 Cor. 16, 7. — β) nolo, de eo, qui aliquid, quod postulatur, *recusat*, Matth. 21, 29. — Inde saepius verti potest: *renuo*; *recuso*, μὴ θέλειν, Luc. 19, 27. (4 Macc. 5, 3.) οὐ θέλειν, Matth. 2, 18. 15, 3. 18, 30. 22, 3. 23, 4. 37. 27, 34. Luc. 13, 34. 15, 28. 18, 4. 19, 14. Joh. 5, 40. Act. 7, 39. 2 Thess. 3, 10. coll. Gen. 37, 34. (מאן) 2 Sam. 23, 16 sq. Jes. 28, 13. Jer. 11, 10.

Θεμέλιος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (a θέμα, *quod positum est*, quod a τίθημι, pono) qui fundamenti loco ponitur, ad fundamentum pertinet. — Inde 1) ὁ θεμέλιος scl. λίθος, *lapis qui fundamenti loco ponitur*, *fundamentum*, Grundstein, (λίθος εἰς θεμέλιον Jer. 51, 26.) Apoc. 21, 14. 19 seq. coll. Jes. 54, 11. — Tropice de Christo: auctor doctrinae et salutis, 1 Cor. 3, 11. 12. 2 Tim. 2, 19. coll. Jes. 28, 16. — οἱ θεμέλιοι scl. λίθοι, lapides fundamenti loco positi, *fundamenta*, *Grundmauer*, Hebr. 11, 10. πόλις τοὺς θεμελίους ἔχουσα, urbs firma, firmo murorum fundamento superstructa, ideoque immobilis. Comparatur enim cum tentorio mobili nomadum. Eodem sensu οἱ θεμέλιοι, Esdr. 4, 12. 5, 16. 3 Esdr. 6, 20. — 2) τὸ θεμέλιον et τὰ θεμέλια, *fundamenta* aedificii, Luc. 6, 48. 49. 14, 29. Act. 16, 26. coll. 1 Reg. 5, 17. Jes. 54, 11. Psal. 37, 7. Ezech. 30, 4. — Tropice: *elementa do-*

ctrinae, prima institutio, qua fides tanquam fundamento nititur, 1 Cor. 3, 10. Hebr. 6, 1. Eph. 2, 20. — *fundamenta* doctrinae et salutis, *prima causa* salutis, qua innixa est ut aedificium fundamentis, Rom. 15, 20. 1 Tim. 6, 19. — Saepius non habetur.

Θεμελιόω, ῶ, f. ώσω (a θεμέλιος) 1) fundamenta pono, Jos. 6, 26. 1 Reg. 16, 34. 2 Chron. 8, 16. — 2) *exstruo* super fundamento, *fundo*, Matth. 7, 25. Luc. 6, 48. — firmiter condo, τὴν γῆν, Hebr. 1, 10. Job. 38, 4. Psal. 102, 26. Prov. 3, 19. hebr. יָסַד. Prov. 8, 23. coll. Sir. 24, 9. — 3) tropice: *firmo, confirmo*, Eph. 3, 18. τεθεμελιωμένοι scl. τῇ πίστει, ut additur Col. 1, 23. 1 Petr. 5, 10. — (De astris coelo infixis Psal. 8, 3.)

Θεοδίδακτος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (θεὸς et διδακτὸς) *a Deo edoctus*. Semel 1 Thess. 4, 9. coll. Joh. 6, 45. διδακτοὶ τοῦ θεοῦ.

Θεόλογος, ου, ὁ, (θεὸς et λόγος) 1) de diis et rebus divinis dicens, (s. ore, s. scripto). Antiquiores Graeci et poetas, mythos de diis eorumque operibus canentes, v. c. Homerum, Hesiodum, et vero etiam philosophos de Deo et rerum origine philosophatos nomine Theologorum insigniebant. — 2) in ecclesia christiana sec. 2. etiam ii dicebantur θεόλογοι, qui λόγον esse Deum, sive doctrinam de λόγῳ divino in Christo defenderent. Hinc Joannes in inscriptione (spuria) apocalypseos ita appellatur.

Θεομαχέω, ῶ, f. ήσω, (θεὸς et μάχομαι) *cum Deo pugno, Deo oppugno; eius consiliis adversor*; semel Act. 23, 9. in textu vulg. — 2 Macc. 7, 29.

Θεομάχος, ου, ὁ, ἡ, i. e. θεῷ μαχόμενος, *cum Deo pugnans; Dei consilia impugnans*, Act. 5, 39. (*Symmach.* Job. 26, 5. Prov. 21, 16. pro רְפָאִים, LXX. γίγαντες.)

Θεόπνευστος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (θεὸς et πνέω spiro) a Deo afflatus, spiritu divino actus. Proprie de homine, qui numine agitur, qui Hos. 9, 7. dicitur πνευματοφόρος; Graecis ἔνθεος γενόμενος, *Josepho* Antiq. 4, 6. 5. τῷ θείῳ πνεύματι κεκινημένος. — deinde de rebus, quae per afflatum divinum homini suggeruntur, (v. c. θεόπνευστοι ὄνειροι, somnia a Deo immissa, *Plutarch.* T. IX. p. 583. ed. Reisk.); sic 2 Tim. 3, 16. γραφὴ θεόπνευστος, scriptura ab hominibus, quos docuit divinus spiritus, scripta. *Josephus* contra Apion. 1, §. 7. scriptores V. T. sua a Deo didicisse narrat κατὰ τὴν ἐπίπνοιαν. Esdras, secundum traditionem 4 Esdr. 14, 21. Vet. Test. volumina deperdita denuo scripturus, Deum rogasse legitur: „immitte spiritum sanctum in me, et scribam omne, quod factum est“ etc. — Deus autem respondisse dicitur v. 25.: „venias huc, et ego accendam in corde tuo lucernam intel-

lectus, quae non extinguetur, quoad usque finiantur quae incipis scribere."

Θεὸς, οῦ, ὁ, ἡ, 1) *numen divinum, Deus, Dea.* Nomen generale, ut hebr. אל et אֱלֹהִים, quo appellantur omnes naturae, quae divinae habentur. — ὁ θεὸς ῥεμφέν, Act. 7, 43. ἡ θεὸς, Dea semel Act. 19, 37. — Joh. 10, 33. ποιεῖς σεαυτὸν θεόν. (Ezech. 28, 2. 9.) Act. 12, 22. θεοῦ φωνὴ καὶ οὐκ ἀνθρ. Act. 28, 6. 14, 11. 17, 13. 19, 26. 24, 14. 1 Cor. 8, 4. 5. 2 Theff. 2, 4. Gal. 4, 8. Hebr. 8, 10. 11, 16. 21, 7. — Etiam de *simulacro* Dei, Act. 7, 40. coll. Jes. 44, 17. 2 Sam. 5, 21. Dan. 5, 25. — 2) ex adjuncto: *dominus summus*, qui Dei instar dominatur, Joh. 8, 54. 2 Cor 4, 4. ὁ θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου, diabolus, qui alibi dicitur ὁ ἄρχων. 1 Cor. 8, 5. ubi conjunguntur θεοὶ et κύριοι. Phil. 3, 19. — et ex significatione hebr. אלהים *colendus*, Joh. 10, 34. 35. θεοὶ, colendi; de magistratibus Psal. 82, 6. 97, 8. Exod 22, 27. — 3) ὁ θεὸς, *Deus verus*, qui mundum creavit solus, eundemque gubernat, (hebr. אֱלֹהִים, יְהוָה, אֵל) Matth. 1, 23. 3, 9. 5, 8. 6, 30. 19, 17. Joh. 4, 25. 17, 24. Rom. 16, 26 sq. Jac. 2, 19. et saepissime. — Dicitur idem etiam θεὸς, omisso articulo, Matth. 6, 24. 19, 26. Luc. 2, 14. 52. 3, 2. Joh. 1, 6. 18. 3, 2. Act. 5, 29. 39. Rom. 1, 1. 4. 7. 18 sq. 1 Cor. 3, 16 sq. 10, 20. 2 Cor. 6, 16. Gal. 4, 8. 9. Hebr. 3, 4. 6, 18. et passim. — Formula κύριος ὁ θεὸς, Matth. 4, 7. 10, 22. 37. Marc. 12, 29 sq. Luc. 1, 16. 32. 1 Petr. 3, 15. Apoc. 4, 8. 11, 17. *dominus summus*, *Deus*, respondet proprie hebr. יְהוָה אֱלֹהִים i. e. Jehovah Deus, (Gen. 2, 15—22. 3, 14.) et saepissime additur genitivus personae ubi est: Jehovah qui est Deus alicuius, Ezech. 44, 3. Jes. 43, 3. Jer. 3, 13. 1 Chron. 29, 18. et in N. T. Act. 2, 39. 7, 37. — Genitivus enim subjecti voc. θεὸς additus, indicat: Deum aliquem amare, fovere; inde a) *Deus alicuius* est: Deus qui aliquem amat, fovet, tuetur, Matth. 22, 32. Marc. 12, 26 sq. Luc. 1, 68. Joh. 20, 17. Act. 5, 13. 5, 30. 7, 32. 46. 2 Cor. 6, 16. et passim. coll. Gen. 17, 7. 28, 3. 35, 11. θεέ μου, mi Deus, Matth. 27, 46. et saepius, ut etiam apud profanos, nominativus pro vocativo, ὁ θεός μου, Marc. 15, 34. Joh. 20, 28. Hebr. 1, 8. 9. — b) *Deus alicuius rei*, i. e. qui eam rem *habet ipse, dat, amat;* ita in scriptis Pauli: θεὸς τῆς ὑπομονῆς, Rom. 15, 5. θ. τῆς ἐλπίδος, Rom. 15, 13. — θ. τῆς εἰρήνης, Rom. 16, 20. Phil. 4, 9. Hebr. 13, 20. — θ. ἀκαταστασίας 1 Cor. 14, 33. — θ. τῆς ἀγάπης, 2 Cor. 13, 11. — et 1 Petr. 5, 10. θ. πάσης χάριτος. — *Genitivus* τοῦ θεοῦ aliis subjectis additur vario sensu; e. g. est: a *Deo veniens*, v. c. πνεῦμα τοῦ θεοῦ, Matth. 3, 16. pro ἀπὸ τοῦ θεοῦ, ut legitur Joh. 3, 34. σοφία τοῦ θεοῦ, Luc. 11, 49. — *a Deo effectus*, a Deo datus, constitutus, v. c. χριστὸς τοῦ θεοῦ Luc. 9, 20. ἀρχιερεὺς τοῦ θεοῦ Act. 23, 4.

βασιλεία τοῦ θεοῦ Matth. 6, 33. ὁ τοῦ θεοῦ ἄνθρ. homo a Deo edoctus, 2 Tim. 3, 17. — *Deo dicatus*, οἶκος τοῦ θ. Luc. 6, 4. 1 Cor. 3, 9. κίθαραι τοῦ θεοῦ, Apoc. 15, 2. — *ad Deum spectans*, ἀγάπη τοῦ θ. amor erga Deum Luc. 11, 42. Joh. 5, 42. προσευχὴ τοῦ θεοῦ, preces Deo factae, Luc. 6, 12. πίστις τοῦ θεοῦ, fides in Deum, Marc. 11, 22. Rom. 3, 3. — *Deo judice*, τὸ μωρὸν τοῦ θεοῦ, 1 Cor. 1, 25. — Reliqua vid. in vocibus singulis. — Genitivus τοῦ θεοῦ et dativus τῷ θεῷ ex hebraismo interdum *superlativum* indicant, ut Act. 7, 20. ἀστεῖος τῷ θεῷ, valde pulcher. 2 Cor. 10, 4. δυνατὰ τῷ θεῷ, validissima. σάλπιγξ τοῦ θεοῦ, tuba maxima, 1 Thess. 4, 16. coll. Matth. 24, 31. coll. Gen. 23, 6. Psal. 68, 11. Jes. 28, 2. Jon. 3, 3. — Interdum τοῦ θεοῦ metonymice: *res divinae*, ut Act. 22, 3. Rom. 10, 2. Tit. 1, 7. et passim. — Τὰ τοῦ θεοῦ, quae in Deo sunt, eius cogitationes, consilia, 1 Cor. 2, 11. — quae Deo placent Matth. 16, 23. Marc. 8, 33. — quae Deo debentur, praestanda sunt, Matth. 22, 21. Marc. 12, 17. Luc. 20, 25. — Τὰ πρὸς θεόν, quae ad Dei cultum pertinent, Rom. 15, 17. Hebr. 2, 17. 5, 1. Exod. 7, 1. 18, 19. 4, 16. — τῷ θεῷ in Dei honorem, ad eius voluntatem, Rom. 6, 10. Gal. 2, 19. 2 Cor. 5, 13. 9, 11 sq. — Εἰς θεὸν et ἐν θεῷ vid. Εἰς, Ἐν. — 4) Cum Deus habitare putaretur in coelo, voces θεὸς et οὐρανὸς interdum inter se permutantur, v. c. βασιλεία τοῦ θεοῦ et τῶν οὐρανῶν. Sic *Joseph.* Ant. 14, 15. 4. νέφοντος τοῦ θεοῦ, coelo ningente. Denique, num voc. θεὸς etiam de Christo, filio Dei dicatur, et quonam sensu, pendet ab explicatione et lectione locor. Joh. 1, 1. 20, 28. Rom. 9, 5. Phil. 2, 6. 1 Tim. 3, 16. 1 Joh. 5, 20. Apoc. 19, 17. coll. v. 7. 22, 6. (In Test. XII. Patr. futurus servator θεὸς appellatur, v. c. p. 542.: ὁ θεὸς σῶμα λαβὼν — ἔσωσεν αὐτούς. Ἀναστήσει γὰρ κύριος (futurum Messiam) θεὸν καὶ ἄνθρωπον. — p. 644.: ὄψεσθε θεὸν ἐν σχήματι ἀνθρώπου. — p. 672.: ὀφθήσεται θεὸς, κατοικῶν ἐν ἀνθρώποις ἐπὶ τῆς γῆς, σῶσαι τὸ γένος Ἰσραὴλ. — p. 696. θεὸς εἰς ἄνδρα ὑποκρινόμενος. Vid. etiam Ἐπιφάνεια.)

Θεοσέβεια, ας, ἡ, (a θεοσεβὴς) *pietas in Deum.* 1 Tim. 2, 10. Baruch. 5, 3. LXX. pro יִרְאַת אֱלֹהִים Gen. 20, 11. Job. 28, 28.

Θεοσεβὴς, ές, contr. οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τὸ, (θεὸς et σέβω) *Deum colens, pius in Deum*, Joh. 9, 31. coll. Exod. 18, 21. Job. 1, 1. 8. 2, 3.

Θεοστυγὴς, ές, contr. οῦς, ὁ, ἡ, — ές, τὸ, (θεὸς et στυγέω odio prosequor), *Deo odiosus*; i. q. θεοστύγητος. *Hesych.*: Θεοστυγεῖς· μισούμενοι ἀπὸ θεοῦ. Eurip. Troad. v. 1213. — Est vero etiam active: *Deo inimicus, ei infestus.* Suid. Θεοστυγεῖς· θεομίσητοι, οἱ ὑπὸ θεοῦ μισούμενοι καὶ οἱ θεὸν μισοῦντες. *Eurip.* Cyclop. v. 395. vid. *Kypke* obss. II, p.

156. — Semel in N. T. Rom. 1, 30. ubi ab conjunctionem cum aliis adjectivis activis posteriori modo intelligendum est.

Θεότης, ητος, ἡ, *divinitas*, divina natura, *complexus perfectionum divinarum*. Col. 2, 9. (*Lucian.* Icarom. c. 9.)

Θεόφιλος, ου, ὁ, (Deum amans) nom. pr. viri nobilis, cui Lucas Evangelium et Acta inscripsit. Luc. 1, 3. Act. 1, 1.

Θεραπεία, ας, ἡ, (a θεράπων) 1) ministerium, quod servi domino praestant. (De operibus cultus divini Joel. 11, 14. θεραπεία τοῦ θεοῦ, *Joseph.* c. Apion. 1, 7.) — Abstractum pro concreto: *servi, ministri, famulitium*, Matth. 24, 45. Luc. 12, 42. Gen. 45, 16, ubi LXX. θεραπεία pro עבדים. (*Philo* de Abr. p. 374. θεραπεία οἰκετῶν, famulorum grex. de vita Mos. p. 626. θεραπεία οἰκετῆ, domestici. *Joseph.* Ant. 4, 6. 4. σὺν θεραπείᾳ βασιλικῇ, cum comitatu regio. id. Ant. 14, 13. 7. τὴν θεραπείαν πᾶσαν, καὶ τὸν ἄλλον ὄχλον.) — 2) de ministerio aegrotis praestito, *cura*, et ex adjuncto: *sanatio, medela*. Luc. 9, 11. Apoc. 22, 2. coll. Ezech. 47, 12. Saepius non habetur. *Joseph.* Ant. 19, 1, 16. ζῶντα ἐν θεραπείαις ὑπὸ τῶν ἰατρῶν εἶναι.

Θεραπεύω, f. εύσω, (a θεράπων) 1) servo, *ministerium praesto*, praesto sum, Tob. 12, 2. Esth. 2, 19. 6, 10. — Act. 17, 25. θεραπεύεται, ministerium aliquod ei praestari potest. coll. 2 Sam. 19, 21. (Dicitur etiam de cultu et veneratione, Prov. 29, 27. 19, 6. Jes. 54, 17. Sap. 10, 19.) — 2) *curo, sano, reficio*; de aegrotis, Matth. 4, 23 sq. 8, 7. 16. Marc. 1, 34. 3, 15. Luc. 4, 40. 9, 1. Joh. 5, 10. Act. 28, 9. et passim. coll. Sir. 18, 19. 38, 7. — de vulneribus Apoc. 13, 3. 12. Sap. 16, 12. (reficere muros 3 Esdr. 2, 18. coll. Esdr. 4, 12. — θεραπεύ. τὰ περὶ τὴν οἰκίαν, malis domesticis remedium adhibere, *Joseph.* Ant. 15, 3. 2.

Θεράπων, οντος, ὁ, *minister, famulus*; non solum de servis sed etiam de ministris regum, (Exod. 7, 10. 20. 8, 29. 31. et saepius) et apud LXX. pro hebr. עבד, passim de ministro Dei, quem ad perficienda consilia sua elegit, v. c. Mose, Exod. 14, 31. 12, 7. 8. Deut. 34, 1. Sap. 18, 21. — Sic semel Hebr. 3, 5. — (Etiam de pio Dei cultore omnino, Job. 1, 8. 2, 3. 3, 19. et passim.)

Θερίζω, f. ίσω, (a θέρος) *meto fruges, messem facio, colligo fruges*, Matth. 6, 26. Luc. 12, 24. — θερίσαντες, messatores, Jac. 5, 4. — Proverbia: a) ἄλλος ἐστὶν ὁ σπείρων καὶ ἄλλος ὁ θερίζων, i. e. alius operam rei impendit, non vero idem sed alius fructum operae percipit, Joh. 4, 37. coll. Job. 31, 8. Mich. 6, 15. — b) θερίζων ὅπου οὐκ ἔσπειρας, quae alii labore meriti sunt, in suos usus vertens, injusta commoda ex aliorum laboribus quaerens, Matth. 25, 24. 26. Luc. 19, 21 sq. — ὃ γὰρ ἐὰν σπείρῃ ἄνθρωπος, τοῦτο καὶ θερίσει, ut

semetipsum fecerit ita metet, i. e. prout quisque agit, ita fata habebit, wie die Arbeit so der Lohn, Gal. 6, 7. — Inde θερίζειν, metaphor. *percipere* fructus vel pietatis vel impietatis, Gal. 6, 8. 9. 2 Cor. 9, 6. cf. Prov. 22, 8. Jer. 12, 13. Test. XII Patr. p. 576: ἐὰν σπείρητε κακὰ, κῆσαν ταραχὴν καὶ θλῖψιν θερίσετε. — praemii loco aliquid *accipere* 1 Cor. 9, 11. Eccl. 11, 4. — Cum messatores falce exscindant segetes, messis et metere est imago *excidii* et *interitus*, Apoc. 14, 15. coll. Joel. 4, 12—14. Jes. 17, 5. Hos. 6, 11. — Denique θερίζειν transfertur quoque ad doctores regni Dei et est: colligere docendo cives ad regnum Dei eiusque salutem. Joh. 4, 36. ib. v. 38. θερίζειν ὃ οὐχ ὑμεῖς κεκοπιάκατε, eos societati christianae adjungere, quos ipsi primo non docuistis. coll. Matth. 9, 37. Luc. 10, 2. — Saepius non extat.

Θερισμός, οῦ, ὁ, (a θερίζω) *messis*; — et quidem a) *messis ipsa*, fruges metendae, Matth. 13, 30. Joh. 4, 35. Apoc. 14, 15. (coll. Jer. 50, 16. et θερίζειν). — *tempus* messis, Marc. 4, 29. Jes. 16, 19. tropice: tempus quo homines colliguntur ad regnum Dei, Matth. 13, 30. coll. v. 39. ubi explicatur per συντέλεια τοῦ αἰῶνος. — *ager demetendus*, das Erntegefilde; tropice: hominum multitudo regno Dei concilianda, Matth. 9, 37 sq. Luc. 10, 2. — Saepius non legitur.

Θεριστής, οῦ, ὁ, (θερίζω) *messor*; Matth. 13, 30. 39. cf. θερισμός. Drac. v. 40.

Θερμαίνω, f. ανῶ, (a θέρμος quod a θέρω calefacio) calefacio; in passivo: *calefio*, calore pungor Sap. 16, 27. — Medium: *me calefacio*, — ad ignem, Marc. 14, 52. 67. Joh. 18, 18. 25. coll. Jes. 44, 15. 16. — per vestes Jac. 2, 16. coll. Hagg. 1, 6. 1 Reg. 1, 1.

Θέρμη, ης, ἡ, (a θέρμος calidus) *calor*, *aestus*. Act. 28, 3. LXX. pro חם Job. 6, 17. חֹם Psal. 19, 7. coll. Coh. 4, 11. Sir. 38, 28.

Θέρος, εος, τὸ, (a θέρω), graecis est: *aestus*; deinde *messis*, ut apud LXX. Jer. 8, 20. Prov. 26, 1. ubi in hebr. est קָצִיר. — Frequentius autem in versione LXX. respondet hebr. קַיִץ, et indicat eam anni partem, ubi calor adest, ver et aestatem simul, cui opponitur חֹרֶף, quod autumnum et hyemem complectitur. Utrumque igitur vocabulum describit totius anni decursum ratione temperatis, Gen. 8, 23. Psal. 74, 17. Zach. 14, 8. et Test. XII. Patr. p. 640.: τὸ θέρος ἡλίευον καὶ ἐν χειμῶνι ἐποίμαινον. (Thucyd. II, 1. κατὰ θέρος καὶ χειμῶνα.) Cum in Palaestina jam mense Januario et Febr. omnia progerminent, ex herbis nascentibus et ramis arborum iterum virentibus colligi potest tempus aestatis, τὸ קַיִץ, instare. Inde explicanda sunt loca Matth. 24, 32. Marc. 13, 28. Luc. 21, 30.

Θεσσαλονικεύς, *έος*, *ὁ*; *Thessalonicensis*; Act. 20, 4. 27, 2. 1 Theff. 1, 1. [5, 9.] 2 Theff. 1, 1. [3, 19.]

Θεσσαλονίκη, *ης*, *ἡ*, *Thessalonica*; (nunc Selonichi vocata), Macedoniae metropolis, praesidis romani sedes, olim Halia, Emathia, et Thermia dicta, deinde a Philippo, vel a Cassandro, Philippi genero, *Θεσσαλονίκη* appellata in honorem Thessalonicae, uxoris. Act. 17, 1. 11. 13. Phil. 4, 16. 2 Tim. 4, 10. Multi in ea, ut in aliis Graeciae urbibus, consederant Judaei.

Θευδᾶς, *ᾶ*, *ὁ*, *Theudas*, vir judaeus qui Messiam se venditavit, et seditionem movit, sed occisus est cum adsectis, secundum Act. 5, 36. Commemoratur vero etiam a *Josepho* (Antiq. 20, 5. 1.) Theudas quidam, qui prophetam se jactans, turbas excitavit, et a Cuspio Fado, procuratore, imperante Claudio Caesare, deletus est. Quidam interpretum hunc intelligentes, arbitrantur, Lucam, qui ipse Gamalielis orationem elaboraverit, memoria lapsum, haec de Theuda Gamalielis orationi inseruisse, quod eo facilius fieri potuerit, quo certius statuendum sit, Lucam, comitem Pauli in Palaestina diu versatum non fuisse, et librum suum Romae conscripsisse. Alii autem opinantur, Lucam de Theuda quodam loquutum esse, de quo Josephus nil scripserit, quique prius vixerit, scilicet post mortem Herodis M. quo tempore Judaeam scribit *Joseph.* Antiq. 17, 24. crebris seditionibus fuisse turbatam. Certe negari nequit, Judae seditionem secundum *Josephum* (Ant. 18, 1. 1. 20, 5. 2.) priorem fuisse turbis a Theuda excitatis, Lucam vero Act. 5, 36. 37. narrare, Judam post Theudam exortum esse.

Θεωρέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (a *θεωρός*, i. q. *θεωρητής*, spectator) 1) *spectator sum*, *specto*, Matth. 27, 55. Marc. 12, 41. 15, 40. 47. Luc. 23, 35. — 2) *oculis cerno*, *conspicio*, Matth. 3, 11. 5, 15. 38. Luc. 10, 18. 14, 29. 21, 6. 24, 37. Joh. 2, 23. 6, 62. 7, 3. 6, 19. 10, 12. 14, 19. 16, 10. 16. — 19. 20, 6. 12. 14. Act. 3, 16. 7, 56. 9, 7. 10, 11. Apoc. 11, 11. sq. — 3) *contemplor* oculis Matth. 28, 1. — mente, *considero*, Hebr. 7, 4. — 4) *cognosco* videndo, i. q. *εἴδω*, Marc. 16, 4. Luc. 23, 48. 24, 39. Joh. 9, 8. — cognosco intellectu, animo, Joh. 4, 19. 6, 4. *ὁ θεωρῶν τὸν υἱόν*. ib. 12, 19. 45. 14, 17. ubi cum *γινώσκειν* permutatur. Act. 4, 13. Hebr. 7, 4. — de futuris: praevideo, Act. 27, 10. — Ex usu hebr. ראה, ut etiam *ἰδεῖν*, est 5) *experientia*, videndo, contemplando *cognosco*, *experior*; et quidem active: *experium habeo*, *scio*, Act. 8, 13. 17, 16. 22. 19, 26. 21, 20. 28, 6. 1 Joh. 3, 17. coll. Psal. 73, 3. et passive: *experior*, *sentio*, *patior*, Joh. 8, 51. *τὸν θάνατον*, ib. 17, 24. *τὴν δόξαν*. coll. Psal. 89, 49. — *Θεωρεῖν τὸ πρόσωπόν τινος*, videre, convenire aliquem, Act. 20, 38.

coll. v. 28. ubi ὑψοῦσθε τὸ πρόσ. — Θεωρεῖτε τοῦτον, hic est ille, en istum. Act. 25, 24. — Saepius non extat.

Θεωρία, ας, ἡ, (vid. θεωρέω) *spectaculum*. Luc. 23, 48. de supplicio publico. Sic etiam 3 Macc. 5, 24. — (de sacris publicis 2 Macc. 5, 26. de visione quae spectatur 2 Macc. 15, 12. — de actu spectandi *Joseph*. Ant. 2, 9, 5. κατὰ θεωρίαν, spectatum.)

Θήκη, ης, ἡ, (a τίθημι, τέθηκα, reposui) locus, quo aliquid reponitur, (locus, quo aliquid positum est, Jes. 6, 13.) igitur conditorium, arca, cella; — loculus; *vagina*; hic semel Joh. 18, 11. (de loco sepulchri *Joseph*. Ant. 8, 10. 4.)

Θηλάζω, f. άσω, (a θηλή, mamma) 1) mammam praebeo, *lacto*. Matth. 24, 19. Marc. 13, 17. Luc. 21, 23. 23, 29. coll. Gen. 21, 7. Exod. 2, 7. — 2) intransitive: *lac sugo*. Sic profanis dicitur θηλάζεσθαι; sed in sermone vulgari etiam hoc sensu activum θηλάζειν dicitur, ut Matth. 21, 16. (Psal. 8, 3.) Luc. 11, 27. οὓς ἐθήλασας. et saepius apud LXX., Thren. 2, 10. 1 Sam. 15, 3. 22, 19. Job. 3, 12. μαστοὺς ἐθήλασα. Cant. 8, 1. Jes. 60, 16. — Saepius non habetur.

Θῆλυς, θῆλυ, etiam: θῆλος, θήλεια, θῆλυ, *foemineus*; 2 Macc. 7, 21. τὸν θῆλυν λογισμόν. — *Foemin.* θήλεια, ἡ, substantive: *foemina, foemella*; est nomen sexus ideoque opponitur τῷ ἄρσενι, Lev. 27, 3 sqq. dicitur que cum de hominibus (Lev. 1. et 15, 32. Lib. Hen. ap. Fabric. Cod. Pseud. 1, p. 189.) tum de brutis (Lev. 4, 28. 2 Chron. 9, 25. Am. 6, 12.). In N. T. bis Rom. 1, 26. 27. — *Neutr.* τὸ θῆλυ, idem significat. Marc. 10, 6. Matth. 19, 4. Gal. 3, 28. coll. Gen. 1, 27. 5, 2. 7, 2. Exod. 1, 16.

Θήρα, ας, ἡ, (a θήρ, θηρός, fera) venatio; captura, praeda, Gen. 27, 4. hebr. צַיִד ib. v. 5. 7. (*Joseph*. Antiq. 1, 18, 8.) 1 Macc. 3, 4. In N. T. semel Rom. 11, 9. ubi pro tendiculo, qua ferae capiuntur, positum est, et hebr. פַּח Psal. 89, 23., laqueus, respondere videtur, quod etiam ex metonym. causae pro effectu de pernicie ex insidiis, interitu legitur (Psal. 69, 23. Prov. 18, 7. Exod. 10, 7. Prov. 22, 25.) — LXX. etiam pro hebr. מָצוֹר angustia, Prov. 11, 8. et מוֹקֵשׁ, tendiculum, Psal. 35, 8. posuerunt.

Θηρεύω, f. εύσω, feras capio, venor, Eccl. 9, 12. Gen. 27, 4. 5. — Metaph. *verba auceupor; insidiose capiare studeo*; Luc. 11, 54. θηρεῦσαί τι ἐκ τοῦ στόματος, nostrum: ein Wort auffangen, erjagen. Eandem metaphoram habes Matth. 4, 19. Luc. 5, 10. (Horat. Epist. 1, 19. 37.: non ego ventosae plebis suffragia venor.) *Joseph*. Antiq. 2, 4. 3. θηρευομένη μόνωσιν καὶ σχολήν. id. Ant. 3, 12. 1. ἡδονὴν θηρώμενος.

Θηριομαχέω, f. ήσω, (θηρίον et μάχομαι) *cum bestiis depugno*. Solebant alii in arenis et theatris cum bestiis publice depugnare, ut fortitudinis documentum publicum edi-

rent, θηριομάχοι, *bestiarii* dicti, alii autem ad eiusmodi pugnam damnari, ut poenas cruentas pro delictis darent. cf. *Deylingii* obss. sacr. pt. IV. p. 342. In N. T. semel 1 Cor. 15, 32. ubi alii de vera pugna cum bestiis, alii de concertationibus cum hominibus efferatis explicant. Puto, apostolum speciem pro genere prosuisse, et loquutum esse de vitae periculis gravissimis ex impetu et violentia hominum atrocium ipsi natis, qui bestiarum instar violenter in eum irruerent. Fortasse in mente habuit quae Act. 19. narrantur.

Θηρίον, ου, τὸ, (diminutiv. a θὴρ, fera) 1) *fera, bellua*, Act. 10, 12. 11, 6. Gen. 7, 21. — Saepius de feris *noxiis*, vel *rapacibus* Hab. 2, 17. Sir. 39, 30. ut Marc. 1, 13. accipiendum, [de elephantis 2 Macc. 15, 20 sq. 3 Macc. 5, 23. 29. 45. 6, 16. 21.] — vel *venenatis*, ut de vipera Act. 28, 4. 5. coll. v. 3. Apoc. 6, 8. ubi de serpentibus in deserto cogitandum est, qui etiam Deut. 32, 24. Sap. 16, 5. dicuntur θηρία. — In Apocalypsi, c. 11, 7. et cap. 13—20. idololatria eiusque vitia et miseria belluae immanis imagine depinguntur. — Metaphor. de *hominibus feris* et *noxiis*, Tit. 1, 12. ut saepissime apud profanos. cf. *Kypkii* obss. s. ad h. l. — 2) *animal*, potissimum de quadrupedibus, et ita θηρία distinguuntur ab hominibus Hebr. 12, 20. Gen. 1, 25. 2, 19 sq. et ab avibus Jac. 3, 7. Deut. 28, 26. 1 Sam. 17, 44. Saepius non legitur in N. T.

Θησαυρίζω, f. ίσω, (a θησαυρὸς) 1) *colligo et repono*, s. *reponendo colligo*, Matth. 6, 19. 20. θησαυρούς, opes. Luc. 12, 21. ubi in altero membro est ὁ πλουτῶν. 2 Cor. 12, 14. — eodem sensu pro hebr. אָצַר 2 Reg. 20, 17. ubi i. q. συνάγω. צָבַר Psal. 39, 10. coll. Zach. 9, 3. Tob. 12, 9. — 2) *colligendo augeo*, proprie 1 Cor. 16, 2. θησαυρίζων augens eam scl. pecuniam repositam. Tropice: de eo quod agendo meremur, quod singulis factis nobis colligimus et indies augemus cum meriti tum poenae. Rom. 2, 5. θησαυρίζ. σεαυτῷ ὀργήν. Jac. 5, 3. ἐθησ. ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, non nili poenas, die supremo (judicii) vobis imminentes, auxistis. coll. v. 5. Amos. 3, 10. θησ. ἀδικίαν καὶ ταλαιπωρίαν. Prov. 1, 18. θησ. ἑαυτοῖς κακά. Tob. 4, 9. θησ. θέμα ἀγαθόν. Prov. 2, 7. θησ. σωτηρίαν. Psalt. Sal. 9, 9. θησαυ. ζωὴν ἑαυτῷ παρὰ κυρίῳ. — 3) omissa notione colligendi: *asservo, reservo*, 2 Petr. 3, 7. 4 Macc. 4, 3. χρήματα ἐν γαζοφυλακίοις τεθησαύριστται. Saepius non habetur.

Θησαυρὸς, οῦ, ὁ, (a τίθημι, θήσω, et αὖρον, aurum) latinor. *thesaurus*, hebr. אוֹצָר. 1) *locus in quo colliguntur reconduntur que res*, vel ut asserventur, vel ut in cumulum augeantur ad futuros usus; igitur *loculus, theca* rerum pretiosarum, Matth. 2, 11. coll. *Joseph.* Ant. 9, 8. 2. — *promptuarium*, Matth. 13, 52. coll. Prov. 8, 21. Ezech. 28, 13.

ubi l. q. ἀποθήκη. (Deo tribuitur Jer. 50, 25. θησαυρὸς, ubi recondita sunt τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ. — de receptaculo ventorum Jer. 10, 12. Psal. 135, 8. — lucis, Jer. 51, 16. — aquarum coelestium Sir. 43, 14. — de aerario Jes. 39, 2. Ezech. 28, 4. Mal. 3, 10.) — θησαυρὸς scl. τῆς καρδίας intimi mentis recessus, intima mens, Matth. 12, 35. Luc. 6, 45. Test. XII. Patr. p. 688.: ὁ θησαυρὸς διαβολίου, (non enim διαβόλου legendum) i. q. antea p. 687. διαβούλιον ἐν στέρνοις, pectoris consilia, desideria mente inclusa. — 2) *res pretiosa*, qualis in thesauro recondi solet, 2 Cor. 4, 7. coll. Gen. 43, 23. Ezech. 27, 24. Sir. 6, 15. — 3) *opes collectae et reconditae, opes, divitiae*, Matth. 16, 19 sq. 21. 13, 44. Luc. 12, 33 sq. 18, 22. Marc. 10, 21. Hebr. 11, 26. coll. Prov. 2, 4. 15, 17. Sir. 20, 30. 29, 14. — θησαυροὶ ἐν οὐρανοῖς, praemia futura recte agendo in hac vita comparata, Matth. 16, 19 sq. etc. Saepius non legitur.

Θιγγάνω vid. Θίγω.

Θίγω, usitatius forma producta θιγγάνω, f. θίξω, 1) *tango, contrecto, attingo*, Col. 2, 21. μηδὲ θίγῃς, noli manu contrectare scl. impurum. Hebr. 12, 20. θίγῃ scl. pede, i. e. accessisset ad montem. Vid. Exod. 19, 12. 13. — 2) ex usu hebr. נָגַע; primum tetigit, deinde: percussit, est: *percutio*, Hebr. 11, 28. ut נָגַע 2 Sam. 14, 10. Jos. 8, 15. 2 Chron. 26, 20.

Θλίβω, f. ίψω, 1) *premo, urgeo*; — Sap. 15, 7. κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων. — *comprimo, coarcto*, Matth. 7, 14. πύλη τεθλιμμένη, porta arcta, angusta. Similem imaginem lege in Cebet. tab. c. 12. Senec. de vit. beat. 1. Cic. off. 1, 32. Sir. 21, 10. Prov. 16, 25. — 2) metaph. *premo*, de multitudine aliquem circumdante, Marc. 3, 9. — *malis, laboribus premo, vexo*, 2 Cor. 1, 6. 4, 8. ἐν παντὶ θλιβόμενοι, undique quidem vexatus, malis omnis generis pressus. ib. 7, 5. (Test. XII. Patr. p. 641.: θλιβόμενος ἐν γυμνότητι χειμῶνος.) 2 Thess. 1, 6. 7. 1 Thess. 3, 4. 1 Tim. 5, 10. Hebr. 11, 37. coll. Deut. 28, 53. 57. Jes. 51, 13. Lev. 19, 33. 25, 14. Inde οἱ θλίβοντες, inimici, persecutores, Esdr. 4, 1. Neh. 4, 1. — Saepius non extat.

— Θλῖψις, εως, ἡ (a θλίβω) 1) *pressio, compressio*; — de *carceris* angustia dictum esse videtur Matth. 24, 9. Act. 20, 23. Rom. 8, 35. coll. 1 Reg. 22, 27.: θέσθαι τοῦτον ἐν φυλακῇ, καὶ ἐσθίειν αὐτὸν ἄρτον θλίψεως καὶ ὕδωρ θλίψεως, i. e. captivorum more alatur. 2 Chron. 18, 26. — metaph. 2) *afflictiones, vexationes, calamitates*, quibus aliquis premitur, Matth. 13, 21. 24, 21. 29. Marc. 4, 17. 13, 19. 24. Act. 11, 19. Rom. 5, 3. 2 Thess. 1, 6. et passim. Coloss. 1, 24.: θλίψεις τοῦ χριστοῦ afflictiones propter Christum subeundae. coll. Apoc. 1, 9. Eph. 3, 1. vid. *Elsneri* obss. f. II, p. 260. —

etiam de malis a Deo in poenam immissis, Rom. 2, 9. 1 Cor. 7, 28. Apoc. 2, 22. coll. Deut. 28, 53. 57. Psal. 34, 4. 2 Sam. 22, 19. — de paupertatis angustia 2 Cor. 8, 13. Phil. 4, 14. — 3) id, quod cum afflictione conjunctum est, *dolor, animi angustia, angor, sollicitudo*, fere ut nostrum Bedrängniss, Joh. 16, 21. 33. 2 Cor. 2, 4. Phil. 1, 16. Act. 7, 10 sq. 14, 22. Rom. 12, 12. Jac. 1, 27. et passim. coll. Ezech. 12, 18. *Hesych.* θλίψις· λύπη.

Θνήσκω, f. θανοῦμαι, praet. τέθνηκα, aor. 2. ἔθανον, (ab obsoleto θανέω, θανέσκω contr. θνῆσκω) *morior*, Matth. 2, 20. Joh. 11, 39. 41. 44. 12, 1. Act. 25, 19. — ὁ τεθνηκώς, mortuus, cadaver, Luc. 7, 12. Num. 19, 11. *exspiro, spiritum exhalo*, Marc. 15, 44. Luc. 8, 49. Joh. 11, 21. 19, 33. Act. 14, 19. coll. 1 Reg. 21, 14. 2 Sam. 12, 18. — 1 Tim. 5, 6. ζῶσα τέθνηκε, quanquam viva pro mortua est habenda, scl. ratione pietatis. cf. θάνατος. Esse vero etiam potest: morte digna, poenae devota, ut legitur 2 Sam. 16, 9. Saepius non legitur.

Θνητός, ή, όν, (a θνήσκω) 1) *morti obnoxius, mortalis*; Rom. 6, 12. σῶμα θνητόν, corpus morti destinatum, cuius igitur desideria non sunt praeferenda legibus divinis, quae ad vitam ducunt. Alii, sed minus recte: corpus peccato mortuum. 2 Cor 4, 11. coll. Job. 30, 23. Jes. 51, 12. 2 Macc. 9, 12. Sap. 7, 1. 15, 17. — τὸ θνητόν, natura corruptioni mortis obnoxia, i. q. τὸ φθαρτόν, 1 Cor. 15, 53. 54. 2 Cor. 5, 4. coll. 3 Macc. 3, 29. πᾶσα θνητὴ φύσις. — 2) *mortuus*, i. q. νεκρός, Rom. 8, 11. Saepius non extat.

Θορυβέω, ῶ, f. ήσω, (a θόρυβος) 1) tumultuor, strepitum facio. — de plangentibus: *lamentor, planctum edo*, Matth. 9, 23. Marc. 5, 39. ubi quidam *praeficas* i. e. mulieres, mercede conductas ad naenias canendas; intelligunt, sed minus recte, cum θορυβεῖ tribuatur diserte τῷ ὄχλῳ, turbae, quae convenire solebat. Act. 20, 10. — 2) *perturbo, perterreo*, Act. 17, 15. coll. Nah. 2, 3. οἱ ἱππεῖς θορυβηθήσονται. Sap. 18, 19. ὄνειροι θορυβήσαντες αὐτούς. Sir. 40, 6. ἐν ὕπνοις τεθορυβημένος.

Θόρυβος, ου, ὁ, 1) *strepitus, tumultus*; — in N. T. tumultus multitudinis *clamantium*, Matth. 27, 24. Act. 21, 34. coll. Jer. 49, 2. θόρυβος πολέμου. — *lamentantium* Marc. 5, 38. coll. Prov. 23, 29. ubi in textu hebr. אוי eheu! — strepitus qui fit multorum comitatu, Act. 24, 18. οὐδὲ μετὰ θορύβου, sine strepitu, sine comitatu multorum. — inde 2) ex adjuncto: *seditio, tumultus*, Matth. 26, 5. Marc. 14, 2. Act. 20, 1. coll. Prov. 1, 27. Saepius non legitur.

Θραύω, f. αύσω, *frango, confringo, contero*; — *bello vinco, percutio*, Exod. 15, 6. ἡ δεξιά σου χεὶρ ἔθραυσεν ἐχθρούς. 2 Macc. 15, 16. θραύσεις τοὺς ὑπεναντίους. Psalt. Sal.

17, 24. θραῦσαι ἄρχοντας ἀδίκους. — Inde τεθραυσμένοι, bello victi, oppressi, captivi. Ita semel Luc. 4, 19. ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, victos captivos liberos dimittere, eos vindicare in libertatem; in hebr. enim Jes. 58, 6. leguntur: שַׁלַּח רְצוּצִים חָפְשִׁים. coll. Jes. 61, 1. 2. 42, 7. Applicantur autem prophetae verba ad eos, qui a peccato et diabolo captivi tenentur.

Θρέμμα, τος, τὸ, (a τρέφω, τέθραμμαι) 1) alumnus; — 2) pecus quod homines alere solent, Zuchtvieh, semel Joh. 4, 12. τὰ θρέμματα, pecora. In V. T. non legitur, sed in Test. XII. Patr. p. 676. de agno: ἐσθίομεν τὰ θρέμματα. et ita passim in *Josepho*, v. c. Antiq. 6, 7. 4. ib. 7, 7. 3. ἀγέλαι ὑποζυγίων τε καὶ θρεμμάτων καὶ βοῶν. *Kypkius* in obss. f. I, p. 361. sed sine justa causa domesticos Jacobi θρέμματα vocari opinatur.) Hesych. θρέμματα· βοσκήματα, πρόβατα.

Θρηνέω, ῶ, f. ήσω, (a θρῆνος) 1) *lamentor*, Joh. 16, 20. Ezech. 7, 12. Joel. 1, 5. Zach. 11, 3. — θρηνεῖν τινα deplorare, *miserari aliquem*, Luc. 23, 27. coll. Jer. 51, 8. 22, 10. Ezech. 32, 16. — 2) *naenias canere*, *lessum facere alicui*, Matth. 11, 17. Luc. 7, 32. ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν, naenias cecinimus vobis i. e. in vestram oblectationem. coll. Mich. 2, 4. Jer. 16, 5. Inde αἱ θρηνοῦσαι, praeficae, Jer. 9, 16. hebr. מְקוֹנְנוֹת.

Θρῆνος, ου, ὁ, *lamentatio*, *cantus lugubris*, Matth. 2, 18. LXX. נְהִי Jer. 31, 15. Mich. 2, 4. et קִינָה Jer. 7, 28. Ezech. 26, 17. Sir. 38, 16. 1 Macc. 9, 41.

Θρησκεία, ας, ἡ, (a θρήσκευω, religiose colo, quod a θρῆσκος) 1) *cultus religiosus*, et quidem *externus*, qui caerimonia constat, ut saepissime θρησκεία τοῦ θεοῦ legitur in *Josephi* scriptis. cf. *Krebsii* obss. p. 339. Hoc sensu habes Jac. 1, 26. 27. et de cultu superstitioso Sap. 14, 18. 27. ut etiam apud profanos. cf. *Elsneri* obss. II, p. 263. Differt igitur ab εὐσέβεια, quod de cultu Dei interno et vero, de pietate in Deum dicitur. θρησκεία τῶν ἀγγέλων Col. 2, 18. minime est θρησκεία ἀγγελική, summa religio, pietas, ut *Wolfius* et *Elsnerus* interpretati sunt, sed cultus angelis exhibitus, caerimonia ad captandum angelorum favorem. Putabant enim Judaei angelos pro hominibus apud Deum deprecari, eorumque preces ad eum deferre, (vid. Tob. 12, 12. 15. Test. XII. Patr. p. 547.: ἄγγελοι οἱ ἐξιλασκόμενοι πρὸς κύριον ἐπὶ πάσαις ταῖς ἀγνείαις τῶν δικαίων. ib. p. 657.: ἐγγίζετε τῷ θεῷ καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῷ παρακουμένῳ ὑμᾶς.) singulisque angelis singulorum populorum et hominum tutelam traditam esse. cf. Ἄγγελος. Facillime igitur fieri potuit, ut etiam iis praestarent aliquem cultum. cf. Apoc. 19, 10. 22, 9. — 2) *disciplina religionis*, certa cultus divini ratio; Act. 26, 5. — 4 Macc. 5, 6. τῇ θρησκείᾳ τῶν Ἰουδαίων χρώμενος.

Θρῆσκος, ου, ὁ, *religiosus, Deum colens*, scl. ritu externo. Semel Jac. 1, 26. (De etymologia huius voc. vid. *Schneideri* lex. gr. s. h. v.) coll. Sap. 11, 16. ἐθρήσκευσον ἄλογα ἑρπετά. *Joseph.* Ant. 8, 7. 5.

Θριαμβεύω, f. εύσω, (a θρίαμβος, propr. hymnus in Bacchi honorem, qui canebatur cum pompa solemnis agebatur; inde de pompa triumphali, triumphus) propr. *in triumpho circumduco*, quare sequitur accusativus personae. Referri autem potest a) ad illum qui triumphum agit, victorem, ubi est: *triumpho de aliquo*, quem scilicet captivum duco, Col. 2, 15. θριαμβ. αὐτοὺς ἐν αὐτῷ, i. e. qui eos vicit morte sua. — b) ad eos, qui victorem comitantes ducunt in pompa, ubi est: *triumphantem duco;* 2 Cor. 2, 14. θεὸς θριαμβεύων ἡμᾶς, i. e. ubicunque locorum me victorem praestans adversariis. Sensus: victoriam largiens.

Θρὶξ, τριχὸς, ἡ, *pilus, Haar;* de pilis animalium Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. (2 Reg. 1, 8.) Apoc. 9, 8. Drac. v. 31. — de pilis hominum quibuscunque Levit. 13, 3—10. 14, 9. Jes. 7, 20. — *capillus*, crinis capitis, Matth. 5, 36. 10, 30. Luc. 7, 38. 44. 12, 7. 21, 18. Joh. 11, 2. 12, 3. Act. 27, 34. 1 Petr. 3, 3. Apoc. 1, 14. coll. 1 Sam. 14, 46. 2 Sam. 14, 11. 24. Judic. 16, 23. — Saepius non legitur.

Θροέω, ῶ, f. ήσω, (a θρόος, clamor tumultuantium) 1) tumultuando clamo. *Joseph.* Ant. 19, 1. 16. 2) clamoribus terrefacio; inde passivum: *perterrefio, perturbor*, animum despondeo. Sic in formula μὴ θροεῖσθε, nolite perturbari, animum despondere, Matth. 24, 6. Marc. 13, 7. 2 Thess. 2, 2. quae eodem sensu legitur in Test. XII. Patr. p. 651. ubi mox sequitur: μὴ λυπεῖσθε. — LXX. semel Cant. 5, 4. pro hebr. הֲמָה.

Θρόμβος, ου, ὁ, (a τρέφω, τέθραμμαι, coagulare facio) *gutta quae concretione oritur, grumus*, dicitur saepius de sanguine coagulato, geronnene Stücke Blut, Hesych. θρόμβος· αἷμα παχὺ πεπηγὸς ὡς βουτοί. cf. Dioscorid. l. c. 102. Sic Luc. 22, 44. ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες, sudor crassus ita ut instar sanguinis, qui iam coagulatur, ad terram delaberetur.

Θρόνος, ου, ὁ, (a θράω, sedeo) hebr. כִּסֵּא. 1) *sella*, et quidem *augustior* cum subsellio s. suppedaneo (ὑποποδίῳ), Apoc. 4, 2—10. Ezech. 26, 16. — sella judicis, *tribunal*, Matth. 19, 28. 25, 31. Luc. 22, 30. [Apoc. 14, 5.]. (Secundum Test. XII. Patr. p. 744. patriarchae, filii Jacobi, resuscitabuntur ἕκαστος ἐπὶ σκῆπτρον αὐτῶν.) Psal. 9, 4. 7. Psal. 122, 5. ἐκεῖ ἐκάθισαν θρόνοι εἰς κρίσιν. — Hebr. 4, 16. θρόνος τῆς χάριτος tribunal gratiae, ubi absolvimur a peccatis. coll. Psal. 94, 20. μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας. — 2) *thronus*, sella regia cum suppedaneo, Luc. 1, 52. Act. 2, 30. 1 Reg.

10, 18. 22, 10. 2 Chron. 9, 17 ſq. — Tribuitur Chriſto thronus in coelis Apoc. 3. 21. et ibid. ſaepius; item Deo Hebr. 12, 2. Apoc. 1, 4. 3, 21. et paſſim, qui dicitur ὁ θρόνος τῆς μεγαλοσύνης Hebr. 8, 1. coll. Pſal. 47, 7. Jeſ. 6, 1. Sap. 9, 4. 18, 15. — Dei thronus in coelo eſſe dicitur Pſal. 45, 8. 103, 19. Jeſ. 14, 13. vel etiam coelum ipſum dicitur thronus eius eſſe, Matth. 5, 34. 23, 22. Act. 7, 49. et eius ſuppedaneum (ὑποπόδιον) terra, Jeſ. 66, 1. — 3) meton. *imperium*, *regia poteſtas*, Luc. 1, 32. Hebr. 1, 8. Apoc. 13, 2. Apoc. 2, 13. ὅπου ὁ θρόνος τοῦ Σατανᾶ, ubi eſt ſedes imperii Satanae. coll. 2 Sam. 3, 10. θρόνος Δαβὶδ ἐπὶ τὸν Ἰσραήλ. ib. 7, 13. 16. Pſal. 45, 8. Sap. 7, 8. — 4) *imperator*, *rex*, throno inſidens, Col. 1, 16. ubi θρόνοι vel reges in his terris, vel *angeli*, angelorum praefecti. In Teſt. XII. Patr. p. 548. ubi ſeptem coeli et angelorum claſſes deſcribuntur, in ſeptimo coelo verſari dicuntur θρόνοι, ἐξουσίαι, ἐν ᾧ (ſcl. οὐρανῷ) ἀεὶ ὕμνοι τῷ θεῷ προσφέρονται.

Θυάτειρα, ων, τὰ, *Thyatira*, urbs Lydiae ad Lycum fluvium inter Sardes et Pergamum ſita, olim Pelopia ſ. Evippia, (Plin. 5, 29.) nunc Akhiſſar dicta, colonia Graecorum Macedonum, cuius cives ob mores diſſolutos male audiviſſe dicuntur. cf. *Wineri* bibl. Realwörterb. ſ. h. v. Commemoratur Act. 16, 14. Apoc. 1, 11. 2, 18. 24.

Θυγάτηρ, τέρος, ſ. τρὸς, ἡ, hebr. בַּת, 1) *filia*, Matth. 9, 18. 10, 35. 37. 14, 6. Act. 2, 17. 2 Cor. 6, 18. et paſſim. — 2) vocativus θύγατερ in blanda compellatione: *cara*, *o mea*, *amica*, Matth. 9, 22. Marc. 5, 34. Luc. 8, 48. ut etiam legitur Ruth. 2, 8. 3, 10. 11. Similiter latinor. *filiola* uſurpatur. — 3) ex hebraismo cum nominibus propriis virorum et urbium inſervit exprimendis nominibus gentilibus et patronymicis; Luc. 13, 16. θυγάτηρ Ἀβραάμ, eine Abrahamitin, Abrahami proles, ab Abrahamo genus ducens. 4 Macc. 15, 28. Luc. 1, 5. ἐκ τῶν θυγατέρων Ἀαρών. — Luc. 23, 28. θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, Hieroſolymitanae. vid. e V. T. Jeſ. 3, 25. 4, 4. Cant. 2, 7. 3, 5. 10. 11. 5, 9. 4) cum בַּת etiam ſignificet *virginem*, mulierem nondum nuptam, (Gen. 6, 2. 4. Ezech. 16, 27 — 30.), θυγάτηρ etiam additur nominibus urbium et populorum, potiſſimum in Ieſaiae et Jeremiae vaticiniis, poëtice, ita, ut urbs ſ. terra tanquam virgo cogitetur, v. c. ἡ θυγάτηρ Σιὼν, Jeſ. 1, 8. 10, 32. 16, 1. ἡ θυγάτηρ τοῦ λαοῦ μοῦ, Jer. 4, 11. 6, 26. 8, 19. et interdum plenius: παρθένος θυγάτηρ Σιὼν, Jeſ. 37, 22. (בְּתוּלַת בַּת־צִיּוֹן). 47, 1. Jer. 4, 31. 14, 17. Jeſ. 23, 12. Jer. 46, 11. ἡ παρθ. θυγ. Αἰγύπτου. Ineſt autem notio pulchritudinis urbis et praeſtantiae populi, ita ut, ſi vertere vis, reddendum ſit: *pulcherrima*, *florentiſſima urbs*, *natio*. cf. etiam Jeſ. 49, 18. Jer. 2, 2. 3, 9.

Ezech. 16, 30. 23, 3. 8. Am. 5, 2. Apoc. 19, 7. Nahum. 3, 1 — 7. — Sic in N. T. bis Matth. 21, 5. Joh. 12, 15.

Θυγάτριον, *ίου*, *τὸ*, (diminutiv. a *θυγάτηρ*) *filiola*, Marc. 5, 23. 7, 25.

Θύελλα, *ης*, *ἡ*, (a *θύω* impetuose ruo, et *ἄελλα*, turbo) *procella*, *turbo* qui magno impetu fertur. Semel Hebr. 12, 18. LXX. hebr. עֲרָפֶל Deut. 4, 1. 5, 22.

Θύϊνος, *η*, *ον*, (a *θυία*, citrus, arbor odorifera, quae suffitui et exstruendis aedificiis adhibebatur. cf. *Plin.* hist. nat. 13, 16.) *citreus*, *thyinus*. Semel Apoc. 18, 12. *ξύλον θύϊνον*, vasa ex thya arbore confecta. (*Schneiderus* in lex. gr. legendum esse putat hoc voc. Xenoph. Anab. IV, 13.)

Θυμίαμα, *ατος*, *τὸ*, (a *θυμιάω*) 1) *suffimentum*, i. e. res, quae ubi concremantur, bonum odorem spargunt, *odores*; Apoc. 5, 8. 8, 3. 4. *ὁ κάπνος τῶν θυμ.* fumus suffimentorum incensorum. ib. c. 18, 13. *Joseph.* Ant. 3, 6. 1. — Gen. 37, 24. *αἱ κάμηλοι αὐτῶν ἔγεμον θυμιαμάτων*. ib. 43, 11. Num. 16, 7. 17. 18. 46. 47. ubi in textu hebr. קְטֹרֶת. — Luc. 1, 11. *θυσιαστήριον τοῦ θυμ.* i. e. in quo suffimenta accendebantur. Exod. 30, 1. 1 Chron. 6, 49. 28, 18. — 2) *suffitus*, actio suffitum faciendi. Luc. 1, 10. *ὥρα τοῦ θυμ.* hora, qua suffimenta incendebantur. 2 Reg. 10, 26. *ποιῆσαι τὰ θυμιάματα*. Saepius non legitur.

Θυμιατήριον, *ίου*, *τὸ*, *thuribulum*, *acerra*. Semel Hebr. 9, 4. ad quem loc. vid. *Storrii* commentar. — Bis in versione LXX. eodem sensu, 2 Chron. 26, 19. *ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ θυμιατήριον*, et Ezech. 8, 11. pro מִקְטֶרֶת. *Joseph.* Antiq. 3, 8. 3. *ἐπὶ τοῦ χρυσοῦ θυμιατηρίου*. Idem Antiq. 3, 6. 8. de altari suffitus.

Θυμιάω, *ῶ*, f. *άσω*, *suffitum facio*, *odoramentum incendo*. Luc. 1, 9. *ἔλαχε τοῦ θυμιᾶσαι*, cepit thuris adolendi partes. 2 Chron. 2, 4. 13, 11. 2 Reg. 12, 3. 14, 4. *Joseph.* Antiq. 3, 8. 3.

Θυμομαχέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*θυμὸς* et *μάχομαι*) *animo pugno*, *valde infensus sum*, *ira ardeo*, seq. dativo personae et seq. *ἐπὶ*. Act. 12, 20. Eodem sensu *Polyb.* 9, 40. 3. *Diod.* Sic. 17, 33. vid. quae uberius disputarunt *Raphelius* in annotatt. e Polyb. p. 345 sq. et post illum accuratius *Kypkius* in obss. II. p. 62 sqq.

Θυμὸς, *οῦ*, *ὁ*, 1) *cor*, *animus quatenus appetit et aversatur*; Sap. 7, 20. *θυμοὶ θηρίων*, appetitus animalium. Prov. 29, 11. *ὅλον τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐκφέρει ἄφρων*, hebr. רוּחַ, nostrum Herz, als Sitz der Empfindungen, Begierden. 2 Macc. 7, 21. *ἄρσενι θυμῷ* animo virili. coll. 2 Macc. 13, 4. Sir. 10, 18. 4 Macc. 1, 24. *θυμὸς δὲ κοινὸν πάθος ἐστὶν ἡδονῆς καὶ πόνου*. — 2) *animi impetus vehemens*, *fervor*, Apoc. 12, 12. *ἔχων θυμὸν μέγαν*, magno impetu fertur scil. ut scelera sua

perficiat. Teſt. XII. Patr. p. 596.: ἐπήλθομεν ἐπ' αὐτοὺς μετα θυμοῦ, magno cum impetu. — Cum qui impetu animi abripiantur, anhelare ſoleant, θυμὸς ad imitationem hebr. אַף et חֵמָה, quibus apud LXX. ſaepiſſime reſpondet, *anhelitum*, das Schnauben, haud raro indicat; Apoc. 16, 19. 19, 15. θυμὸς τῆς ὀργῆς, anhelitus irae, ira fervens. Sic Deut. 32, 33. θυμὸς δρακόντων, anhelitus eorum, quo homines pereunt, Gifthauch. Job. 20, 16. coll. Am. 6, 12. Deut. 32, 24. θηρίων μετὰ θυμοῦ συρόντων ἐπὶ γῆν. ib. v. 22. Inde θυμὸς etiam fumi et ignis imagine depingitur, Jeſ. 65, 5. οὗτος κάπνος τοῦ θυμοῦ μου, πῦρ καίεται ἐν αὐτῷ. coll. Jer. 15, 14. 25, 37. — Apoc. 14, 8. 18, 3. οἶνος τοῦ θυμοῦ τῆς πορνείας, vinum incendens cupidinem anhelantem, ferventem. — 3) *indignatio, ſtomachus, ira*, Luc. 4, 28. Act. 19, 28. Eph. 4, 31. Col. 3, 8. Hebr. 11, 27. coll. Pſal. 74, 1. 4 Macc. 2, 17. — θυμοὶ, *irae*, actiones ex indignatione natae, 2 Cor. 12, 20. Gal. 5, 20. οἱ θυμοὶ τῶν Ἰδουμαίων, furor Idumaeorum, *Joſeph.* de bell. 4, 5. 2. — Metonymice tribuitur Deo: *poenae*, mala, quae peccatoribus infligit; Rom. 2, 8. θυμὸς καὶ ὀργὴ i. e. poenae graviſſimae. Non enim hic ὀργὴ et θυμὸς differunt. cf. Gen. 27, 44. Jer. 36, 7. Ezech. 5, 13. — Apoc. 16, 1. φιάλα τοῦ θυμοῦ i. e. γέμουσα τοῦ θυμοῦ, ut legitur c. 15, 7. et ib. v. 1. Apoc. 14, 10. οἶνος τοῦ θυμοῦ τοῦ θεοῦ, potus in cruciatum porrectus. (Eadem metaphora Deus dicitur ἐκχέειν τὸν θυμὸν, Jer. 10, 24. Thr. 2, 4. Ezech. 9, 8. 14, 19.) — Apoc. 14, 19. ληνὸς τοῦ θυμοῦ. coll. Pſal. 78, 54. ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς θυμὸν καὶ ὀργὴν καὶ θλίψιν. — Saepius non occurrit.

Θυμόω, ῶ, f. ώσω, (a θυμὸς) ad iram provoco. Θυμόομαι, οῦμαι, *excandeſco, iraſcor*. Matth. 2, 16. ἐθυμώθη λίαν. Eſth. 3, 5. 5, 9. ἐθυμώθη σφόδρα, hebr. נִמְלָא חֵמָה. 4 Macc. 2, 17. θυμούμενος, exacerbatus.

Θύρα, ας, ἡ, 1) *janua, fores*, (hebr. דֶּלֶת et פֶּתַח) v. c. janua in domo, Matth. 25, 10. Marc. 1, 33. Luc. 11, 7. 13, 25. Joh. 18, 16. Apoc. 3, 20. Gen. 19, 6—10. — Τὰ πρὸς τὴν θύραν, i. e. τὸ πρόθυρον, veſtibulum, Luc. 2, 2. — janua cubiculi, conclavis, Matth. 6, 6. et fortaſſe etiam Joh. 20, 19. 26. Jud. 3, 23—25. — ovilis Joh. 10, 1. 2. — carceris, Act. 5, 19. 23. 12, 6. 16, 26 ſq. — templi Act. 3, 2. 21, 30. 1 Reg. 6, 33. 7, 50. — coeli Apoc. 4, 1. coll. Pſal. 78, 27. — Ἔγγυς εἶναι ἐπὶ θύραις, Matth. 6, 6. Marc. 13, 29. ἐπὶ τῇ θύρᾳ, Act. 5, 9. πρὸ τῶν θυρῶν ἕστηκα. Jac. 5, 9. *ad fores adeſt*, i. e. inſtat, futurus, propinquus eſt. — Differt θύρα et πύλη, ita, ut illud januam minorem in porta majori, vel etiam dimidiam partem portae, ſ. *fores portae* indicet. Act. 12, 13. θύρα τοῦ πυλῶνος. Joſ. 9, 35. ἔστη πρὸς τῇ θύρᾳ τῆς πύλης. v. 44. 18, 16. ib. 16, 3. τῶν δύο θυρῶν τῆς πύλης

τῆς πόλεως. — 2) i. q. πύλη, *porta*, — v. c. urbis, Marc. 11, 4. coll. 1 Sam. 21, 13. 23, 7. Jud. 9, 40. LXX. etiam pro שַׁעַר Jer. 19, 2. — 3) *os*, *aditus*; — sepulchri Matth. 27, 60. 28, 2. Marc. 15, 46. 16, 3. (*Joseph.* Ant. 10, 11. 6.). — tropice: *aditus* ad aliquid, *facultas perveniendi* ad aliquid, Luc. 13, 24. στενὴ θύρα scl. ad Jesum et ad salutem (text. vulg. πύλη). Apoc. 3, 8. θύραν scl. ad me, liberum aditum. Act. 14, 27. θύρα πίστεως, aditus i. e. facultas perveniendi ad religionem christ. — 1 Cor. 16, 9. 2 Cor. 2, 12. θύρα μοι ἀνέῳγε, facultas mihi est data scl. τοῦ λόγου, tradendae doctrinae, ut additur Col. 4, 3. — meton. *aditum aperiens*, Joh. 10, 7. 9. θύρα τῶν προβάτων, aditum ad salutem piis hominibus aperiens. Saepius non extat.

Θυρεὸς, οῦ, ὁ, 1) lapis oblongus, quo introitus in domum occludebatur; Hom. Odyss. 9, 240. — Deinde propter similitudinem formae oblongae 2) *scutum* (cum ἀσπίδι, clypeo, qui erat forma orbiculari et minori non confundendum). Eph. 6, 16. τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, i. e. πίστιν ἀντὶ τοῦ θυρεοῦ, fide nos obtegamus adversus impetus hostiles. 2 Chron. 12, 9. 10. Psal. 35, 2. 2 Chron. 9, 15. 25, 5. *Joseph.* Antiq. 8, 7. 2.

Θυρὶς, ίδος, (diminutiv. a θύρα) *apertura*; *ostiolum*; *fenestra*; Act. 20, 9. 2 Cor. 11, 33. Gen. 26, 8. Jos. 2, 21. Jud. 5, 28. Ezech. 41, 26.

Θυρωρὸς, οῦ, ὁ, et ἡ, (a θύρα et οὖρος, custos) *janitor*, *ostiarius*, *janitrix*; Hebraei enim cum servis tum ancillis januae custodiam mandare solebant. — ὁ θυρωρὸς, Marc. 13, 34. Joh. 10, 3. — ἡ θυρωρὸς. Joh. 18, 16 sq. 2 Sam. 4, 6.

Θυσία, ας, ἡ, (a θύω) 1) *mactatio victimae eiusque oblatio*; *sacrificium*, LXX. hebr. זֶבַח, Matth. 9, 13. 12, 7. (Psal. 40, 9.) Hebr. 10, 5. 8. 11, 4. ib. 9, 26. διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ, eo quod ipse victimam se obtulit. — Sacrificium pro peccato: *piaculum*, Eph. 5, 2. Hebr. 5, 1. θυσία ὑπὲρ ἁμαρτιῶν. 7, 27. 8, 3. 9, 9. 23. 10, 1—12. 26. Levit. 9, 4. — 2) pecora Deo mactanda, *victima*, Luc. 13, 1. Act. 7, 41 sq. Levit. 7, 5. Deut. 12, 27. Prov. 21, 3. — etiam *carnes* victimarum, quarum pars Deo dicata erat, Matth. 9, 49. 12, 33. Exod. 34, 15. pars etiam sacerdotibus et Levitis concedebatur, 1 Cor. 10, 18. Sir. 45, 41. — 3) *oblatio* rei cuiuscunque *Deo devotae*, LXX. pro hebr. מִנְחָה (v. c. frugum, olei, Gen. 4, 3. 5. Exod. 30, 9. Lev. 2, 7. 15. 14, 10. 19.) Luc. 2, 24. — θυσία αἰνέσεως, Hebr. 13, 15. 16. (Psal. 50, 24. 107, 22. 116, 7.) vid. Αἴνεσις. — Etiam de actu vovendi Deo aliquid, Phil. 2, 17. ἐπὶ τῇ θυσίᾳ τῆς πίστεως ὑμῶν, vovendo vos fidei christianae, adducendo vos tanquam oblationem Deo gratam ad regnum Dei, Rom. 12, 1. παραστῆσαι τὰ σώματα θυσίαν ζῶσαν corpora Deo vovere tanquam vivam non mactatam vi-

ctimam, i. e. ei placere pie agendo. — 4) ex adjuncto: *res Deo grata, eius gratiam homini comparans;* Phil. 4, 18. θυσία δεκτή, de eleemosynis; 1 Petr. 2, 5. πνευματικαὶ θυσίαι, victimae spirituales i. e. pietatis exercitia Deo sacrificiis gratiora. Psal. 51, 17. θυσία τῷ θεῷ πνεῦμα συντετριμμένον. — Saepius non habetur.

Θυσιαστήριον, ου, τὸ, hebr. מִזְבֵּחַ 1) *altare*, a) quodcunque, Matth. 5, 23 sq. 23, 18 — 20. Jac. 2, 21. Gen. 8, 20. 12, 7. 13, 4. 18. — b) altare holocaustorum α) in templo Hierosol. Matth. 23, 35. Luc. 11, 51. Hebr. 7, 13. coll. Exod. 30, 27. 35, 15. β) in coelo s. templo coelesti, Apoc. 6, 9, 11, 1. 14, 18. 16, 7. ἤκουσα τοῦ θυσιαστηρίου λέγοντος, i. e. vocem ex altari, s. vocem angeli stantis super altari; unde nata est lectio ἄλλου ἐκ τοῦ θυσιαστηρ. — c) altare suffitus, α) in templo Hierosol. Luc. 1, 11. Exod. 30, 1. 27. 35, 14. — β) aureum in templo coelesti, Apoc. 8, 3. 5. 9, 13. (aureum fuisse alt. suffit. in templo Salom. docent 1 Chron. 28, 18. 2 Chron. 4, 19. coll. 1 Macc. 1, 23.) — 2) *victima* altari imposita, Hebr. 13, 10. — 3) pars pro toto: altare pro *sacris, religione* omnino 1 Cor. 10, 18. Saepius non extat.

Θύω, f. ύσω, 1) *macto*, hebr. שָׁחַט et זָבַח macto pecudes ad convivium Matth. 22, 4. Luc. 15, 23. 27. 30. Act. 10, 13. 11, 7. Deut. 12, 15. — τὸ πάσχα, Marc. 14, 12. Luc. 22, 7. Deut. 16, 2. 6. — ad sacrificium faciendum Act. 14, 13. 18. coll. Gen. 31, 54. 2 Chron. 15, 26. Exod. 12, 21. — 1 Cor. 5, 7. ἐτύθη (ita enim cum Griesb. legendum pro ἐθύθη, cf. Matthiae gr. gr. §. 36. Rostii gramm. gr. §. 15. sub D. 1 Sam. 15, 15. τυθῇ) de Jesu morte piaculari. — Inde 2) *sacrificium facio*, 1 Cor. 10, 20. Exod. 3, 18. 5, 3. 8. — 3) *trucido, interficio*, Joh. 10, 10.

Θωμᾶς, ᾶ, ὁ, (hebr. תּוֹמָא) *Thomas*, nomen unius ex Apostolis Christi, cuius mentio fit Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Joh. 11, 16. 14, 5. 20, 24 — 29. 21, 2. Act. 1, 13. Scriptores ecclesiastici (Euseb. 3, 1. Socr. 1, 19. Niceph. 2, 40.) eum doctrinam Jesu pertulisse in Parthiam, Mediam, Persiam, Aethiopiam adeoque Indiam, tradunt. — De explicatione nominis Joh. 20, 24. vid. Δίδυμος.

Θώραξ, ακος, ὁ, *thorax*, propr. corpus a collo usque ad femora; deinde corpus a collo usque ad umbilicum, ubi costae desinunt; Apoc. 9, 9. — deinde pars armaturae pectus tegens, *thorax, lorica*. Apoc. 9, 9. 17. coll. Jer. 46, 4. 2 Chr. 18, 33. 1 Sam. 17, 5. Neh. 4, 16. — ὁ θώραξ τῆς δικαιοσύνης, i. e. δικαιοσύνη εἰς θώρακα, Eph. 6, 14. et similiter θώραξ τῆς πίστεως, 1 Thess. 5, 8. coll. Jes. 59, 17. ἐνεδύσατο δικαιοσύνην ὡς θώρακα. Sap. 5, 19. ἐνδύσεται θώρακα δικαιοσύνην.

Ι.

Ἰάειρος, ου, ὁ, (יָאִיר lucem dans, Num. 32, 41.) *Jairus*, praefectus Synagogae. Marc. 5, 22. Luc. 8, 41.

Ἰακώβ, ὁ, (יַעֲקֹב plantam tenens, Gen. 25, 26. 27, 36. Hos. 12, 4.) nom. pr. indecl. 1) filii natu secundi Isaaci, *Jacob*, (Joseph. Ἰάκωβος, Ant. 1, 18. 1 sqq.) de quo vid. Gen. cap. 25—37. et c. 45. c. 46. c. 49. Commemoratur saepius in N. T. v. c. Matth. 1, 2. 8, 11. Joh. 4, 5—12. Act. 7, 8 sqq. Rom. 9, 13. (Mal. 1, 2.) et passim. — ex hebraismo: *Jacobitae*, *posteri eius*, Rom. 11, 26. — 2) nomen patris Josephi, mariti matris servatoris, Matth. 1, 15 sq.

Ἰάκωβος, ου, ὁ, (יַעֲקֹב vid. Ἰακώβ) *Jacobus*. Quot huius nominis in scriptis N. T. commemorentur, multum disputarunt interpretes. cf. *Wineri* bibl. Realwörterb. s. h. v. *Pottii* prolegomena ad ep. Jac. p. 55 sqq. et libros isagogicos in N. T. — Qua de re si judicatur e solis scriptis Matthaei, Marci et Lucae, quatuor commemorari Jacobos dubitari non potest, scl. 1) *Jacobus* ὁ τοῦ Ζεβεδαίου scl. υἱὸς, apostolus Christi, *frater Joannis* Apostoli, Matth. 4, 21. 10, 2. 17, 1. Marc. 1, 19. 29. 3, 17. 5, 37. 9, 2. 10, 35. 41. Luc. 5, 10. 6, 14. Act. 1, 13. et verosimiliter etiam Marc. 13, 3. 33. Luc. 8, 51. 9, 28. 54. quia ibidem cum Joanne simul nominatur. Hunc Act. 12, 2. Lucas ab Herode occisum tradidit. — 2) *Jacobus* ὁ τοῦ Ἀλφαίου scl. υἱὸς, apostolus, Matth. 10, 3. Marc. 3, 18. Luc. 6, 15. Act. 1, 13. idemque verosimiliter Act. 12, 17. et 15, 13. 21, 18. Gal. 2, 9. 12. qui fuit antistes ecclesiae Hierosolymitanae. — 3) *Jacobus* qui dicitur ὁ ἀδελφὸς Jesu, cuiusque mater fuit Maria, fratres autem Joses, Simon et Judas, quique cognomen τοῦ μικροῦ (Marc. 15, 40.) habuit, Matth. 13, 55. 27, 56. Marc. 6, 3. Luc. 24, 10. Μαρία Ἰακώβου scl. mater. Hic non inter apostolos refertur. — 4) *Jacobus quidam*, quem solus Lucas, evang. 16, 16. Act. 1, 13. commemorat in formula Ἰούδας Ἰακώβου, quod aut ut in formula Μαρία Ἰακώβου Luc. 24, 10. esse potest: Judas Jacobi pater, aut Ἰούδας ὁ τοῦ Ἰακώβου (ut ὁ τοῦ Ἀλφαίου) Judas filius Jacobi. Certe hic Jacobus non ipse in numerum apostolorum refertur. Jacobus, cuius mentio fit 1 Cor. 15, 7. et auctor epistolae Jac. 1, 1. utrum sit Zebedaei an vero Alphaei filius non patet. — Quod si autem Joannes, Paulus et Judae epistola audiuntur, Jacobus tertius et quartus non differunt. Auctor enim epistolae Judae v. 1. se appellat ἀδελφὸν Ἰακώβου, vult igitur esse filius Mariae, qui simul cum Jose, et Juda Matth. 13, 55. dicitur etiam frater Christi. Secundum Joannem autem, qui caeteroquin neminem huius nominis laudavit, Maria, mater Jesu, habuit sororem, itidem

Mariae nomine et Klopae uxorem, Joh. 19, 26. quae igitur fuiſſet mater Joſis, Jacobi minoris et Judae, ita ut ἀδελφός non fratrem uterinum, ſed cognatum ſ. conſobrinum ſignificaret. Iam vero hic Jacobus, qui non eſt Apoſtolus, ſi Paulum audis, videtur eſſe Jacobus ſecundus, quem Evangeliſtae Alphaei filium appellant. Etenim Gal. 1, 19. ubi vix de alio, quam de Jacobo ſecundo ſermo eſſe poteſt, Jacobum, apoſtolum, nominat τὸν ἀδελφὸν τοῦ κυρίου, igiturque Jacobum, praefectum eccleſiae Hieroſolymitanae, filium Mariae et fratrem Judae et Joſis habuiſſe videtur, ita ut Alphaeus maritus huius Mariae, ſororis matris Chriſti fuiſſet, et duo tantum intelligendi eſſent Jacobi, ſcl. Zebedaei filius, et Jacobus minor, Alphaei et Mariae filius, frater Judae, apoſtoli. Confirmatur haec opinio eo, quod nomina Κλωπᾶς (Joh. 19, 26.) et Ἁλφαῖος (Matth. 16, 3.) non differunt, (cf. Ἁλφαῖος), et Joſephus etiam Antiq. 20, 9. 1. Jacobum, τὸν ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, ab Anano occiſum, commemorat, qui nullus eſſe poteſt niſi praefectus eccleſiae Hieroſolymitanae, igitur Jacobus ὁ τοῦ Ἁλφαίου, ὁ μικρός.

Ἴαμα, τος, τὸ, (ab ἰάομαι) ſanatio. Ter. 1 Cor. 12, 9, 28. 30. χαρίσματα ἰαμάτων, donum ſanandi varios morbos ſcl. ope ſpiritus S. ſine medicamentis. — Apud LXX. ſaepius v. c. Jeſ. 58, 8. Jer. 33, 6. 46, 11.

Ἰαμβρῆς, οῦ, ὁ, Jambres; et Ἰαννῆς, οῦ, ὁ, Jannes, 2 Tim. 3, 8. Magi Aegyptiaci, qui Moſis et Aaronis miracula imitati eſſe dicuntur, ut impedirent, quo minus rex Aegypti Iſraelitas dimitteret. In V. T. non commemorantur, ſed hauſit eorum nomina Apoſtolus e traditione, quae aſſervata eſt in Talmudiſtis, Targumiſtis et Rabbinis. (cf. Fabricii cod. Pſeudep. V. T. 1, p. 816.) In ſcribendis nominibus differunt. Targ. Jonath. ad Exod. 7, 11. habet: „ſimilia fecerunt יניס וימבריס Janes et Jambres. Sic etiam liber Sohar ad Num. 22, 22. et Rabbini. Sed Talm. Babyl. tract. Menach. c. 9. in Gemara habet יוחני וממרא, Jochanne et Mamre, (unde etiam codd. et patres quidam Μαμβρῆς pro Ἰαμβρῆς.) cf. Buxtorf. lex. talm. p. 943. Commemorantur quoque a Numenio lib. 3. Plinio hiſt. nat. 31, 1.

Ἰαννά, ὁ, Janna, nom. pr. viri Luc. 3, 24. commemorati.

Ἰαννῆς, οῦ, ὁ, Jannes. Vid. Ἰαμβρῆς.

Ἰάομαι, ῶμαι, f. άσομαι, 1) ſano, valetudinem reſtituo, Luc. 5, 17. 6, 19. et paſſim. Gen. 20, 17. Lev. 14, 3. — perfect. et aor. 1. ſignificatione paſſiva: ſanor, ſanitatem recupero, convaleſco, Matth. 8, 8. 13. 15, 28. Luc. 7, 7. Joh. 4, 47. Jac. 5, 16. et paſſim. Ἰάομαι ἀπὸ liberor a, Marc. 5, 29. Luc. 6, 17. — 2) ut hebr. רָפָא, cui in verſione LXX. reſpondet, eſt etiam: reſicio corrupta, Hebr. 12, 13, ἰαθῇ δὲ

μᾶλλον, imo magis reficiatur. 1 Reg. 18, 30. τὸ θυσιαστήριον. 2 Reg. 2, 21 sq. τὰ ὕδατα. 2 Chron. 7, 14. τὴν γῆν. — 3) *salvum facio*, i. e. periculis eripio et saluti, libertati restituo; Matth. 13, 15. καὶ ἰάσομαι αὐτούς, ut salvos eos faciam. Joh. 12, 40. Act. 28, 27. [Luc. 4, 18. coll. Jes. 61, 1. Psal. 147, 3.] — 1 Petr. 2, 24. ἰάθητε, salvi facti, a peccatis liberati et felicitatis participes facti estis. Jes. 53, 5. Jer. 17, 14. ubi cum σώζειν commutatur. 2 Chron. 30, 20. τὸν λαόν. Psal. 41, 4. τὴν ψυχήν. Exod. 15, 26. ὁ ἰώμενός σε, i. q. ὁ σώζων.

Ἰαρὲδ, ὁ, *Jared*, nom. pr. indecl. viri Luc. 3, 37. et Gen. 5, 15. 18. 1 Chron. 1, 2. commemorati, hebr. יָרֶד.

Ἴασις, εως, ἡ, (ab ἰάομαι) *sanatio*. Luc. 13, 32. Act. 4, 22. 30. coll. Prov. 3, 8. 4, 22. Jer. 8, 15.

Ἴασπις, ιδος, ἡ, *jaspis*; gemma diversicolor, scl. purpurea, caerulea, viridis et χρυσταλλοειδής. (Plin. H. N. 37, 5.) Apoc. 21, 18. 19. coll. Ezech. 28, 13. — Apoc. c. 4, 3. λίθῳ ἰάσπιδι i. e. ὡς λίθῳ ἰάσπ. χρυσταλλίζοντι, ut legitur c. 21, 11. lucebat ut Jaspis χρυσταλλοειδής. Voluerunt quidam interpretes his in locis intelligere adamantem, praesertim cum LXX. ἴασπις etiam pro יָהֲלֹם, *adamantis*, posuerunt, Exod. 28, 18. 39, 9.

Ἰάσων, ονος, ὁ, *Jason*, nom. pr. viri de quo vid. Act. 17, 5 — 9. Rom. 16, 21.

Ἰατρὸς, οῦ, ὁ, (ab ἰάομαι) *medicus*. Marc. 5, 26. Luc. 8, 43. Col. 4, 14. 2 Chron. 16, 12. Sir. 38, 12. 15. — Ut ἰάομαι et רָפָא saepius pro σώζειν, liberare, salvare, ita ἰατρὸς etiam *servator*, *salutis restitutor*; Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Luc. 4, 23. 5, 31. vid. Prov. 14, 32. καρδίας ἰατρός. Jer. 8, 22.

Ἴδε, propr. imperativ. aor. 2. verbi εἴδω, video, deinde in adverbium abiens, unde non solum uni sed etiam pluribus (pro ἴδετε) dicitur: *en*, *ecce*! Est autem 1) exhibentis et proferentis rem praesentem, Matth. 25, 20. 22. 25. Joh. 19, 5. ἴδε ὁ ἄνθρωπος. ib. v. 14. — 2) digito quasi monstrantis, designantis, Marc. 3, 34. 11, 21. 13, 1. 16, 6. Joh. 1, 29. 36. 48. 3) admonentis: *cogita*, *perpende*, *reputa*, Marc. 15, 4. Joh. 5, 14. Gal. 5, 2. — *vide modo*, Marc. 2, 24. Joh. 11, 36. 12, 19. — 4) adhortantis: *en*, *age*, Matth. 26, 65. Sir. 28, 24. — 5) pleonastice ponitur ut ἰδοὺ in evang. Joannis c. 3, 26. 7, 26. 11, 3. 16, 29. 18, 21. 19, 4. — [Rom. 2, 17. pro ἴδε, Griesb. εἰ δὲ]. Saepius non legitur.

Ἰδέα, ας, ἡ, (ab εἴδω) *facies*, *forma*, *figura*, *species*; cum de rebus tum de hominibus. Semel Matth. 28, 3. ἰδέα αὐτοῦ, species eius, sein Ansehen; pertinent enim verba ad nitorem vestium albarum et faciei simul. LXX. hebr. מַרְאֶה Gen. 5, 3. et מַרְאֶה Dan. 1, 13. 15. Test. XII. Patr. p. 742 sq.: ἣν (scl. Jacob) ἐπιθυμοῦν ἰδεῖν τὴν ἰδέαν αὐτοῦ (Josephi ab

lentis) καὶ τὴν ῥοπὴν τῆς ὄψεως αὐτοῦ. — Εἶδον αὐτὸν (scl. mente) καθ' ὃ ἦν πᾶσα ἡ ἰδέα αὐτοῦ.

Ἴδιος, ία, ιον, 1) *proprius, suus;* varia ratione. a) de eo quod acquisivimus et *possidemus*, Joh. 10, 12. Act. 4, 32. Matth. 22, 5. 25, 14. Marc. 15, 20. Sir. 11, 34. τὰ ἴδια, quae possides. — quod *animo* acquisivimus et possidemus Rom. 10, 3. ἰδία δικαιοσύνη. — b) quod *natura* possidemus. Joh. 8, 44. ἐκ τῶν ἰδίων λαλεῖ scl. τὸ ψεῦδος, ex ipsius perversa mente. 1 Cor. 15, 38. τὸ ἴδιον σῶμα. ib. 7, 7. ἕκαστος ἴδιον ἔχει χάρισμα. Matth. 25, 15, κατ' ἰδίαν δύναμιν, pro viribus cuiuscunque. 2 Petr. 1, 20. ἰδίας ἐπιλύσεως οὐ γίν. in se ipsa non habet explicationem, sed potius eventu clara fit. Sap. 16, 23. τῆς ἰδίας δυνάμεως ἐπιμελῆσθαι, seiner natürlichen Wirkungsart untreu werden. ib. 19, 6. — c) quod *nostrum est, non aliorum*, *nostrum* tanquam oppositum *alterius*, Luc. 6, 41. ἴδιος ὀφθαλμός. Joh. 5, 43. 7, 18. Act. 3, 12. et saepius. Act. 28, 30. ἰδίῳ μισθῷ. in diversorio ab ipso (non a fratribus christianis) mercede conducto. Luc. 10, 34. ἴδιον κτῆνος, jumentum, quo ipse vehebatur. — d) de eo quod *alicui competit*, et *injunctum* est. 1 Cor. 3, 8. τὸν ἴδιον μισθὸν, mercedem suam, den gebührenden Lohn. ib. 15, 23. ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. — 1 Thess. 4, 11. τὰ ἴδια scl. πράγματα, sua, opera sua. Jud. v. 6. τὸ ἴδιον οἰκητήριον, stationem iis adsignatam. Act. 1, 25. τόπος ἴδιος, locus a Deo ei destinatus, ei in poenam competens. cf. τόπος. *Clem.* Rom. ep. I. ad Cor. de Petro: καταγνόντας ἐπορεύθη εἰς τὸν ὀφειλόμενον τόπον τῆς δόξης. — Sic etiam de tempore: καιῷ ἰδίῳ l. καιροῖς ἰδίοις, tempore suo s. justo, quo voluit Deus, Gal. 6, 9. 1 Tim. 2, 6. 6, 15. Tit. 1, 3. (Test. XII. Patr. p. 724 sq.: ταῦτα γεννήσεται ἐν καιῷ αὐτῶν, ἐν ἐσχάταις ἡμέραις. — e) Saepius ἴδιος simpliciter pro αὐτοῦ, v. c. Joh. 1, 42. 4, 44. 5, 18. 10, 3. 4. Act. 1, 7. etc. et pro ἑαυτοῦ, 1 Cor. 7, 2. ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ γυναῖκα, καὶ ἑκάστη τὸν ἴδιον ἄνδρα, ib. v. 4. Act. 13, 36. Rom. 11, 24. 14, 4. 1 Cor. 7, 37. 1 Petr. 3, 1. 5. et passim. — 2) ut Latinor. *noster*, *suus* ad *patriam*, *domum* et *familiam* referitur; 1) Act. 1, 19. τῇ ἰδίᾳ διαλέκτῳ, *patria* dialecto. Act. 2, 6. 8. 23, 30. 1 Thess. 2, 14. [15.] Tit. 1, 12. τὰ ἴδια γράμματα, scripta genti propria. *Joseph.* c. Apion. lib. 1. 22. τὰ ἴδια, *domicilium*, sedes alicuius, Joh. 1, 11. 16, 32. 19, 27. εἰς τὰ ἴδια ad suos, domos suas; LXX. 1 Esdr. 5, 10. 6, 12. Esdr. 5, 47. — ἡ ἰδία πόλις, urbs, ubi sedem fixerat, Matth. 9, 1. (scl. Capharnaum, coll. Matth. 4, 13. Marc. 2, 1. Joh. 2, 11.) urbs patria, e qua oriundus erat Luc. 2, 3. — Inde οἱ ἴδιοι, α) *populares* Joh. 1, 11. 2 Macc. 12, 22. *Joseph.* de bello 4, 4. 6. β) *liberi* 1 Tim. 5, 8. γ) *amici* et *sodales*, Joh. 13, 1. Act. 4, 23. 13, 1. 24, 23. — τὸ ἴδιον scl. τοῦ κόσμου, i. e. τὸν ἐκ τοῦ κόσμου ὄντα. — Huc etiam pertinet

formula, qua Christus dicitur ὁ υἱὸς ἴδιος τοῦ θεοῦ i. e. οἰκογενής, a Deo ipso genitus, μονογενής, Rom. 8, 32. Act. 20, 28. διὰ τοῦ αἵματος τοῦ ἰδίου (secundum textum Griesbach.) Gen. 14, 14. οἱ ἴδιοι οἰκογενεῖς αὐτοῦ. — 3) *privatus, specialis, singularis*; ita in formulis α) κατ' ἰδίαν scl. χώραν, *seorsim, privatim*, Matth. 17, 19. Marc. 4, 34. 9, 28. Gal. 2, 2. *solus*, Matth. 14, 13. 23. 17, 1. et passim *Joseph.* de bell. 4, 5. 5.; *soli* Matth. 20, 17. 24, 3. 2 Macc. 4, 5. — β) ἰδίᾳ, *seorsim*, 1 Cor. 12, 11. 2 Macc. 4, 34. *Joseph.* bell. 4, 4, 1.

Ἰδιώτης, ου, ὁ, (ἴδιος) 1) homo privatus, quatenus opponitur magistratibus (*Aelian.* var. h. 4, 25. *Joseph.* bell. 1, 2. 3. Ant. 14, 15. 2.); — etiam miles gregarius, quatenus opponitur ducibus (*Xenoph.* anab. 1, 3, 11.); — 2) *homo plebeius*, quatenus opponitur nobilioribus, qui magistratus habere solebant, Act. 4, 13. Johannes et Petrus dicuntur ἀγράμματοι καὶ ἰδιῶται, homines indocti, iidemque plebeji. (*Xen.* Mem. 3, 12. 1.) — Cum homines e plebe rudes indoctique esse soleant, est 3) *indoctus, rudis, imperitus*; 2 Cor. 11, 16. ἰδιώτης τῷ λόγῳ, minus eloquens, minus versatus in dicendo. (*Xenoph.* de Mag. Equ. 8, 1. ἰδιώτης τῶν πολεμικῶν.) — Inde Paulus ἰδιώτας, imperitos rei christianae appellat gentiles, qui coetus christianos adirent, ut christianorum sacra viderent, *non initiatos*, 1 Cor. 14, 23. 24. ἰδιῶται ἢ ἄπιστοι, non initiati vel contemtores. ib. v. 16. ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, qui non initiato similis est, qui sacra adhuc parum novit.

Ἰδοὺ, adv. demonstrativum: *en! ecce!* apud LXX. respondens hebr. הִנֵּה et רְאֵה, *vide*. Nostris scriptoribus, ut הִנֵּה in V. T. perfrequens est, et usurpatur universe tanquam nota attentionis, ut animus alterius intendatur ad ea, quae dicuntur, monstrantur, adsunt. Ponitur maxime ad initium orationis, interdum vero etiam in media enuntiatione praefigitur illi verbo, cui caput rei inest, cui inprimis attendendum est, v. c. Luc. 13, 16. ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, quam satanas morbo constrinxit, *et quidem* etc. Similiter Deut. 8, 4. ἰδοὺ τεσσαράκοντα ἔτη, et hoc per quadraginta annos, hebr. הֵנָּה, *hoc*. Est autem in N. T. a) exhibentis rem praesentem Luc. 22, 38. 19, 20. quo etiam pertinet formula ἰδοὺ ἐγώ, de eo, qui praesentem se sistit, praesto est. Act. 9, 10. hebr. הִנְנִי Jes. 6, 8. Gen. 31, 11. 1 Sam. 3, 4. 8. b) manu quasi significantis quod in praesenti est, Matth. 12, 47. 49. Luc. 22, 38. Act. 8, 36. Joh. 19, 26 sq. et passim. — c) annuntiantis aliquid, quod adest, evenit, advenit, subito existit, Matth. 12, 46 sq. 21, 5. (Jes. 62, 11. הִנֵּה) 22, 4. 24, 23. 26. 2 Cor. 6, 2. coll. Matth. 1, 20. 23. (Jes. 7, 14.) 2, 1. 3, 16. 13, 3. 27, 51. et passim; — etiam de iis, quae audiuntur, Matth. 3, 17. ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν. ib. 8, 29. — et de

futuris; Matth. 23, 28. Luc. 13, 7. 35. 23, 29. Joh. 16, 32. Hebr. 8, 8. 10, 7. 9. — d) admonentis: *cide, cogita*, Matth. 12, 2. 7, 4. 19, 27. 1 Cor. 15, 51. Jac. 3, 4. 5. — e) declarantis, se aliquid factum esse: *jam*, Matth. 7, 4. 10, 16. ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμᾶς. (LXX. Mal. 3, 1. pro הנני שלח.) 11, 10. 20, 18. ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσολ. ib. 28, 20. (LXX. 1 Reg. 17, 23. pro עתה, nunc, jam.) — f) asseverantis: *profecto, vere*, Matth. 12, 41. ἰδοὺ πλεῖον Ἰωνᾶ. v. 42. Luc. 11, 31 sq. 41. Gal. 1, 20. 2 Cor. 7, 11. coll. Gen. 1, 29. 12, 11. 17, 19. Jos. 8, 8.

Ἰδουμαία, ας, ἡ, *Idumaea*, nomen hellenisticum pro hebr. אדום (*Joseph.* Antiq. 2, 1. 1.) regio, olim הר שעיר dicta, deinde ab Esavo, qui eam occupavit, Edom cognominata (Gen. 36, 8 sqq. ib. v. 43. *Joseph.* l. l.) אדום s. ארם, LXX. Ἰδουμαία 2 Reg. 14, 10. 2 Sam. 8, 14. et ἡ Ἐδωμ 2 Reg. 14, 7. cf. 1 Macc. 4, 29. 61. Sita erat inter Judaeam meridionalem, Arabiam, et Aegyptum. (*Joseph.* c. Apion. 2, 8. ἡ Ἰδουμαία τῆς ἡμετέρης χώρας ἐστὶν ὅμορος, κατὰ Γάζαν κειμένη.) Edomitae Israelitis infensi (Num. 20, 14 sq.), a Davide quidem subacti (2 Sam. 8, 13.) sed deinde ab Israelitarum potestate iterum soluti (2 Chron. 21.), postea, disuto Judaeorum imperio, partem Palaestinae occuparunt (*Joseph.* de bell. Jud. 5, 7.) Judaeos reversos quovis modo vexarunt (1 Macc. 5, 3. 65. 2 Macc. 10, 16. *Joseph.* Antiq. 11, 11.) usque dum ab Joanne Hyrcano devincerentur (*Joseph.* Antiq. 13, 17.) — In N. T. semel Marc. 3, 8.

Ἰδρώς, ῶτος, ὁ, *sudor*; Luc. 22, 44. Gen. 3, 19. (זיעה) Jer. 8, 6. 2 Macc. 2, 27. 4 Macc. 7, 8. Vid. Ἱερουργέω.

Ἰεζαβήλ, ἡ, *Jesabel*; (hebr. איזבל) nom. pr. indecl. impiae reginae, uxoris Achabi, idololatriae fautricis, de qua vid. 1 Reg. 16, 31. 18, 3. 19, 2. c. 21. 2 Reg. 9, 33 sqq. — Apoc. 2, 20. Ἰεζάβελ, altera Jesabel dicuntur homines morum improbitate infames et idololatriae fautores.

Ἱεράπολις, εως, ἡ, (ἱερὸς et πόλις, sacra urbs) *Hierapolis*, (hodie Bambuk Kalasi) urbs Phrygiae majoris, ad Maeandrum fluvium, a Laodicea versus meridiem, a Colossis versus occasum sita. Coloss. 4, 13.

Ἱερατεία, ας, ἡ, (ab ἱερὸς) *sacerdotium, munus sacerdotale*. Luc. 1, 9. κατὰ τὸ ἔθος τῆς ἱερατείας, more muneris sacerdotalis; scil. sorte definiebatur, quaenam pars sacrorum facienda esset cuivis sacerdoti. Zacharias sortitus fuerat officium adolendi suffitum. Hebr. 7, 5. LXX. hebr. קטרת Exod. 29, 9. 40, 15. Num. 3, 10.

Ἱεράτευμα, τος, τὸ, ab ἱερατεύω sacerdotio fungor, inde propr. sacerdotium; deinde metonym. et collective: *sacerdotes*. Sic bis 1 Petr. 2, 5. ἱεράτευμα ἅγιον sacerdotes puri, qui, non sacrificia cruenta, sed πνευματικὰ i. e. pietatis exer-

citia, instar sacerdotorum, Deo offerunt, eiusque gratiam consequuntur. ib. v. 9. βασίλειον ἱεράτευμα, vid. Βασίλειος. Deprompta sunt ex Exod. 19, 6. coll. Jes. 61. 6. Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. Caeterum praeter hunc locum nec in N. nec in V. T. habetur hoc vocabulum, neque legitur apud profanos. — (De praestantia sacerdotii et sacerdotum vid. Test. XII. Patr. p. 613.: ἐμοὶ γὰρ ἔδωκε κύριος τὴν βασιλείαν, κἀκείνῳ (Levi) τὴν ἱερατείαν, καὶ ὑπέταξε τὴν βασιλείαν τῇ ἱερωσύνῃ. — ὥσπερ ἔχει (ὡς ὑπερέχει) οὐρανὸς τῆς γῆς, οὕτως ὑπερέχει θεοῦ ἱερατεία τῆς ἐπὶ γῆς βασιλείας.)

Ἱερατεύω, f. εύσω (ab ἱερὸς) *sacerdos sum, sacerdotio fungor.* Luc. 1, 8. LXX. Exod. 28, 1. 3. 4. 41. Num. 3, 4. 3 Esdr. 8, 46.

Ἱερεμίας, ίου, ὁ, *Jeremias*, (hebr. יִרְמְיָה f. יִרְמְיָהוּ), nom. pr. prophetae Judaeorum tempore exilii. Vid. Jer. 1, 1. 2 Reg. 23, 4. Jer. 11, 19. 20, 1 sq. 37, 38. 39, 40. 43. *Joseph.* Antiq. X, c. 5—9. Commemoratur Matth. 2, 17. 26, 14. et 27, 9.; verba tamen ibi laudata non in Jeremiae sed in Zachar. vaticiniis leguntur, c. 11, 12 sq.

Ἱερεύς, έος, ὁ, (ab ἱερὸς) 1) *sacerdos.* De gentilium sacerdotibus Act. 14, 13. — de Judaeorum sacerdotibus, hebr. כֹּהֵן, ex Aaronis familia, integro et corpore et animo praeditis, (Num. 21, 22.) in XXIV classes (ἐφημερίας) distinctis (1 Chron. 24, 3 sq. 2 Chron. 8, 14.) quarum quaeque singulis hebdomadibus sacra in templo fecit. Matth. 8, 4. 12, 4. 15. Luc. 1, 5. Joh. 1, 19. et passim. De discrimine sacerdotum et Levitarum vid. Λευῖτης. Classium singularum praefecti dicebantur ἀρχιερεῖς (Matth. 2, 4. 26, 3. *Joseph.* Antiq. 20, 8.) et eiusmodi praefectus intelligendus esse videtur Act. 4, 1. Christiani dicuntur ἱερεῖς Apoc. 1, 6. 5, 10. 20, 6. coll. Jes. 61, 6. quatenus Deo eiusque cultui sunt devoti, eumque vera pietate colunt, ab eo autem prae ceteris amantur. cf. Ἱεράτευμα. — 2) ὁ ἱερεὺς sive etiam ὁ ἱερ. ὁ μέγας (כֹּהֵן הַגָּדוֹל) (Hebr. 10, 21.), appellabatur κατ' ἐξοχὴν *summus sacerdos*, Act. 5, 24. Hebr. 5, 6. quocum comparatur Christus Hebr. 7, 1—23. Sic כֹּהֵן sacerdos summus, Exod. 35, 19. 1 Reg. 1, 8. et ἱερεὺς *Joseph.* Ant. 6, 12. 1.

Ἱερειχώ, ἡ, *Jericho*, hebr. יְרִיחוֹ nom. pr. ind. urbis in tribu Benjamin, Hierosolymam inter et Jordanem fluvium, a Josua devastatae (Jos. 6, 27.) deinde restitutae (1 Reg. 16, 14.), et scholis prophetarum nobilitatae (2 Reg. 2, 5.), cuius ager fertilissimus fontibusque irriguus, palmas (πόλις φοινίκων Deut. 34, 3.), rosas (Sir. 24, 14. ὡς φυτὰ ῥόδου ἐν Ἱερειχῶ), potissimum autem balsamorum virgulta alebat. (*Joseph.* Antiq. IV, 6. Ἱερειχὼ πόλις εὐδαίμων αὕτη, φοινίκας τε φέρειν ἀγαθὴ, καὶ βάλσαμον νεμομένη. Id. Antiq. 14, 4. 15, 4. de bell. 1, 7. 4, 8. *Plin.* hist. nat. 5, 14. *Justin.* 36, 3.). — Mentio eius fit

Matth. 20, 29. Marc. 10, 46. Luc. 18, 35. 19, 1. Hebr. 11, 30. — Luc. 10, 30. cf. *Joseph.* de bello 4, 8. 3. qui spatium totum inde a Jerichunte usque ad Hierosolymam desertum esse et saxosum (ἔρημον καὶ πετρῶδες), tradidit.

Ἱερόθυτος, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἱερὸς et θύω) Deo mactatus, *sacrificatus*, *immolatus*. — τὸ ἱερόθυτον *hostia*, carnes victimarum; codd. 1 Cor. 10. 28. et ib. v. 19. pro εἰδωλόθυτον.

Ἱερὸν, οῦ, τὸ, (scl. οἴκημα, neutrum adject. ἱερὸς) 1) *locus Deo sacer*, *aedes*, *fanum*, *templum*; de aedibus sacris gentilium Act. 19, 27. Drac. v. 22. 1 Macc. 10, 84. 11, 4. 2 Macc. 1, 13. — De templo Hierosolymitano, 1 Macc. 10, 34. 15, 9. 2 Macc. 2, 23. 3 Esdr. 5, 56. pro hebr. בֵּית הָאֱלֹהִים Esdr. 3, 8. (LXX. οἶκος τοῦ θεοῦ.) LXX. 1 Chron. 29, 4. pro הֲבִיתִים, externae templi partes a בֵּית הַקֹּדֶשׁ v. 3. sanctuario, diversae. In N. T. per ἱερὸν significatur templum Herodianum, ab Herode M. exstructum et atriis porticibusque auctum, cuius exactam descriptionem dedit *Josephus* Antiq. 15, 11. et de bell. 5, 5. Notandum vero est discrimen inter ναὸν et ἱερὸν, quod *Josephus* l. l. ac ubi expugnationem templi narrat (de bell. 6, c. 4.) bene observat. Complexus omnium aedificiorum, quae ad templum pertinebant, (τὸ ἱερὸν, s. τὸ ἱερὸν ὅλον de bello 5, 5. 8.), tribus septis (περιβόλοις) constabat, quorum primum continebat porticus (στοὰς) et quidem duplices, exteriorem, quae totum templi aedificium muro cingebat, et interiores, v. c. porticum Salomonis. Hoc septum appellat *Josephus* (de bell. 5, 5. 2. et 8.) τὸ πρῶτον ἱερόν. Sequebatur septum secundum, ad quod quatuordecim gradibus adscendebatur, quod atriis, v. c. mulierum, constabat et cingebat templum proprie sic dictum, sive τὸ δεύτερον ἱερὸν, ὃ ἅγιον ἐκαλεῖτο (*Joseph.* l. l. §. 2.). Ex atriis patebat introitus in templum ipsum, tertium septum, τρίτον ἱερὸν (*Joseph.* Antiq. 15, 11. 5.) ubi sacra fiebant, mulieribus inaccessum, quod iterum constabat duabus partibus, sancto (τὸ ἅγιον) et sancto sanctorum (τὸ ἅγιον ἁγίων), in quod solus sacerdos summus intrare solebat. Hoc tertium septum (quod habitaculum Dei dicebatur) appellabatur ὁ ναὸς, quo nomine Josephus quoque de sancto sanctorum utitur Ant. 15, 11. 5. (ὁ ναὸς ἐν τούτῳ scl. ἱερῷ τρίτῳ, καὶ πρὸ αὐτοῦ βωμὸς ἦν.) Constabat igitur totum duabus ex partibus, 1) porticibus et atriis, προνάῳ, et 2) sancto, et sancto sanctorum, ναῷ. (*Joseph.* Antiq. 3, 6. 4.) Τὸ ἱερὸν autem dicebatur cum de toto, tum de προνάῳ. — Sic quoque in N. T. ubi τὸ ἱερὸν 1) totum complectitur, porticus, atria et sanctum, Matth. 24, 1. Marc. 13, 1. 3. Luc. 21, 5. 22, 52. Act. 3, 2. 10. — 2) atria, Matth. 12, 5. 6. Marc. 11, 11. Luc. 2, 27. 37. 18, 10. 24, 53. Act. 2, 46. 3, 1 sqq. 21, 26—30. 22, 17. 24, 6. — 3) porticus,

ubi et emtores venditoresque erant Matth. 21, 12—15. Marc. 11, 15 ſq. Luc. 19, 45. Joh. 2, 14 ſq. et Jeſus docebat diſputabatque Matth. 21, 23. 26, 55. Marc. 11, 27. 12, 35. 14, 49. Luc. 2, 46. 19, 47. Joh. 5, 14. 7, 14. 28. Act. 5, 20. 21. et paſſim. — Quid ſit Matth. 4, 5. Luc. 4, 9. τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, diſſentiunt interpretes; fortaſſe faſtigium porticus regiae, quam *Joſephus* Antiq. 15, 11. 5. tantae altitudinis fuiſſe perhibet, ut, ſi quis ex tecti eius ſummitate altitudinem ſimul utramque viſu penetrare vellet, periculum eſſet, ne vertigine corriperetur, priusquam viſus ad immenſam adeo profunditatem pertingeret.

Ἱεροπρεπής, ές, ὁ, ἡ, — ές, τό, (ἱερὸν et πρέπω) loco ſacro dignus; *pium decens*, *honeſtus*. Tit. 2, 3. ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς habitu chriſtianam decente. (*Joſeph.* Antiq. 11, 8. 5. 4 Macc. 9. 25. ἱεροπρεπὴς γεανίας. 11, 20.)

Ἱερός, ά, όν, *Deo devotus; ſacer, cultui divino ſacratus;* v. c. τὰ ἱερὰ σκεύη 2 Macc. 5, 16. ἱεροὶ πυλῶνες. — 2 Tim. 3, 15. ἱερὰ γράμματα, literae ſacrae (V. T.). 2 Macc. 8, 23. τὴν ἱερὰν βίβλον. — Inde τὸ ἱερὸν, et τὰ ἱερὰ, ſcl. ζῶα ſ. θηρία, *victima*, *ſacrificia*, 1 Cor. 9, 13. οἱ τὰ ἱερὰ ἐργαζόμενοι, ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐσθίουσι, qui ſacrificia faciunt etiam ſacris carnibus veſcuntur.

Ἱεροσόλυμα, ων, τὰ, *Hieroſolyma*, triplici modo efferitur, ſcl. 1) ἱερουσαλὴμ, ἡ, indeclinab. (ירושלם chald. et ירושלם ut in libris Samuelis et Regum ſcribitur) *Jeruſalem*; ita ſemel a Matthaeo c. 23, 37. ſemel a Marco c. 11, 1. ſaepiſſime in Lucae evang. et actis, ut in Pauli ſcriptis et apocal., conſtanter in verſione alexandr. 3. lib. Esdr. et primo Maccabaeor. — 2) ἱεροσόλυμα, ων, τὰ, (hebr. ירושלים in duali, ob duas urbis partes, urbem ſcl. et arcem Sion) *Hieroſolyma*, *orum*, ut in Matth. Marc. paſſim in Lucae et Pauli ſcriptis, ſemper in Evang. Joann. conſtanter apud Joſephum et in ſecundo tertioque libr. Maccab. — denique: 3) ἱεροσόλυμα, ης, ἡ, *Hieroſolyma*, *ae*, ut bis apud Matthaeum c. 2, 3. 3, 5. metonymice de incolis urbis. — Urbs antiquiſſima, olim Salem (Gen. 14, 18. Pſal. 76, 3.) et יבוס (Jebuſitarum arx, Judic. 19, 10. 1 Chron. 11, 4.) dicta, deinde Hieroſolyma appellata, a Davide, rege, expugnata (2 Sam. 5, 2 ſqq. 1 Chron. 11, 4 ſqq. *Joſeph.* Antiq. 7, 3.) et ſedes regia facta eſt, quare ab iſto inde tempore caput regni regiaque urbs Judaeorum fuit. Sita erat fere in media Palaeſtina in confiniis tribuum Juda et Benjamin, in regione valde edita (quare qui in eam proficiſcebantur ἀναβαίνειν dicebantur), eratque bene munita, quippe muris firmiſſimis cincta et in duobus collibus collocata, quorum alter, excelſior, *Sion*, alter vero inferior, *Acra* appellabatur. Vid. eius deſcriptionem uberiorem in *Joſephi* de bell. 4, 4. Poſt eius excidium per Titum Vespaſianum denuo

aliquo modo restituta, Aeliae Capitolinae nomen nacta est, hodieque Turcis vocatur *Cudsembarich* s. *Coudscherif*. — Commemoratur saepe in V. T. et est: 1) urbs ipsa, Matth. 2, 1. 4, 25. Marc. 3, 8. Gal. 1, 17 sq. 2, 1. Marc. 11, 1. Luc. 2, 25. 38. Rom. 15, 19. 25 sq. et passim. — 2) metonymice: incolae urbis, *Hierosolymitani*, Matth. 2, 3. πᾶσα ἱεροσόλυμα. 3, 5. Matth. 23, 37. Luc. 13, 34. Act. 21, 31. (quo sensu legitur vel ἡ Ἱερουσαλὴμ, vel ἡ ἱεροσόλυμα). 3) metaphorice: *res publica sacra*, s. *ecclesia* a) Judaeorum, quatenus templo, sacris, quae Hierosolymis fiebant, et legi mos. adstricta erat, Gal. 4, 25. ἡ νῦν Ἱερουσαλήμ. — b) Christianorum, quatenus haec nulla sede terrestri nitebatur, sed Christo in coelis versante, Gal. 4, 26. ἡ ἄνω Ἱερουσαλήμ. Loquebantur Judaei quoque de Hierosolymis in coelo (ut etiam de templo, sanctuario coelesti, vid. Ἅγιος et Ἀληθινός), Hebr. 12, 22. Ἱερουσαλὴμ ἡ ἐπουράνιος, Apoc. 3, 12. 21, 2. 10. ἡ καινὴ Ἱερουσαλὴμ, tanquam sede beatissima piorum et verorum Dei cultorum. Test. XII. Patr. p. 654.: καὶ ἀναπαύσονται ἐν Ἐδὲμ ἄχιον, καὶ ἐπὶ τῆς νέας Ἱερουσαλὴμ εὐφρανθήσονται δίκαιοι, ἥτις ἔσται εἰς δόξασμα θεοῦ ἕως τοῦ αἰῶνος.

Ἱεροσολυμίτης, ου, ὁ, *Hierosolymitanus*. Marc. 1, 5. Joh. 7, 25. (οἱ ἀπὸ ἱεροσολύμων, Matth. 15, 1.) 4 Macc. 4, 22. 18, 5. *Joseph*. vit. §. 65.

Ἱεροσυλέω, s. ήσω (ἱερὸν et συλέω) *templa spolio, sacrilegium committo*; ex adjuncto: *graviter pecco in Deum*, debitam Deo venerationem valde laedo; sic Rom. 2, 22. sensus: committendo flagitia diabolo servis ut idololatrae.

Ἱερόσυλος (ἱερὸν et συλέω) *sacrilegus* (*Hesych.*: τὰ ἱερὰ κλέπτων) Act. 19, 37. 2 Macc. 4, 42.

Ἱερουργέω, ῶ, f. ήσω, (ἱερὰ ἐργάζομαι) 1) victimas macto, sacra facio. *Hesych.* ἱερουργεῖ· θύει, ἱερὰ ἐργάζεται. Philo de vita Mos. p. 687. *Joseph.* Antiq. 6, 6. 2. ib. 7, 13. 4. ἱερούργησε καὶ ὡλοκαύτωσε. (Ἱερουργήματα ib. 8, 4. 5.) — Metaphor. *me ipse immolo rei sacrae faciendae s. promovendae*; Rom. 15, 16. ἱερουργοῦντα τὸ εὐαγγέλιον, me ipsum immolantem doctrinae chr. propagationi. 4 Macc. 7, 8. τοὺς ἱερουργοῦντας τὸν νόμον ἰδίῳ αἵματι, καὶ γενναίῳ ἱδρῶτι τοῖς μέχρι θανάτου πάθεσιν ὑπεραστπίζοντας.

Ἱερουσαλὴμ, vid. Ἱεροσόλυμα.

Ἱερωσύνη, ης, ἡ, (ἱερὸς) *sacerdotium, munus sacerdotale*. Hebr. 7, 11. 12. 14. 24. 3 Esdr. 5, 60. 1 Macc. 2, 54. 3, 56. 4 Macc. 7, 6.

Ἰεσσαί, ὁ, (hebr. ישי) *Jesse* s. *Isai*, nom. pr. patris Davidis, regis; de quo vid. 1 Sam. 16, 1. 10. 17, 12. 20, 21. — Matth. 1, 5. 6. Luc. 3, 32. Act. 13, 22. — Messias dicitur ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί, i. q. ὁ υἱὸς τοῦ Δαυίδ, Rom. 15, 12. Jes. 11, 1. 10.

Ἰεφθάε, ὁ, *Jephtha*, hebr. יִפְתָּח, nom. pr. indecl. filii Gileadis qui aliquamdiu fuit שׁוֹפֵט Israelitarum. Vid. Judic. c. 11. et 12. — Hebr. 11, 32.

Ἰεχονίας, ου, ὁ, *Jechonias*, (vid. LXX. 1 Chron. 3, 16. 2 Chron. 36, 8.) rex Judaeorum; quo imperante respublica Judaica destructa est a Nabuchodonosore, rege Babyloniorum. 2 Reg. 24, 8. 25, 27. Commemoratur Matth. 1, 11. 12. ibique dicitur filius Josiae. Cum autem idem in V. T. filius Joakimi fuisse legatur (1 Chron. 3, 15. 16. 2 Chron. 36, 8 sqq.) interpretes Jechoniam priorem a Matthaeo commemoratum Joakimum, qui fuit filius Josiae, esse arbitrati sunt. At, Matthaeum vel ipsum unius ex majoribus Jesu nomen omisisse, vel hoc nomen casu excidisse, verisimilius est.

Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, nom. pr. hebr. יְהוֹשֻׁעַ, i. e. *vindex, servator*, graec. σωτὴρ, ὁ σώζων. Nomen propr. hebraeis perfrequens (1 Chron. 23, 11. Esdr. 2, 2.) In N. T. 1) *Josua*, dux Israelitarum, Mosis successor (Num. 13, 17. 27, 18. 34, 16. Jos. 1.) Act. 7, 45. Hebr. 4, 8. — 2) *Jesus*, Dei filius, hominum servator s. vindex a peccatis, s. poenis peccatorum et morte. Matth. 1, 21. 26. Luc. 1, 31. 2, 21. et centies. Commemoratur a *Josepho* Ant. 18, 3. 3. et 20, 9. 1. — Ἰησοῦς conjunctum cum ὁ χριστὸς vid. χριστός. — ὁ Κύριος Ἰησοῦς in scriptis apostolorum; vid. Κύριος. Paulus interdum nomen Jesu ponit pro *re christiana*, 2 Cor. 1, 19. sensu et pietate Jesu Rom. 13, 14. — 3) *Jesus cognomine Justus*, de quo vid. Col. 4, 11.

Ἱκανὸς, ἡ, ὸν, (ab obsoleto ἱκάνω, i. q. ἱκέω, ἵκω, pervenio in locum, ad aliquid) propr. eo pertinens, hinreichend bis zu etwas, justae magnitudinis; inde 1) *sufficiens*, Jes. 40, 16. Exod. 36, 6. — ἱκανός εἰμι, *potens sum, valeo*, 2 Cor. 3, 5. seq. infinitivo 2 Tim. 2, 2. ἱκανὸς εἰπεῖν, disertus, *Joseph.* de bell. 4, 4. 1. seq. πρὸς 2 Cor. 2, 16. (Exod. 4, 10. ἱκανὸς πρὸς τῆς χθές. *Joseph.* Ant. 1, 1. 1. τὴν αἰτίαν ἱκανὸς μέν εἰμι ἀποδοῦναι καὶ νῦν. *Herodot.* 8, 36. Exempla larga e Philone vid. in *Loesn.* obss. p. 301 sq. Inde LXX. Deum τὸν ἱκανὸν, omnipotentem dixerunt, ubi in hebr. est שַׁדַּי, Ruth. 1, 20 sq. Job. 31, 2. 39, 32. Ezech. 1, 24.) — ἱκανόν ἐστι, *satis est, sufficit*; Luc. 22, 38. ἱκαν. ἐ. satis est, i. e. definite, nolite ultra progredi. cf. Gen. 30, 15. οὐχ ἱκανόν σοι (מְעַט), non suffecit tibi, sed ultra progressa es). Ezech. 34, 18. 1 Reg. 16, 31. — 2 Cor. 2, 6. ἱκανὸν τῷ τοιούτῳ, satis sit poenae eiusmodi homini. — Τὸ ἱκανὸν, *quod satis est*, — a) satis ex alterius voluntate s. desiderio; Marc. 15, 15. τὸ ἱκανὸν ποιῆσαι, latinor. *satisfacere* scl. voluntati, *morem gerere*. (Prov. 25, 16. φάγειν τὸ ἱκανὸν ad oblectationem, non ad satietatem, i. e. modice. Obad. v. 5. ἔκλεψαν τὰ ἱκανὰ ἑαυτοῖς, quae s. quanta placerent, quae vellent.) — b) sensu sorensi:

satis datum, Act. 17, 9. λαβόντες τὸ ἱκανὸν, postquam iis satis datum erat, scl. praedes sistendo aut pecuniam deponendo. cf. *Kypkii* obss. I, p. 197. — 2) sufficiens ratione *multitudinis*, *satis numerosus*, ut Sap. 18, 12. οὐ πρὸς τὸ θάψαι οἱ ζῶντες ἦσαν ἱκανοί. Inde: ἱκανοὶ, *multi*, *haud pauci*, Act. 12, 12. 19, 19. 1 Cor. 11, 30. (2 Chron. 30, 3. Ezech. 1, 24. רב. 1 Macc. 13, 11. 49. — ὄχλος ἱκανὸς, Marc. 10, 14. Luc. 8, 32. Act. 11, 24. 26. Luc. 7, 11. 12. — ἀργύρια ἱκ. Matth. 28, 12. — λόγοι Luc. 23, 9. ἐφ' ἱκανὸν, multis verbis, prolixius, Act. 20, 11. φῶς ἱκ. multa lux, Act. 22, 6. — de tempore Act. 9, 23. 43. Luc. 8, 27. 20, 9. Act. 8, 11. 14, 13. Luc. 23, 8. ἐξ ἱκανοῦ, jam diu. Passim. — 3) nostris scriptoribus etiam ad dignitatem et dotes animi refertur: *par*, *dignus*; in formula: οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς, vel seq. infinitivo Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. 1 Cor. 15, 9. vel seq. ἵνα, Matth. 8, 8. Luc. 7, 61. *impar*, *haud dignus sum*.

Ἱκανότης, ητος, ἡ, (ab ἱκανὸς) τὸ ἱκανὸν εἶναι, *facultas alicuius rei*, τὸ *posse*, *idoneum esse*. 2 Cor. 3. 5. Hesych. ἱκανότης· δύναμις, ἰσχύς.

Ἱκανόω, ῶ, f. ώσω, (ab ἱκανὸς) pr. ἱκανὸν ποιέω, sufficientem facio, contentum reddo, unde ἱκανόομαι, contentus sum, Addit. Esth. 4. ἱκανοῦσθω sufficiat Num. 16, 7. — deinde: *idoneum facio*, *facultate rei efficiendae instruo*. Col. 1, 12. 2 Cor. 3, 6.

Ἱκετήριος, ία, ιον, (ab ἱκέτης supplex), quod supplicem decet; inde ἱκετηρία scl. ἐλαία κλάδος, substantive: 1) ramus olivae, quem supplex, auxilium et jus imploraturus, manu ferebat. (Ael. var. h. 3, 26. cf. *Schneideri* Lex. Gr.) — Inde 2) *supplicatio*, Hebr. 5, 7. δεήσεις καὶ ἱκετηρίας, supplices preces LXX. semel Job. 41, 3. (hebr. 40, 27.), et praeterea 2 Macc. 9, 18. ubi ἱκετηρία promissio pacis esse videtur. (Job. 40, 22. ἱκετηρὶς, supplex.)

Ἰκμάς, άδος, ἡ, *humor*, *succus*. Luc. 8, 6. Jer. 17, 8. ἐπ' ἰκμάδα (על - יובל ad loca uvida) βαλεῖ τὰς ῥίζας αὐτοῦ. *Joseph.* Antiq. 3, 1. 3.

Ἰκόνιον, ίου, τὸ, *Iconium*, urbs magna et frequens Asiae minoris (nunc *Konia*) inter Galatiam et Pisidiam in Lycaonia sita, diversisque temporibus Phrygiae (*Xenoph.* Anab. 1, 2. 19.), Lycaoniae (*Strab.* 12, 335. *Plin.* H. N. 5, 27.) et Pisidiae (*Ammian.* Marc. 14, 6.) provinciis adnumerata. — Act. 13, 51. 14, 1. 19. 21. 16, 2. 2 Tim. 3, 11.

Ἵλαρος, ά, όν, *hilaris*, περιχαρὴς τῇ ὄψει, interprete Hesychio. — 2 Cor. 9, 7. ἵλαρος δότης, hilari vultu promptoque animo dans. LXX. Prov. 22, 8. ἄνδρα ἵλαρον καὶ δότην, hebr. טוב - עין. Ib. 19, 11. τὸ ἵλαρον pro חסד. Job. 33, 26.

Ἱλαρότης, ητος, ἡ, *hilaritas*. — Rom. 12, 8. ἱλαρότητι, liberaliter ac prompte. LXX. pro חסד Prov. 18, 22.

Ἱλάσκω vid. Ἱλάω.

Ἱλασμός, οῦ, ὁ, (ab ἱλάω) *propitiatio; expiatio.* LXX. pro סְלִיחָה Pſal. 130, 4. vid. etiam Dan. 9, 9. Num. 5, 8. 2 Macc. 3, 33. — In N. T. bis 1 Joh. 2, 2. 4, 10. ubi Chriſtus dicitur ἱλασμός, i. e. auctor expiationis, eam efficiens. — LXX. pro חַטָּאת Ezech. 44, 27. et אַשְׁמָה Amoſ. 8, 14.

Ἱλαστήριος, ία, ον, (ab ἱλάω) 1) vim expiandi habens. *Joſeph.* Ant. 16, 7. 1. ἱλαστήριον μνῆμα, monumentum placandi numinis gratia exſtructum. 4 Macc. 17, 22. ἱλαστηρίου [τοῦ, quod ſpurium] θανάτου αὐτῶν, morte ſua expiatoria, qua ſcil. ἀντίψυχον facti ſunt τῆς τοῦ ἔθνους (Judaeorum) ἁμαρτίας. — (Similiter χαριστήριος θυσία, *Joſeph.* Ant. 2, 12. 1.) — 2) operculum arcae foederis in tabernaculo, verſus quod in anniverſario expiationis feſto ſanguines ſacrificiorum ſpargebantur pro peccatis; in Vet. Teſt. (Exod. 25, 17. 18. Levit. 16, 2. 13.) dicitur כפרת, quod *Joſephus* Antiq. 3, 6. 5. legit כֻּפֶּרֶת, quod eſt a כִּפֶּר *operuit;* vertit enim ἐπίθεμα; LXX. autem legerunt כִּפֻּרֶת, cum dageſch, quod eſt a piel (כִּפֶּר) eiusdem verbi: *expiavit;* verterunt enim ἱλαστήριον, i. e. *propitiatorium, ara expiationis,* (ut θυμιατήριον, ara ſuffitus, *Joſeph.* Antiq. 3, 6. 8.). Exod. 25, 18—22. Levit. 16, 2. 13—15. Interdum etiam priorem lectionem ſimul addiderunt, et habent ἱλαστήριον ἐπίθεμα, v. c. Exod. 5, 17. 37 (38.), 6. ubi ἐπίθεμα emendationem ſapit. — Ita bis in N. T. Hebr. 9, 5. — et Rom. 3, 25. ubi Chriſtus ἱλαστηρίου inſtar propoſitus hominibus dicitur, i. e. expiationis auctor. Heſych.: ἱλαστήριον· καθάρσιον, θυσιαστήριον. Multa de hac voce habet *Wolfius* in curis phil. III, p. 63.

Ἱλάω, f. ἱλάσκω, propitium facio alicui aliquem; et ex adjuncto: expio. In activo inuſitat. Paſſivum: *propitius fio, placor;* Luc. 18, 13. ἱλάσθητί (impar. aor. 1.) μοι τῷ ἁμαρτωλῷ. cf. Pſal. 25, 12.: ἱλάσθητι (סְלַחְתָּ ſeq. ל) τῇ ἁμαρτίᾳ μου. 2 Reg. 4, 18. Dan. 9, 19. *Phavor.* ἱλάσθητι· ἵλεώς μοι γένοιο. — Medium: ἱλάσκομαι, f. ἱλάσομαι, *propitium facio mihi, reconcilio, expio.* Hebr. 2, 17. ἱλάσκεσθαι τὰς ἁμαρτίας, peccata expiare. LXX. pro כִּפֶּר ſed ſeq. dativo: ταῖς ἁμαρτίαις, Pſal. 65, 3. 78, 42. 79, 9.

Ἵλεως, ω, ὁ, ἡ, (attice pro ἵλαος) *pacatus, propitius.* Sic in formulis: a) ἵλεώς εἰμι ταῖς ἁμαρτίαις, Hebr. 8, 12. *condono* peccata; LXX. 2 Chron. 6, 25. 27. Jer. 31, 34. 36, 3. ubi in hebr. סָלַח. (ἵλεώς εἰμί τινι, propitius ſum alicui, Num. 14, 20. Jer. 5, 1. 7. ἵλεως γένου τῷ λαῷ, hebr. כִּפֶּר, Deut. 21, 8. coll. Num. 14, 19. 4 Macc. 6, 28. — b) ἵλεώς σοι ſcl. ἔστω ὁ θεός, ſive ὁ θεὸς διαμένῃ Deus maneat tibi propitius, ut plena legitur haec formula *Joſeph.* Ant. 7, 11. 8. (ὁ δὲ ἵλεω μὲν εὔχετο τὸν θεὸν αὐτῷ διαμένειν) i. e. Deus eiusmodi facinus a me abeſſe jubeat, eiusmodi calamitatem

avertat. Est vox abominantis et dehortantis, cuius sensus: *Deus hoc avertat! absit hoc!* Sic semel Matth. 16, 22. Apud LXX. respondet hebr. חָלִילָה seq. ל, 2 Sam. 23, 17. ἵλεώς μοι, κύριε, τοῦ ποιῆσαι τοῦτο. ib. 20, 20. 1 Chron. 11, 19. (LXX.: μὴ γένοιτο, Jos. 22, 29. 24, 16.)

Ἰλλυρικόν, οῦ, τό, *Illyricum*, regio inter Italiam, Germaniam, Macedoniam et Thraciam, cuius termini erant ab altera parte mare adriaticum, ab altera Danubius. Rom. 15, 19.

Ἱμάς, άντος, ὁ, *lorum*, lederner Riemen. Dicitur a) de *corrigiis*, quibus calceamenta alligabantur, Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. Joh. 1, 27. LXX. Jes. 5, 27. οἱ ἱμάντες, (שְׂרוֹךְ) τῶν ὑποδημ. αὐτῶν. *Suid.* ἱμάς· σφαιρωτὴρ (LXX., Gen. 14, 23.) σανδαλίου, ζανίχιον, οἷον τὸ ἱλώριον τοῦ ὑποδήματος. — b) de loris, quibus captivorum et malefactorum manus constringebantur, s. quibus verberandi adstringebantur. Act. 22, 25. προέτειναν αὐτὸν τοῖς ἱμᾶσιν, cf. προτείνω. 4 Macc. 9, 11. διέδησαν τὰς χεῖρας αὐτοῦ, καὶ τοὺς βραχίονας ἱμᾶσιν ἑκατέρωθεν. Sir. 30, 26. ζυγὸς καὶ ἱμὰς κάμψουσι τράχηλον, καὶ οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι.

Ἱματίζω, f. ίσω, (ab ἱμάτιον) *vestio, amicio;* Marc. 5, 15. Luc. 8, 35.

Ἱμάτιον, ου, τό, (LXX. maxime pro בֶּגֶד et שִׂלְמָה) *vestis, vestimentum;* — a) universe: vestis quaecunque, *tegumentum* corporis, Matth. 9, 16. 11, 8. Marc. 2, 21. Luc. 5, 36. 7, 28. Hebr. 1, 11. et passim. Ezech. 8, 7. 16. Sir. 29, 21. ἀρχὴ ζωῆς ἀνθρώπου ὕδωρ καὶ ἄρτος, καὶ ἱμάτιον. *Joseph.* Antiq. 3, 11. 4. ἱμάτιον τῆς κεφαλῆς de velo mulierum. — b) *pallium*, vestis superior, quae tunicae injicitur, Matth. 5, 40. 9, 20 sq. 14, 36. 21, 7. 8. Luc. 6, 29. Joh. 19, 2. Act. 12, 8. 16, 22. et passim. Distinguitur ab eo χιτών, tunica, Act. 9, 39. — c) τὰ ἱμάτια τινος, *pallium et tunica*, Matth. 17, 2. 24, 18. 27, 31. 35. Joh. 13, 4. 12. 19, 23. Act. 7, 58. 22, 20. Jac. 5, 2. 1 Petr. 3, 3. et passim. Sic etiam in formula: dilacerare vestes, Matth. 26, 65. Act. 14, 14. 22, 23. coll. 2 Sam. 1, 2. Jud. 11, 35. — Interdum omittitur, v. c. Apoc. 3, 4. Joh. 20, 12. Matth. 11, 8.

Ἱματισμός, οῦ, ὁ, (ab ἱματίζω) *vestimenta, vestitus;* [Matth. 27, 35.] Luc. 7, 25. Joh. 19, 24. Act. 20, 33. 1 Tim. 2, 9. — de *pallio* Luc. 9, 29. (LXX. ut ἱμάτιον pro בֶּגֶד Gen. 24, 53. לְבוּשׁ Psal. 22, 19. שִׂלְמָה Jos. 22, 8.)

Ἱμείρω s. ἱμείρομαι, (ab ἵμερος s. ἵμερος, cupido, appetitus, potissimum de desiderio amoris) *desiderio rei teneor, amore feror;* seq. genitivo objecti. In textu vulg. 1 Thess. 2, 8. ἱμειρόμενοι ὑμῶν, amore vestrum flagrans. cf. Job. 3, 21. ἱμείρονται τοῦ θανάτου, hebr. חָפַר. Hesych. ἱμείρεται· ἐπιθυ-

μεῖ, ποθεῖ. — Idem ἐρῶ. *Griesbach.* habet ὀμειρόμενοι. Vid. Ὀμείρομαι.

Ἵνα, conjunct. causalis, *ut, quo; ἵνα μὴ, ne, ut non.* Sequitur maxime conjunctivus, rarius indicativus futuri, ubi res futura cogitatur certissima (in N. T. 1 Cor. 9, 18. Apoc. 22, 14. ubi vero non significat *ut*, et in codd. 1 Cor. 13, 3. 1 Petr. 3, 1.); in N. T. etiam indicativus praesentis, quod graecis prorsus insolitum est, 1 Cor. 4, 6. Gal. 4, 17. Test. XII. Patr. p. 684. ἵνα εὐοδοῦται. (De usu grammatico huius conjunct. vid. *Matthiae* gramm. gr. §. 518 sqq. *Rost.* gramm. gr. p. 439 sqq.) — Est autem in N. T. 1) ut apud profanos etiam, conjunctio indicans 1) *consilium: ut, eo consilio ut;* Joh. 7, 23. εἰ περιτομὴν λαμβ. ἀνθ. ἐν σαββ., ἵνα μὴ λυθῇ ὁ νόμος, si puer circumciditur scl. octavo die, si vel sit sabbatum, ne lex (de circumcidendis pueris octavo die) laedatur, 1 Cor. 7, 29. τοῦτο δέ φημι — ἵνα καὶ, eo consilio, ut. Marc. 1, 38. 3, 10. 14. 4, 21. Luc. 1, 4. 6, 7. Rom. 3, 8. et saepissime. — Praecedit Rom. 14, 9. εἰς τοῦτο. — 2) *eventum*, quem in consiliis habemus, *ut, quo* Matth. 19, 16. Marc. 10, 17. τί ποιήσω, ἵνα ἔχω ζωὴν αἰώνιον. Matth. 27, 20. ἔπεισαν τοὺς ὄχλους, ἵνα αἰτήσωνται τὸν Βαρραβᾶν. Marc. 9, 22. Joh. 4, 15. — Huc etiam pertinet formula: ἵνα πληρωθῇ ἡ γραφὴ, s. τὸ ῥηθέν, Matth. 1, 22. 2, 15. 19, 13. et passim. Hoc sensu respondet ἵνα, *ut*, apud LXX. hebr. אֲשֶׁר Gen. 11, 7. hebr. לְמַעַן Gen 27, 25. Exod. 4, 5. 3 Esdr. 8, 85. coll. Esdr. 9, 12. hebr. לְ Nehem. 6, 17 et chald. דִּי Dan. 2, 30. et דִּי Esdr. 4, 15. 6, 10. Dan. 4, 4. — 3) *eventum* qualemcunque qui (etiam sine consilio agentis) sequitur, et sequi solet: a) *quo fit, quo eveniet, quo futurum est, ut;* Marc. 11, 25. ἀφίετε — ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ἀφῇ. Luc. 11, 50. 14, 10. 16, 9. Joh. 4, 36. ἵνα καὶ, quo simul eveniet ut, ib. 5, 40. Rom. 5, 21. ἵνα, quo fit, ut. ib. 11, 31. Gal. 5, 17. Eph. 6, 3. Apoc. 8, 12. Jer. 7, 18. pro לְמַעַן. — b) *ita ut;* 1 Thess. 5, 4. ἵνα καταλάβῃ, ita ut possit etc. — ἵνα μὴ, *ne fortasse eveniat ut, ne*, Matth. 18, 27. 26, 5. Marc. 3, 9. Luc. 14, 29. 18, 5. Act. 5, 26. 1 Cor. 1, 15. 8, 23. et passim. — Notanda est formula Paulo propria: ἵνα μὴ λέγωμεν ὑμεῖς, ne dicam vos, i. e. possem et dicere: *vos*, sed nolo; 2 Cor. 9, 4. Phil. v. 19. — —

II) *Scriptores N. T.* 1) *saepissime* ἵνα ad imitationem chald. דִּי sive דִּי et syriac. Dolath (?) *ponunt, si in verbis latet aut consilium aut eventus vel futurus, vel qui futurus cogitatur, ubi profani habent accusativum cum infinitivo, vel τοῦ cum infinitivo, vel ὅτι* et ὡς. Quod fit a) in *comparationibus;* συμφέρει μᾶλλον ἵνα praestaret perire etc. Matth. 5, 29. 30. 18, 6. Joh. 11, 50. 16, 7. (sequente infinitivo Joh. 18, 14. Matth. 19, 10. 2 Cor. 12, 1. 4 Esdr. 4, 12. „melius erat nos esse, quam — vivere.") — Luc. 17, 7. λυσιτελεῖ

αὐτῷ (ſcl. μᾶλλον) εἰ ἔῤῥιπται — ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ. (ſeq. infinitivo Tob. 3, 6.) — Joh. 1, 27. ἄξιός εἰμι, ἵνα, dignus ſum, qui; (ſeq. infinitivo Luc. 15, 21. Apoc. 4, 11. 5, 2. 9. Sap. 1, 16, 18, 1.) Matth. 10, 25. ἀρκετὸν τῷ μαθητῇ, ἵνα. Joh. 6, 7. οὐκ ἀρκοῦσιν, ἵνα. Matth. 8, 8. ἱκανὸς ἵνα. (ſeq. infinitivo Matth. 3, 11. Marc. 1, 7.) — 1 Cor. 4, 3. ἐμοὶ εἰς ἐλάχιστόν ἐστι, ἵνα. — b) poſt verba *jubendi, rogandi, hortandi, precandi*; ubi propoſitio, quae ab ἵνα incipit, ſemper argumentum mandati, precum etc. indicat; v. c. εἴπω ἵνα Matth. 4, 3. Marc. 3, 9. Luc. 4, 3. 1 Joh. 5, 6. Apoc. 6, 11. ἐῤῥέθη αὐτοῖς ἵνα. ib. 9, 4. — Ἐντέλλομαι ἵνα, Marc. 13, 34. (Teſt. XII. Patr. p. 543. 671 ſq.) Porro poſt ἀπαγγέλλω Matth. 28, 10. διαστέλλω Matth. 16, 20. Marc. 5, 43. θέλω Matth. 7, 12. Marc. 6, 25. Luc. 6, 31. 18, 49. Joh. 17, 24. et paſſim; θέλημά ἐστι Joh. 6, 39 ſq. coll. Teſt. XII. Patr. p. 704. εἰ θέλεις, ἵνα καταλίπω τὰ εἴδωλα. — Ἐντολὴν διδόναι, f. λαμβάνειν, ἵνα, Joh. 11, 57. 13, 34. 15, 12. Act. 17, 15. Ἐξορκίζω ἵνα Matth. 26, 23. Ἐρωτάω Marc. 7, 26. Luc. 7, 36. 16, 27. Joh. 4, 47. 17, 15. Ἐπιτιμάω, ἵνα μὴ, Matth. 12, 16. Marc. 3, 13. Διαμαρτυρ. ἵνα 1 Tim. 5, 21. Προσεύχομαι, Matth. 24, 20. 26, 41. Luc. 22. 46. Rom. 15, 31. 32. ubi ἵνα pendet a προσευχῇ v. 30. Teſt. XII. Patr. p. 536. ἠυξάμην κυρίῳ, ἵνα. ib. 684. (ſeq. infinit. 2 Cor. 13, 7.) Δέομαι ἵνα Luc. 21, 36. 22, 32. Teſt. XII. Patr. p. 730. *Joſeph.* Antiq. 12, 3. 2. (ſeq. infinit. 3 Macc. 1, 16. *Joſeph.* Antiq. 9, 14. 3.) Παραγγέλλω ἵνα Marc. 6, 8. Teſt. XII. Patr. p. 529. προστάσσει ἵνα κόσμῶντται. 3 Esdr. 8, 19. ubi ינ in textu chald. Esdr. 7, 21. quod LXX. per ὅτι reddiderunt. coll. Esd. 6, 11. (ſeq. infinitivo *Joſeph.* Antiq. 8, 1. 3. κελεύω ἀποστέλλειν 1 Macc. 14, 28.) Παρακαλέω ἵνα, Matth. 14, 36. Marc. 5, 10. 18. 1 Cor. 1, 10. 1 Theſſ. 4, 1. 2 Theſſ. 3, 12. (ſeq. infinit. 2 Macc. 15, 8. *Joſeph.* Antiq. 2, 14. 5. ib. 2, 3. 1.) — Eodem modo in N. T. ponitur ἵνα, ſi in antecedentibus latet implicite notio mandati, ſive voluntatis, v. c. ἀποστέλλ. τινα, ἵνα Joh. 1, 19. (ubi 2 Macc. 14, 19. ſequitur infinitivus, apud *Joſeph.* Antiq. 9, 8. 3. participium). Παρέδωκεν ἵνα, tradidit eum mandato, ut, Matth. 27, 26. Marc. 5, 15. Διδόναί τινα ἵνα, Marc. 8, 6. 10, 37. Joh. 5, 36. Apoc. 9, 5. 19, 18. (coll. Apoc. 9. 15. ubi ſequitur infinitivus) Οὐκ ἤφιεν ἵνα Marc. 11, 16. — Vid. etiam Joh. 9, 22. 18, 39. Luc. 16, 24. 20, 28. Marc. 6, 12. 12, 19. Act. 27, 42. Tit. 2, 4. In loco Eph. 5, 33. ἡ δὲ γυνὴ, ἵνα φοβῆται, ante ἵνα ſuppl. eſt λέγω, jubeo. Apoc. c. 3, 9. 13, 12 — 16. eodem modo habetur ποιεῖν τινα, ἵνα, jubere, adigere ut. coll. 4 Esdr. 11, 34. „feceram regnare, et *ut* per eos veniret" etc. — c) *poſt verba* ζητέω, ζηλόω pro infinitivo, 1 Cor. 4, 2. 14, 1. 12. Matth. 26, 16. ἐζήτει εὐκαιρίαν, ἵνα αὐτὸν παραδῷ. — d) poſt χρείαν ἔχει Jo. 2, 25. 16, 30. 1 Jo. 2, 27. Apoc.

21, 23. (ſequente infinitivo Matth. 14, 16. 1 Theſſ. 4, 9. et ſeq. τοῦ Hebr. 5, 12.) — e) poſt ἑτοιμάζειν σεαυτὸν; Apoc. 8, 6. ἡτοίμασεν ἑαυτοὺς, ἵνα σαλπίσωσι (pro τοῦ σαλπ., ut Amoſ. 4, 12. ſ. pro σαλπίσαι ut 1 Macc. 5, 11.) Sic. Dan. 3, 15. ἑτοίμως ἔχων ἵνα (chald. דִּי). — Vid. etiam Joh. 4, 34. ἐμὸν βρῶμά ἐστιν ἵνα ποιῶ, pro ποιεῖν. Teſt. XII. Patr. p. 682.: ἕως ἵνα πραθῇ, pro ἕως οὗ, quod LXX. pro chald. עַד דִּי, Dan. 4, 20. 22. — 2) ut chald. דִּי ſ. דִּי, ἵνα eſt: *ita ut, adeo ut*, (apud profanos: οὕτω — ὥστε). Joh. 5, 20. μείζονα τούτων δείξει αὐτῷ ἔργα ἵνα ὑμεῖς θαυμάζητε. Luc. 9, 45. ἦν παρακεκαλυμμ. ἀπ' αὐτῶν ἵνα μὴ αἴσθωνται αὐτό. Apoc. 9, 20. οὐ μετενόησαν, ἵνα μὴ προσκυν. non reſipiſcebant ita ut non amplius colerent. — 3) *poſt verba conſultandi interdum* ponitur pro πῶς ſ. ὅπως, *quo, quo modo*. Matth. 26, 4. συνεβουλεύσαντο, ἵνα τὸν Ἰησοῦν δόλῳ κρατήσωσι. Joh. 11, 53. 12, 10. — 1 Cor. 7, 34. μεριμνᾷ, ἵνα ἡ ἁγία, — μεριμνᾷ, πῶς ἀρέσει. — 4) *pro* ὅτι, *et rationem infert*, ut לְמַעַן et chald. דִּי; *quod, quum* Joh. 8, 56. ἠγαλλιάσατο, ἵνα ἴδῃ. Ib. 9, 2. τίς ἡμαρτεν — ἵνα τυφλὸς γεννηθῇ. 3 Joh. v. 4. μειζοτέραν οὐκ ἔχω χαράν, (ἤ) ἵνα ἀκούω, quam quum audio. Joh. 15, 13. μείζονα ταύτης ἀγάπης οὐδεὶς ἔχει, (ἤ) ἵνα τις θῇ. 1 Petr. 4, 13. coll. Sap. 13, 9. — *propterea quod*, Matth. 18, 16. Apoc. 22, 14. Jeſ. 66. 11. (ubi לְמַעַן). — 5) *poſt* οὗτος, αὕτη, τοῦτο *ſequitur* ἵνα *ita, ut indicet, qua in re aliquid conſpicuum ſit, ſ. cernatur, quid res ſit*, vertendumque eſt *quod*. Joh. 15, 8. ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ, ἵνα καρπὸν φέρητε, eo pater honore afficitur, quod etc. 1 Joh. 4, 17. Luc. 1, 43. πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ, hoc, quod venit, i. e. tantum honoris, ut etc. Omiſſum eſt ἐν τούτῳ ante ἵνα Phil. 2, 2. — Joanni propria eſt formula αὕτη δέ ἐστιν — ἵνα, *in eo cernitur, quod*; — *hoc vult, ut*; Joh. 6, 29. 39. 17, 3. 1 Joh. 3, 11. 23. 4, 21. 5, 5. 2 Joh. v. 6. — Etiam poſt ποταπὸς Joannes; 1 Ep. 3, 1. habet ἵνα pro ὅτι. (Teſt. XII. Patr. p. 606.: αὕτη ἐστὶν ἡ σύνεσις τῆς οἰνοποσίας, ἵνα ἕως ὕπνου ἔχει αἰδῶ, πίη.) Sic etiam 1 Cor. 9, 18. aute ἵνα ſuppl. puto: οὗτος δὲ ἐστί μοι μισθὸς, in eo eſt, quod a nemine propter beneficia accepta pendeo. — 6) Denique, ut chald. דִּי et Syriac. Dolath, eſt etiam pro relativo. Ita ἵνα in N. T. interdum, ubi ſermo eſt de re futura certiſſima, aut de eo quod faciendum eſt, pro relativo ponitur in ſcriptis Joannis; Joh. 5, 7. ἄνθρωπον οὐκ ἔχω, ἵνα βάλῃ με, qui me conjiciat. ib. 6, 5. ἄρτους ἵνα φάγωσι, quos comedant. c. 16, 24. λήψεσθε ἵνα, accipietis id, quo. 1 Joh. 1, 9. πιστός ἐστι καὶ δίκαιος, ἵνα ἀφῇ. Joh. 14, 16. παράκλητον δώσει ἵνα μένῃ, qui maneat. Fortaſſe etiam eodem modo Apoc. 3, 18. 21, 15. Sic Esdr. 7, 25. κατάστησον κριτὰς ἵνα (דִּי) ὦσι κρίνοντες. Dan. 5, 15. εἰσῆλθον οἱ μάγοι ἵνα ἀναγνῶσι, lecturi. Teſt. XII. Patr. p. 523. πνεῦμα

ὑπερηφανίας (scl. homini inest) ἵνα κινῆται καὶ μεγαλοφρονῇ, quo turbidus s. seditiosus fit. Huc etiam refero dicendi formam: ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα, veniet tempus quo futurum est, ut, Joh. 12, 23. 13, 1. 16, 2, 32. ubi alii ἵνα habent pro adverbio temporis: *quando*. In V. T. post יָמִים בָּאִים sequi solet *Vau*, LXX. καὶ. Jer. 30, 3. 31. 31, 27. 31. 38. (Luc. 2, 6. αἱ ἡμέραι τοῦ τεκεῖν). 4 Esdr. 7, 26. 6, 18. 19.: „tempus veniet et erit *quando*". — Saepius ante ἵνα aliquid omittitur, a quo pendet, v. c. τοῦτο δὲ ἐγένετο, Marc. 14, 49. Joh. 9, 3. 13, 18. 15, 25. — Joh. 1, 18. ubi ἦλθεν e versu 7. suppl. Joh. 1, 22. 1 Joh. 2, 19. Joh. 10, 17. ubi suppl. καὶ τοῦτο ποιῶ. 2 Cor. 10, 9. Gal. 2, 10.

Ἵνατι, s. divisim ἵνα τί (elliptice pro τί γέγονεν, s. τί ἔστιν ἵνα) ut latinor. *ut quid*, est: *quare? cur? quem in finem?* Matth. 9, 4. 27, 46. Luc. 13, 7. Act. 4, 25. 27, 26. — LXX. pro לָמָה Gen. 4, 6. Dan. 10, 20. עַל־מָה Num. 22, 32.

Ἰόππη, ης, ἡ, (sic LXX., N. T. et Josephus; profani etiam Ἰώππη), hebr. יָפוֹ s. יָפוּא, *Joppe*, urbs Palaestinae, ad mare mediterraneum in finibus tribus Dan sita, portu instructa, et ab Augusto Herodis magni regno adjecta. (*Joseph.* Antiq. 9, 11. de bell. 1, 20. 3.). Hodie *Jaffa* appellatur. Act. 9, 36 — 43. 10, 5. 8. 23. 32. 11, 5. 13. cf. Jos. 19, 46. 2 Chr. 2, 16. Jon. 1, 3. Esdr. 3, 7. 1 Macc. 14, 5.

Ἰορδάνης, ου, ὁ, hebr. יַרְדֵּן, (a יָרַד manare, rinnen.) *Jordanes*, fluvius Palaestinae maximus; nunc *El-Schareich*. Oritur ex aquis nivalibus montis Libani, prorumpitque ex antro montis Paneadis ad radices Libani, unde per paludes Semechonitidis (s. lacum Merom), in Galilaeam delatus, lacum Galilaeae (s. Genesareth) permeat, et deinde aquis valde auctis defluit in lacum Asphaltitem s. mare mortuum. Ex narratione Josephi (de bell. 3, 10. 7.) e lacu Phiala, ad radicem montis Antilibani, oritur, et CXX stadia sub terra in occulto ad antrum Paneadis defertur. Commemoratur Matth. 3, 5 sq. 13. 4, 15. 25. 19, 1. Marc. 1, 5. 9. 3, 8. 10, 1. Luc. 3, 3. 4, 1. Joh. 1, 28. 3, 26. 10, 40. cf. Jos. 3. Gen. 13, 11. Num. 13, 30. 2 Reg. 5, 10 sqq. Zach. 11, 3. — Dicitur etiam Jordanes major s. magnus antequam in paludes Semechonitarum influit, ut distinguatur ab alio amne, cui nomen Jordanes minor (ἐλάσσων, *Joseph.* Antiq. 5, 3. 1. μικρὸς de bell. 4, 1. 1.) qui aquas suas in ista palude in majorem immittit.

Ἰός, οῦ, ὁ, (ab ἵημι, mitto) 1) missile, sagitta, Thren. 3, 13. ἰοὺς φαρέτρας, hebr. בְּנֵי אַשְׁפָּה, filios pharetrae i. e. sagittas. Cum sagittarum cuspides veneno essent tinctae, est 2) *venenum*; — in N. T. tropice de calumnia, quae saluti hominum aeque lethifera est ac venenum corpori. Rom. 3, 13. ἰὸς ἀσπίδων, venenum aspidis, i. e. maxime noxium.

Deprompta sunt e Psal. 140, 3. ubi in hebr. est חֵמָה. — Jac. 3, 8. lingua dicitur μεστὴ ἰοῦ θανατηφόρου. Sic Test. XII. Patr. p. 680.: ἰοῦ διαβολικοῦ τὴν καρδίαν πληροῖ. Ibid. p. 529. ἰὸς de veneno libidinis legitur. — 3) *aerugo*, Jac. 5, 3. et Epist. Jer. v. 24. LXX. Ezech. 24, 6. 11. 12. pro חֵלְאָה. De usu apud profanos vid. *Kypkii* obss. f. II, p. 426.

Ἰουδαία, ας, ἡ, vid. Ἰουδαῖος.

Ἰουδαΐζω, f. ίσω, (ab Ἰουδαῖος) *judaizo* (ut ἑλληνίζω, πλατωνίζω et similia) i. e. *Judaeorum mores, religionem, partes sequor.* Semel Gal. 2, 14. Ἰουδαΐζ. leges mosaicas observare; moribus Judaeis similem esse. Sic quoque Esth. 8, 17. (הִתְיַהֵּד). *Joseph.* de bell. 2, 18. 2. Judaeorum partes sequi, iis favere.

Ἰουδαϊκός, ή, ον, (a Ἰουδαῖος) *judaicus*; Tit. 1, 14. *Joseph.* Ant. 20, 11. 1. et 4. de vita §. 6. 3 Macc. 13, 21. 2 Macc. 8, 11.

Ἰουδαϊκῶς, adv. *judaice, Judaeorum more.* Gal. 2, 14.

Ἰουδαῖος, αία, ός, ή, *judaeus.* Ut ἰδουμαῖος, ἀμοῤῥαῖος, εὐαῖος, μιναῖος et similia gentilia, formatum ab Ἰούδα, יְהוּדָה, quod LXX. interpretes usurpant 1) de tribu Judae 2 Sam. 3, 10. 5, 5. 2 Reg. 24, 20. υἱοὶ Ἰούδα, Jos. 18, 11. 15, 13. etiam ὁ Ἰούδα scl. λαὸς 2 Chron. 30, 24. sive δῆμος Judic. 17, 7. 2) de sedibus tribus Judae Judic. 18, 12. etiam ὁ Ἰούδα scl. ἀγρὸς Jos. 20, 7. 2 Chron. 11, 10. et ἡ γῆ Ἰούδα Ruth. 1, 7. — 3) de regno Judae eiusque incolis, 2 Chron. 30, 1. 25. 31, 20. 32, 1. 9. — Inde 1) Ἰουδαῖος, יְהוּדִי, *judaeus, judaicus*, v. c. ἀνὴρ Act. 10, 28. 2, 14. 22, 3. ψευδοπροφήτης Act. 13, 6. ἀρχιερεὺς Act. 19, 14. coll. Esth. 2, 3. ἄνθρωπος Ἰούδ. *Joseph.* de bell. 3, 7. 31. ἀνήρ τις Ἰουδαῖος. 2 Macc. 3, 29. τόπος Ἰουδαῖος. — Ἰουδαία γυνὴ Act. 16, 1. 24, 24. 1 Chron. 4, 18. — *Origine, gente, religione Judaeus*, Joh. 4, 29. 18, 25. Act. 18, 2. 24. 21, 39. Rom. 1, 16. 2, 9. 28. 29. 17, 3. et passim. Esth. 3, 4. 5, 9. 13. — *Judaeus proselytus*, Act. 2, 5. coll. v. 10. — 2) οἱ Ἰουδαῖοι, *Judaei*, יְהוּדִים. a) incolae regni Judae 2 Reg. 16, 6. — iidem in exilio, Neh. 5, 1. Esth. 8, 7. 9, 18 sq. in Aegypto 2 Macc. 1, 10. — et reduces 3 Esdr. 2, 18. 23. — b) incolae provinciae Judaeae (Jesu temporibus), Luc. 23, 51. vid. Ἀριμαθαία. — c) gens judaica, Matth. 2, 2. 27, 11. 29. Marc. 7, 3. 15. Joh. 2, 6. 4, 9. 22. 5, 1. et saepius. — Ἰουδαῖοι καὶ Ἕλληνες, Act. 14, 1. 18, 4. 19, 10. 1 Cor. 1, 23 sq. et passim. Act. 14, 5. — d) eiusdem gentis homines extra Palaestinam, οἱ Ἰουδαῖοι κατὰ τὰ ἔθνη, Act. 21, 21. 14, 1. 19. 17, 13. 21, 27. — Notandum est in Evang. Joannis τοὺς Ἰουδαίους saepius significare *proceres* Judaeorum, potissimum Hierosolymitanos, c. 1, 19. 2, 18. 20. 5, 10. 15 sq. 6, 52. 7, 1. 13. 9, 22. etc. Ita etiam Ἰουδαίων (ut habet Griesb. pro Ἰουδαίων) Joh. 3, 25. —

3) Ἰουδαία, a) *judaea*, v. c. γυνὴ, mulier judaica, Act. 16, 1. 24, 24. 1 Chron. 4, 18. — b) ἡ Ἰουδαία, (scl. γῆ, ut additur Joh. 3, 22. f. χώρα, ut legitur Marc. 1, 5. *Joseph.* [Antiq. 11, 1. 1.) *Judaea;* et quidem a) sedes tribus Judae 1 Sam. 27, 10. 2 Chron. 3, 1. — b) regnum Judae, 1 Sam. 27, 6. 3 Esdr. 1, 26. 32. — c) provincia Judaea post exilium, quae distinguitur a Galilaea et Samaria. Matth. 2, 1. 5. 22. 3, 1. 19, 1. 24, 16. Marc. 3, 7. Luc. 2, 4. 3, 1. 5, 17. Joh. 3, 22. 4, 3. 47. Act. 1, 8. 9, 1. et passim. — pro incolis Matth. 3, 5. Marc. 1, 5. 2 Chron. 32, 33. 35, 24. — c) sensu latiori: regnum Judaeorum Jesu temporibus, Act. 2, 9. 10, 37. 11. 1. 29. Luc. 7, 17. 1, 5. fortasse etiam 2 Cor. 1, 16. Gal. 1, 22. (*Joseph.* de bell. 1, 1. 1. contr. Apion. 1, 7.) — Act. 26, 20. πᾶσα χώρα τῆς Ἰουδαίας. 3 Esdr. 6, 8.

Ἰουδαϊσμός, ου, ὁ, (ab Ἰουδαΐζω) *religio judaica*, Gal. 1, 13. coll. v. 14. 2 Macc. 2, 21. οἱ ὑπὲρ τοῦ Ἰουδαϊσμοῦ φιλοτίμως ἀνδραγαθήσαντες dicuntur qui sub Maccabaeis pugnaverant pro patria lege. Eodem modo 2 Macc. 12, 38. 4 Macc. 4, 16. ἐξόμνυσθαι τὸν Ἰουδαϊσμόν, ejurare religionem judaicam.

Ἰούδας, ᾶ, gen. Ἰούδα, dat. Ἰούδᾳ, acc. Ἰούδαν, (sic N. T., LXX. interpr. *Josephus* Ant. 12, 7 sqq. et libri Maccabaeor.) hebr. יְהוּדָה, *Judas*, nom. propr. 1) *Judas*, Jacobi filius quartus, Matth. 1, 2 sq. Luc. 3, 33. (Gen. 29, 35. 49, 8). — *tribus Judae*, Matth. 2, 6. Luc. 1, 39. Hebr. 7, 14. Apoc. 5, 5. 7, 5. — *regnum Judaeum*, quod a tribu Judae, quippe maxima, nomen acceperat; metonym. *incolae, Judaei*, Hebr. 8, 8. — 2) *Judas*, ignotus, e majoribus Christi, Luc. 3, 26. — 3) *alius* horum majorum, pariter ignotus, Luc. 3, 30. — 3) *Judas* cognomine *Galilaeus*, qui tempore census, a Quirino acti, una cum Sadoco seditionem excitaverat in Galilaea, Act. 5, 37. *Joseph.* Antiq. 18, 1. (Ἰούδας ὁ γαυλωνίτης et ὁ γαλιλαῖος). 20, 5. 2. de bell. jud. 2, 8. 1. — 3) *Judas*, judaeus quidam Damascenus, Act. 9, 11. 4) *Judas*, cognomine Ἰσκαριώτης, Jesu discipulus, qui eum prodidit, Matth. 10, 4. 26, 14. 25. 47. 27, 3. Marc. 3, 19. 14, 10. 43. Luc. 6, 16. 22, 3. 47. 48. Act. 1, 16. 25. qui a Joanne dicitur Ἰούδας Σίμωνος scl. υἱός, c. 6, 71. 12, 4. 13, 2. 26. 29. 18, 2. 3. 5. — 5) *Judas*, cognomine *Barsabas* f. *Barnabas*, Christianus e Judaeis, de quo vid. Act. 15, 22. 27. 32. — 6) *Judas*, *apostolus*, cognomine Lebbaeus et Thaddaeus, Alphaei et Mariae filius, qui dicitur Ἰούδας Ἰακώβου Luc. 6, 16. Act. 1, 13. et ὁ ἀδελφὸς Jesu, Matth. 13, 55. Marc. 6, 3. Jud. v. 1. Vid. Ἰάκωβος. Saepius non occurrit.

Ἰουλία, ας, ἡ, *Julia*, mulier christiana. Rom. 15, 15.

Ἰούλιος, ου, ὁ, *Julius*, centurio romanus, Act. 27, 1. 3.

Ἰουνίας, α, ὁ, *Junias*, christianus e Judaeis, Pauli propinquus et vinculorum eius socius. Rom. 16, 7.

Ἰοῦστος, ου, ὁ, *Justus*; cognomen 1) *Josephi*, qui etiam cognomen Barnabae habuit, Act. 1, 23. — 2) *Titi*, proselyti, Corinthii, Act. 18, 7. — 3) *Jesu* cuiusdam, Col. 4, 11.

Ἵππευς, έος, ὁ, (ab ἵππος) *eques*. Act. 23, 23. 32.

Ἱππικός, ή, όν, equestris. 1 Macc. 15, 38. δυνάμεις ἱππικαί, copiae equestres. — τὸ ἱππικὸν scl. τάγμα s. πλῆθος, *equitatus*, Apoc. 9, 16.

Ἵππος, ου, ὁ, *equus*, Jac. 3, 3. Apoc. 6, 2—8. 8, 7. 9. 9, 17. 14, 20. 18, 13. 19, 11—21.

Ἶρις, ιδος, s. ιος, *iris*, arcus coelestis, Apoc. 4, 3. 10, 1. (etiam *iris*, planta. LXX. Exod. 30, 24. ἴρις, ἴρεως pro קִדָּה *cassia*, ut etiam *Joseph*. Ant. 3, 8. 3.)

Ἰσαάκ, ὁ, nom. pr. indeclin. *Isaaci*, filii Abrahami et Sarae, (hebr. יִצְחָק Gen. 21, 6. 17, 17. *Josephus*: ὁ Ἰσαακος). Matth. 1, 2. 8, 11. 22, 32. Rom. 9, 7. 10. Gal. 4, 28. Hebr. 11, 9. 17. 18. 20. et passim.

Ἰσάγγελος, ου, ὁ, ἡ, (ab ἴσος et ἄγγελος, formatum ut ἰσόθεος) *angelis similis*. Luc. 20, 36.

Ἰσασχάρ, ὁ, *Isaschar*, hebr. יִשָּׂשכָר Gen. 30, 18., nom. pr. indecl. filii Jacobi et Leae. Apoc. 7, 7. De tribu Isaschar vid. Josuae c. 19, 17—23.

Ἴσημι, (ab ἴδω, ἴσω; ἴσαμεν contr. ἴσμεν, ἴσατε contr. ἴστε, ἴσασι,) *scio*, *novi*, Act. 26, 4. Hebr. 12, 17. *Joseph*. Ant. 4, 2. 1. 4, 8. 2. De hoc verbo, quod alii ab εἴδω non distinguunt, vid *Matthiae* gramm. gr. §. 230. et §. 237. *Rostii* gr. gr. p. 286.

Ἰσκαριώτης, ὁ, *Iscariotes*, *Cariothensis*, אִישׁ קְרִיוֹת, vir ex urbe Carioth in tribu Juda oriundus; cognomen Judae apostoli, qui Jesum prodidit. Vid. Ἰούδας.

Ἴσος, s. ἴσος, η, ον, *aequalis*, *par*; — de mercede Matth. 20, 12. Luc. 6, 34. Levit. 7, 10. — de mensura, Apoc. 21, 16. Ezech. 40, 5—9. 45, 11. — de natura et conditione, Joh. 5, 18. Phil. 2, 6. ἴσα accus. pro ἴσον, vid. *Matthiae* gr. graec. §. 443. Sap. 7, 1. ἴσος ἅπασι scl. ἀνθρώποις. — de aequalitate argumenti et materiae, Act. 11, 17. ἴση δωρεά, idem natura sua donum. coll. Sap. 7, 6. Marc. 14, 56. ἴσαι μαρτυρίαι, eadem argumento testimonia. ib. v. 59. (*similis*, 2 Macc. 9, 15. ἴσα adverbialiter Sap. 7, 3. ἐν ἴσῳ ibid. 14, 9.) Saepius non occurrit.

Ἰσότης, ητος, ἡ, (ab ἴσος) 1) *aequalitas*, *aequabilitas*, *aequitas*, 2 Cor. 8, 14. ἐξ ἰσότητος, aequali ratione, i. e. ὅπως γένηται ἰσότης, ut Apostolus explicat ibid. cf. *Raphelii* annot. e Polyb. p. 493. 2) *quod aequum est*; Col. 4, 1. τὸ

δίκαιον καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχετε. (LXX. Job. 36, 29. de ſimilitudine.)

Ἰσότιμος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἴσος et τιμή) 1) *eiusdem pretii* ſ. *dignitatis*; *Joſeph.* Ant. 8, 8. 1. 2) *eodem modo comparatus*, i. q. ἴσος. 2 Petr. 1, 1. ἰσότιμος πίστις, eadem fiducia. *Joſeph.* Ant. 12, 3, 1. ἰσοτίμους (αὐτοὺς) ἀπέδειξε Μακεδόσι, eiusdem conditionis ſ. juris eos haberi voluit, quo Macedones.

Ἰσόψυχος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ἴσος et ψυχή), *qui pari eſt animo*, von gleicher Geſinnung; *qui par habetur*. In N. T. ſemel Phil. 2, 20. οὐδένα ἔχω ἰσόψυχον, neminem mihi parem habeo ſive puto, ita ut etc. i. e. qui eadem cura, qua ego, veſtrae ſaluti proſpiciat. — Eodem ſenſu LXX. Pſal. 55, 14. σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, hebr. אֱנוֹשׁ כְּעֶרְכִּי, homo, quem parem mihi habeo.

Ἰσραήλ, ὁ, hebr. יִשְׂרָאֵל, (i. e. cum Deo pugnans) *Israel*, nom. prop. indecl. (*Joſephus* Ἰσραήλος, ου) cognomen Jacobi, patriarchae, de cuius ratione vid. Gen. 32, 29. Hoſ. 12, 4. Sic ſemel Rom. 9, 6. οὐ γὰρ πάντες οἱ ἐξ Ἰσραὴλ οὗτοι Ἰσραήλ, non omnes ab Israële, patre, cui promiſſiones ſunt datae, nati promiſſionum quoque participes ſiunt. — Deinde metonym. *poſteri* Iſraelis, *populus Iſraelitarum*, ὁ οἶκος Ἰσραήλ, ὁ Ἰσραὴλ ſcl. λαός, ut additur Act. 4, 10. Fuit autem nomen maxime honorificum, quo non ſolum omnes Jacobi poſteri, Iſraelitae duodecim tribuum, (Matth. 19, 28. Luc. 22, 30. Rom. 9, 27. Apoc. 7, 14. Marc. 12, 29. Act. 7, 23. 37. 42. et ſaepius) ſed etiam Judaeorum gens poſt exilium appellabatur (Matth. 2, 6. 20. 21. 8, 10. 9, 33. Act. 4, 8. 10. 27. 5, 21. et paſſim. Honorificum autem in eo erat, quod Jacobus, a Deo prae Eſavo electus, promiſſiones a Deo acceperat de felicitate poſterorum ſuorum, eorumque electione ad ſalutem per Meſſiam parandam. Vid. quae Paulus Rom. 9, 4 — 13. Eph. 2, 12. coll. Rom. 11, 2. 7. diſſeruit. Unde factum eſt, ut ſcriptores N. T. nomine Ἰσραὴλ ibi potiſſimum uterentur, ubi Jacobi poſteri, tanquam promiſſionum divinarum, Patriarchis datarum, haeredes, cum praeſentes tum futuri, cogitantur, v. c. Luc. 1, 16. 54. 68. 80. Matth. 2, 6. 15, 24. 27, 41. Act. 13, 23 ſq. 28, 20. Rom. 9, 31. 11, 25. 26. et paſſim. Inde diſtinguitur Gal. 6, 16. ὁ Ἰσραὴλ τοῦ θεοῦ Iſraelitae Deo dicati et quos Deus amat; — et 1 Cor. 10, 18. ὁ Ἰσραὴλ κατὰ σάρκα, Iſraelitae ſecundum naturalem propagationem.

Ἰσραηλίτης, ου, ὁ, *Iſraelita* (יִשְׂרְאֵלִי, 2 Sam. 17, 25. foemin. Ἰσραηλίτις, ιδος, ἡ, vid. LXX. Levit. 24, 10.) natus e populo Iſraelitico. Jeſu temporibus erat nomen honorificum, de cuius ratione vid. Ἰσραήλ. Legitur Joh. 1, 48. Act.

2, 22. 3, 12. 5, 35. 13, 16. 21, 28. Rom. 9, 4. 11, 1. 2 Cor. 11, 22. (4 Macc. 18, 1. *Joseph.* Ant. 2, 9. 1.)

Ἵστημι, f. ἱστάω et ἱστάνω, f. στήσω. Huius verbi praef. imperf. aor. 1. et fut. 1. activi significationem habent *transitivam* sive *activam*, perfectum autem, plusquamperf. et aor. 2. activ. significationem *intransitivam* f. *neutralem*, ut *medium*. Apud LXX. respondet potissimum hebr. נִצַּב et הִצִּיב; עָמַד et הֶעֱמִיד; קוּם et הֵקִים. Est autem I) sensu transitivo: *stare facio*; i. e. 1) *colloco, sisto*, *a*) sensu propr. Matth. 4, 5. 18, 2. 25, 33. Marc. 9, 36. 13, 9. Luc. 4, 9. 9, 47. Joh. 8, 3. Act. 4, 7. et saepius. — ἐνώπιόν τινος, Act. 6, 6. Jud. v. 24. Levit. 27, 8. 11. — coram judice Act. 4, 7. 5, 27. 22, 30. Marc. 13, 9. — adstare jubeo Matth. 25, 33. Act. 1, 23. 6, 13. — *β*) metaphorice: *ratum facio*; *facio ut duret, eveniat, sit aliquid, stabilio, firmo*, — de testimonio Matth. 18, 16. 2 Cor. 13, 1. — de regno Matth. 12, 25 sq. Marc. 3, 24 sq. Luc. 11, 18. 18, 40. — de lege Rom. 3, 31. vid. etiam Rom. 14, 4. Hebr. 10, 9. Exod. 6, 4. Deut. 8, 8. 1 Macc. 15, 15. Bar. 2, 1. ἔστησε τὸν λόγον (minas) αὐτοῦ. Gen. 26, 3. στήσω τὸν ὅρκον μου. Dan. 9, 12. 2) stare facio lingulam bilancis, i. e. *appendo*, seq. dativo personae; ἵστημι scl. ἐν σταθμῷ f. ζυγῷ Matth. 26, 15. ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. LXX. hebr. שָׁקַל, Esdr. 8, 25. 26. 33. Jes. 46, 6. Job. 31, 6. Dan. 5, 29. 3 Esdr. 8, 62. Jer. 32, 9. — metaph. *imputo*, in Rechnung bringen, Act. 7, 60. μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην. Rom. 10, 3. τὴν δικαιοσύνην pietatis merita computo. — 3) *definio, praescribo, praefigo*, de die judicii, Act. 17, 31. — —

II) Sensu intransitivo: *colloco me*, i. e. 1) *sto*; *α*) propr. pedibus *insisto*, Act. 3, 7. 7, 33. 26, 16. (Exod. 3, 5.) — *sto*, ἔξω Matth. 12, 46. 13, 2. μακρόθεν Luc. 23, 49. vid. Matth. 20, 3. 6. Luc. 1, 11. Joh. 1, 35. 18, 16. 20, 11. et passim. — ἡν ἑστὼς stabat, Luc. 5, 1. — coram concione, Act. 2, 14. 27, 21. — coram judice Act. 24, 20. 25, 10. *β*) metaph. *constans sum, firmus sum, persisto*, 1 Cor. 7, 37. ἕστηκεν ἑδραῖος ἐν τῇ καρδίᾳ, von festem Charakter seyn, — ἕστ. ἐν τῇ πίστει, 1 Cor. 15, 1. 2 Cor. 1, 24. Rom. 11, 20. c. 5, 2. ἐν ᾗ (χάριτι) ἑστήκαμεν, in qua persisto. 1 Petr. 5, 12. εἰς ἣν (pro ἐν ᾗ) ἑστήκατε. 2 Tim. 2, 19. Joh. 8, 44. ἐν τῇ ἀληθείᾳ. coll. 2 Reg. 23, 3. Dan. 12, 13. — 1 Cor. 10, 12. ὁ δοκῶν ἑστάναι, qui firmum, constantem se esse in pietate putat. — de pugnante: *resisto, locum tueor*, Eph. 6, 13. ib. v. 11. coll. Exod. 9, 12. 14, 13. Psal. 36, 13. — *sustineo*, Apoc. 6, 7. coll. Nah. 1. 6. Mal. 3, 2. — 2) *assto*, Matth. 26, 73. 27, 47. Joh. 12, 29. Act. 22, 25. Interdum additur μετά Joh. 18, 5. et σύν Act. 4, 14. — adsto ad ministerium praestandum ut famuli, Hebr. 10, 11. Apoc. 7, 9. 8, 2. coll. Gen.

41, 46. Deut. 1, 38. 1 Reg. 10, 8. — 3) *subsisto*, *desino*, Matth. 20, 32. Marc. 10, 49. Luc. 7, 14. 8, 44. Act. 8, 38. coll. Gen. 29, 35. ἔστη τοῦ τίκτειν, hebr. עמד. c. 30, 8. Josuae 3, 13. — 4) *versor*, *sum*, interdum addita notione perpetuitatis et assiduitatis, *persevero*; Joh. 1, 26. μέσος δὲ ὑμῶν ἕστηκεν, inter vos versatur. Deut. 10, 10. ἔστην ἐν τῷ ὄρει τεσσαράκοντα ἡμέρας. — Col. 4, 12. ἵνα στῆτε τέλειοι, ut litis perfecti, ut perseveretis in perfectione. Vid. Sir. 6, 34. Psal. 1, 1. Prov. 15, 13. Eccl. 8, 3. — Act. 9, 7. εἱστήκεισαν ἐνεοί. — Inde saepius additur aliis verbis ita, ut indicet longiorem rei durationem, vel acrius rei studium. Luc. 23, 10. εἱστήκεισαν κατηγοροῦντες. ib. 23, 35. εἱστήκει ὁ λαὸς θεωρῶν. Joh. 3, 26. ὁ ἑστηκὼς καὶ ἀκούων. Act. 1, 11. ἑστήκατε ἐμβλέποντες. Vid. etiam Joh. 7, 37. 18, 18. Act. 5, 20. 25. 16, 9. 26, 6. 22. coll. Eph. 6, 14. coll. Deut. 25, 8. 27, 12. (*Joseph.* Ant. 10, 11. 6. „Daniel ἱστάμενος ηὔχετο.)

Ἱστορέω, ῶ, f. ήσω, (ab ἵστωρ, qui ipse vidit rem et cognovit) 1) *videndo cognosco*; τινά, aliquem coram video ut cognoscam; einen persönlich kennen lernen. Sic semel in N. T. Gal. 1, 18. ἱστορῆσαι Πέτρον, ut Petrum coram cognoscerem. *Joseph.* de bell. 6, 1. 8. ἀνὴρ, ὃν ἐγὼ κατ' ἐκεῖνον ἱστόρησα τὸν πόλεμον. Ant. 1, 11. 4. ἱστόρηκα δ' αὐτὴν (statuam salis, in quam conversa est Lothi uxor). ἔτι γὰρ καὶ νῦν διαμένει. Alia exempla e *Josepho* dedit *Krebsius* in obss. Flav. p. 318. Hesych. ἱστορεῖ· ὁρᾷ. vid. etiam *Loesneri* obss. e Phil. p. 326. — 2) res quas vidi narro, memoriae trado. 3 Esdr. 1, 32 sqq.)

Ἰσχυρός, ά, όν, (ab ἰσχύς), quod secundum LXX. respondet hebr. אמיר, גבור, אל, חזק, 1) *potens viribus*, cum corporis tum animi, *potens*, *validus*, *fortis*, 1 Cor. 4, 10. — ἰσχυρότερός τινος, qui praevalet alicui Matth. 3, 11. Marc. 1, 7. Luc. 3, 16. (nisi hic est nobilior) ib. 11. 22. 1 Cor. 1, 25. 10, 22. coll. Jud. 5, 13. 18, 26. Prov. 30, 30. — Hebr. 11, 34. ἰσχυρὸς ἐν πολέμῳ. Matth. 12, 29. Marc. 3, 27. Luc. 11, 21. — de angelis Apoc. 5, 2. 10, 1. 18, 21. — De Deo Apoc. 18, 18. Deut. 10, 17. 2 Sam. 22, 30. Neh. 1, 5. 9, 32. — 2) potens in republica, *nobilis*, *illustris*, *procer*, Apoc. 6, 15. 19, 18. — 1 Cor. 1, 27. τὰ ἰσχυρὰ pro τοὺς ἰσχυροὺς, nobiles, quibus ibidem opponuntur ἀσθενεῖς, ignobiles, auctoritate carentes, coll. 2 Reg. 24, 15. οἱ ἰσχυροὶ τῆς γῆς. 1 Chron. 7, 7. 40. — 3) *vim magnam exserens*, i. e. *gravis*, *vehemens*; φωνὴ ἰσχυρά, Apoc. 18, 2. κραυγὴ ἰσχ. Hebr. 5, 7. coll. Dan. 6, 20. Exod. 19, 19. — ἄνεμος ἰσχ. Matth. 14, 30. λιμὸς Luc. 15, 14. βρονταὶ Apoc. 19, 6. coll. Gen. 41, 31. 50, 10. ubi hebr. כבד. — ἐπιστολαὶ ἰσχ. i. e. severae, 2 Cor. 10, 10. — 4) sensu neutro: *bene munitus*, *firmus*, *validus*; πόλις ἰσχυρὰ Apoc. 18, 10. Prov. 21, 22. Ezech. 26, 17. Jes. 26, 1.

πύργος ἰσχυρός, Jud. 9, 51.) — tropice: *firmus in fide*, ſatis confirmatus, 1 Joh. 2, 14. coll. Sap. 10, 5. Saepius non occurrit.

Ἰσχὺς, ύος, ἡ, 1) *vis, potentia*, LXX. pro hebr. גְּבוּרָה, חַיִל, כֹּחַ, עֹז, 2 Petr. 2, 11. ἄγγελοι ἰσχύϊ μείζονες. — Κράτος τῆς ἰσχύος ex hebraismo pro τὸ κράτος ἰσχυρὸν, Eph. 1, 19. 6, 10. ſimiliter 2 Theſſ. 1, 9. δόξα τῆς ἰσχύος, i. e. δόξα ἰσχυρὰ, ſplendida et potentiſſima praeſentia. (Sic κράτος τῆς ἰσχύος Dan. 4, 27. Jeſ. 40, 26. βράχιον τῆς ἰσχ. Jeſ. 44, 12. πύργος τῆς ἰσχύος Pſal. 61, 3.) — *vires animi*, Marc. 12, 30, 33. Luc. 10, 27. 1 Petr. 4, 11. Gen. 31, 6. 2 Reg. 23, 25. — vis ſumma Dei creatrix et gubernatrix, Jer. 10, 11. 27, 4. 32, 17. 51, 15. Job. 12, 17. Sap. 11, 22. Sic Apoc. 5, 12. 7, 12. (ubi alii ex uſu hebr. יוֹ *laudes, celebrationem*, intelligere malunt.) — 2) *vehementia*, [Apoc. 18, 12. ἔκραξαν ἐν ἰσχύϊ, vehementer, alta voce, pro ἐν ἰσχυρᾷ φωνῇ, ut edidit *Griesb.*] Jeſ. 58, 1. Dan. 3, 4. 4, 11. ἰσχὺν ἐκχέουσα Sir. 39, 28. Saepius non legitur.

Ἰσχύω, ύσω, latinor. *valeo*, LXX. potiſſimum pro אָמַץ, חָזַק, עָצַם, 1) *valeo*; et quidem a) valetudine, robore naturali, *robuſtus ſum, valeo*; Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. Sir. 30, 14. ὑγιὴς καὶ ἰσχύων τῇ ἕξει. Joſ. 14, 11. — b) efficacia; *efficax ſum*, Matth. 5, 13. εἰς οὐδὲν ἰσχύει, nil efficit, ad condiendum eſt inutile. — tropice: Gal. 5, 6. οὔτε περιτομή τι ἰσχύει, i. q. c. 6, 15. ἐστὶν, ut habet *Griesb.* — Hebr. 9, 17. ἰσχύει, valet, vim habet. Jac. 5, 16. coll. Sap. 19, 20. 16, 20. — c) viribus, facultate, valeo ad aliquid peragendum: *poſſum, valeo*, Marc. 5, 4. 9, 18. Luc. 6, 48. 14, 29 Iq. 21, 6. Act. 6, 10. 25, 7. 27, 16. — ἰσχύειν κατά τινος, aliquid *praevaleo*, et ex adjuncto: *ſuperior ſum, vinco*, Act. 19, 16. Apoc. 12, 8. ἴσχυσεν ſcl. κατ' αὐτοῦ, ſ. ἐπ' αὐτὸν 1 Macc. 10, 49. πρὸς αὐτὸν Pſal. 13, 4. Dan. 7, 21. hebr. יָכֹל. — d) valeo *voluntate: libenter volo, valeo*; Matth. 26, 40. Marc. 14, 34. Act. 15, 10. οὐκ ἰσχύω βαστάσαι, invito animo fero. Luc. 16, 3. σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, fodere nolo, ich kann es nicht über mich gewinnen. — e) valeo animo, *animo ſum forti, audeo*; Matth. 8, 28. ὥστε μὴ ἰσχύειν τινὰ παρελθεῖν, ita, ut fere nemo auderet etc. Luc. 14, 6. οὐκ ἴσχυραν ἀποκριθῆναι, non audebant ſcl. ob populum, ut additur c. 20, 26. Phil. 4, 13. πάντα (pro κατὰ πάντα) ἰσχύω, in utraque fortuna (cum ſecunda tum adverſa vid. v. 12.) bono ſ. forti ſum animo. Sic LXX. pro hebr. חָזַק, Joſ. 1, 6—9. 1 Macc. 2, 64. — 2) poſſum data occaſione; *poſſum, contingit mihi*; Luc. 8, 43. οὐκ ἴσχυσεν ὑπ' οὐδενὸς θεραπευθῆναι. ib. 13, 24. οὐκ ἰσχύουσι, non contigit iis. — 3) *invaleo, creſco, augeor*; Act. 19, 20. ὁ λόγος ηὔξανε καὶ ἴσχυεν. coll. Dan. 8, 8. 4, 8. ἐμεγαλύνθη τὸ δένδρον καὶ ἴσχυσε. ib. v. 18, 19. Saepius non legitur.

Ἰσῶς, (ab ἴσος), adverb. 1) aequaliter, pariter; 2) *fortasse*, *probabiliter*, LXX. Gen. 22, 21. pro אולי et Jer. 26, 3. 4 Macc. 1, 5. — Etiam 3) *certo*, *vere*; 1 Sam. 25, 21. hebr. אמנם. — In N. T. semel Luc. 20, 13. ubi alii: *fortasse*, alii (vid. Elsneri obss. sacr. I, 269.) *certo*, *vere* interpretantur.

Ἰταλία, ας, ἡ, *Italia*, ea, quae hodie quoque dicitur. Act. 18, 2. 27, 1. 6. [Hebr. 13, 24.]

Ἰταλικός, ἡ, ὸν, (ab Ἰταλία) *Italicus*. Semel Act. 10, 1. σπεῖρα ἰταλική, cohors *italica*, i. e. militibus in Italia natis s. ibi collectis constans. Similiter Arrianus (vid. *Raphel.* annot. e Polyb. et Arr. ad h. l.) commemorat σπεῖραν aliquam italicam, et Tacitus (hist. 1, 59. et passim) legionem italicam.

Ἰτουραία, ας, ἡ, scl. γῆ, *Ituraea*, pars Coele-Syriae (*Plin.* H. nat. 5, 23.). Luc. 3, 1. Φιλίππου τετραρχοῦντος τῆς Ἰτουραίας. Secundum *Josephum* (Ant. 17, 11. 4. et de bello 2, 6. 3.) Philippi dominationi subjectae erant Βαταναία σὺν Τραχωνίτιδι, καὶ Αὐρανίτις σύν τινι μέρει οἴκου τοῦ Ζηνοδώρου, quibus igitur partibus Ituraeam Lucae constitisse verisimile est. Commemorantur Ituraei quoque 1 Chron. 5, 19. dicuntque (*Virg.* Georg. 2, 448. *Cic.* Philipp. 13, 8.) sagittandi arte eminuisse, latrociniisque deditos fuisse. Ἰτουραίαν ab Aristobulo debellatam et eius multam partem Judaeae additam esse, tradit *Josephus* Ant. 13, 11. 3.

Ἰχθύδιον, ου, τὸ, (diminutiv. ab ἰχθὺς) *pisciculus*, — *piscis*. Matth. 15, 34. coll. v. 36. Marc. 8, 7.

Ἰχθύς, ὺος, ὁ, *piscis*. Matth. 7, 10. 14, 17. 17, 27. Luc. 11, 11. Joh. 21, 11. 1 Cor. 15, 39. et passim.

Ἴχνος, εος, τὸ, 1) planta pedis, LXX. hebr. כף Deut. 11, 24. 28, 35. 1 Sam. 5, 4. — 2) *vestigium*, signum pedis impressi, Sap. 5, 10. Drac. v. 23 sq. — τὰ ἴχνη, series vestigiorum eundo factorum, Sap. 2, 4. Prov. 30, 19. ubi in hebr. דרך et in altero membro ὁδός. Inde *incedere* τοῖς ἴχνεσί τινος, sive *sequi* τὰ ἴχνη alicuius, *vestigia legere*; tropice: *in agendo aliquem sequi*, *exemplum alicuius imitari*; Rom. 4, 12. 2 Cor. 12, 18. 1 Petr. 2, 21. Similem tropum habes Psal. 25, 4. Jes. 2, 3. et saepius.

Ἰωάθαμ, ὁ, *Joatham*, s. *Jotham*, hebr. יותם, nom. pr. indecl. regis Judae (2 Reg. 15, 5. 35. 38.), qui fuit Uziae s. Asariae filius. Matth. 1, 9.

Ἰωάνναν, ης, ἡ, *Joanna*, Chusae, procuratoris Herodis, uxor, Luc. 8, 3. 24, 10.

Ἰωαννᾶς, ᾶ, ὁ, *Joannas*, unus e majoribus Christi; Luc. 3, 27.

Ἰωάννης, ου, ὁ, *Joannes*, nom. pr. (quod putant esse hebr. יוחנן, Deo gratus). Commemorantur in N. T. 1) *Jo-*

nes baptista, Messiae prodromus, postea ab Herode trucidatus, Matth. 3, 1 — 4. 13 sq. 4, 12. 9, 14. 11, 2 — 18. 14, 2 — 10. 16, 14. 17, 13. 21, 25 sq. 32. Marc. 1, 4 — 14. 2, 18. 6, 14 — 26. 8, 28. 11, 30. 32. Luc. 1, 13. 60. 63. 3, 2. 15 — 20. 5, 33. 7, 18 — 33. 9, 7. 9. 19. 11, 1. 16, 16. 20, 4. 6. Joan. 1, 6. 15. 19. 26 — 35. 41. 3, 23 — 27. 4, 1. 5, 33. 36. 10, 40 sq. Act. 1, 5. 22. 10, 37. 11, 16. 13, 24 sq. 18, 25. 19, 3 sq. Saepius non habetur. De eius pietate et morte exposuit etiam *Joseph.* Antiq. 18, 5. 2. (Ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου Βαπτιστοῦ.) — 2) *Joannes apostolus*, Zebedaei filius, Jacobi majoris frater, Jesu inprimis carus, qui Evangelium, tres epistolas et Apocalypsin scripsisse traditur. Matth. 4, 21. 10, 2. 17, 1. — Marc. 1, 19. 29. 3, 17. 5, 37. 9, 2. 38. 10, 35. 41. 13, 3. 14, 33. — Luc. 5, 10 6, 14. 8, 51. 9, 28. 49. 54. 22, 8. Act. 1, 13. 3, 1 — 11. 4, 13. 19. 8, 14. 12, 2. 12. Gal. 2, 9. Apoc. 1, 1. Saepius non legitur. — 3) *Joannes*, qui dicitur ἐκ γένους ἀρχιερατικοῦ fuisse, *synedrii magni* adsessor, Act. 4, 6. — 4) *Joannes*, qui *Marcus* cognominabatur, Pauli et Barnabae socius. Act. 12, 25. Ἰωάννην τὸν ἐπικληθέντα Μάρκον. ib. 13, 5 — 13. 15, 37.

Ἰώβ, ὁ, *Jobus*, (hebr. איוב, i. e. vexatus) nom. pr. viri, cuius fata scripta leguntur in libro Jobi V. T. — Semel Jac. 5, 11.

Ἰωήλ, ὁ, *Joel*, (hebr. יואל i. e. Jehovah est Deus) nom. pr. indecl. prophetae Judaeorum, filii Pethuelis, Joel. 1, 1. — Act. 2, 16.

Ἰωνάν, ὁ, *Jonan*, nom. pr. indecl. viri e majoribus Christi. Luc. 3, 10.

Ἰωνᾶς, ᾶ, ὁ, *Jonas*, (hebr. יונה, columba) nom. pr. 1) *prophetae* vet. Test., de cuius satis expositum legitur in libro Jonae V. T. — Commemoratur in N. T. Matth. 12, 39 — 41. 16, 4. Luc. 11, 29 — 32. — 2) piscatoris cuiusdam, Petri apostoli Patris. Joh. 21, 15. σίμων Ἰωνᾶ scl. filius. ib. v. 16. 17. cap. 1, 42.

Ἰωράμ, ὁ, *Joram*, (hebraice יהורם i. e. Deus est excelsus) nom. pr. ind. regis Judae, filii Josaphati. 2 Reg. 8, 16 sqq. 2 Chron. 21, 4 sqq. — Matth. 1, 8.

Ἰωρείμ, ὁ, *Jorim*, nom. pr. indecl. unius e majoribus Christi. Luc. 3, 29.

Ἰωσαφάτ, ὁ, *Josaphat*, (hebr. יהושפט i. e. Jehovah judicabit) nom. pr. indecl. regis Judae, filii Asae. 1 Reg. 22, 41 sq. 2 Chron. 17 — 20. — Matth. 1, 8.

Ἰωσῆς, ὁ, (in N. T. bis in nominativo, ubi legitur Ἰωσῆς, caeterum in genitivo occurrit, ubi scribitur Ἰωσῆ) *Joses*. Commemorantur 1) unus e majoribus Christi, Luc. 3, 29. — 2) filius Mariae, qui etiam ἀδελφὸς Jesu dicitur, (cf. Ἰάκωβος), Matth. 13, 55. 27, 56. Marc. 6, 3. 15, 40. 47. —

3) Levita, qui *Barnabas* cognominabatur, natus in insula Cypro; Act. 19, 38. nisi ibi legendum est Ἰωσήφ.

Ἰωσήφ, ὁ, *Josephus*, hebr. יוֹסֵף (de cuius significatione vid. Gen. 30, 23 sq. et Psal. 81, 6. Josephus constanter scribit Ἰώσηπος). In N. T. commemorantur 1) *Josephus*, patriarcha, Jacobi filius undecimus, Joh. 4, 5. Act. 7, 9. 13. 14. 18. Hebr. 11, 21. 22. — φυλὴ Ἰωσήφ, Apoc. 7, 8. posteri Josephi i. e. tribus Ephraim, coll. v. 6. Psal. 78, 67. — 2) *Joseph*, *filius Jonan*, unus e majoribus Christi. Luc. 3, 30. — 3) *Joseph*, filius Judae, similiter e majoribus Chr. Luc. 3, 26. — 4) *Joseph*, filius Matthiae, ib. v. 24. — 5) *Josephus*, Mariae virginis maritus, Matth. 1, 16. 18. 19. 20. 24. 2, 13. 19. Luc. 1, 27. 2, 4. 16. 33. 43. 3, 23. 4, 22. Joh. 1, 46. 6, 42. — 6) *Josephus Arimathaeensis*, adsessor Synedrii magni, Matth. 27, 57. 59. Marc. 15, 43. 45. Luc. 23, 50. Joh. 19, 38. — 7) *Josephus*, *Barsabas* dictus, et cognominatus *Justus*, de quo vid. Act. 1, 23. — Saepius non habetur in N. T. (Act. 19, 38. in codd. haud paucis.)

Ἰωσίας, ου, ὁ, *Josias*, (hebr. יאשיהו i. e. Jehovah sanat), nom. pr. regis Israëlis, de quo vid. 2 Reg. capp. 22. et 23. et 2 Chron. 35. — Matth. 1, 10. 11.

Ἰῶτα, τὸ, *Jota*, litera hebr. י, omnium minima. Semel Matth. 5, 18. ἰῶτα ἕν, i. e. ne minimum, quod de Messia praedictum est, eventu carebit.

K.

Κἀγώ, contr. pro καὶ ἐγώ; dativ. κἄμοί, acc. κἄμέ, 1) *et ego*, ita, ut καὶ simpliciter nectat; Joh. 1, 34. 7, 28. 10, 28. Act. 22, 13. coll. Exod. 3, 9. ubi hebr. וְגַם. — Interdum καὶ ut hebr. ו redundat, v. c. Act. 26, 29. Rom. 3, 7. 1 Cor. 7, 8. 11, 1. 16, 4. Eph. 1, 15. 1 Thess. 3, 5. Apoc. 2, 28. — 2) *ego quoque*, *ego pariter*; Joh. 8, 26. κἀγὼ scl. ἀληθής εἰμι, καὶ ἃ etc. Matth. 16, 18. ubi κἀγὼ ad id refertur quod legitur versu 17. — Matth. 2, 8. 10, 32 sq. 21, 24. Marc. 11, 29. Luc. 1, 3. 2, 48. 22, 29. Joh. 5, 17. 6, 56. 1 Cor. 7, 40. 11, 21 sq. coll. Judic. 2, 3. — Interdum est *sic*, *similiter ego*, ubi praecedit καθὼς, Joh. 10, 15. 15, 9. 17, 18. 21. 20, 21. quod in aliis locis v. c. Luc. 11, 9. 16, 9. Joh. 6, 57. 15, 4 sq. 17, 26. Hebr. 8, 9. Apoc. 3, 10. supplendum est. Sic Jer. 13, 26. ὡς - κἀγὼ sibi respondent. — 3) *et*, ita ut indicet quod consequitur, quod in consiliis est, *quo fit*, *ut ego*, *quo ego*, Matth. 2, 28. cf. v. sq. 26, 15. Joh. 20, 15. coll. Gen. 42, 37. — 4) pro ἐγὼ δὲ, *ego autem*, Joh. 1, 31. 33. 12, 32. Act. 22, 19. Rom. 11, 3. 1 Cor. 2, 1. 2 Cor. 6,

17. Jac. 2, 18. πίστιν ἔχεις, κἀγὼ ἔργα ἔχω. — 5) ut hebr. כי reddit rationem: *nam ego*, Act. 10, 26. coll. 1 Sam. 1, 28.

Καθά, (contr. καθ' ἅ) adv. *quemadmodum*, *prout*. Semel Matth. 27, 10. — LXX. pro כאשר et pro כי, Deut. 15, 14. Gen. 7, 9. 19, 8. Exod. 12, 28. Jos. 9, 31. Bar. 1, 6. Sap. 3, 10. Judith. 13, 11.

Καθαίρεσις, εως, ἡ, (a καθαιρέω, quod vid.) *demolitio*, das Abtragen, Niederreissen; *destructio*; 2 Cor. 10, 4. πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρ. ad dejiciendas arces munitissimas; sensus; ad hostes fortissimos vincendos. — Ut οἰκοδομὴ ad animum transfertur, ita 2 Cor. 10, 8. 13, 10. etiam καθαίρεσις, et est destructio felicitatis internae, deminutio pietatis et animi tranquillitatis. coll. Psal. 28, 5. In V. T. semel 1 Macc. 3, 43. ἀναστήσωμεν τὴν καθαίρεσιν τοῦ λαοῦ ἡμῶν, i. e. reparabimus rem amissam populi nostri.

Καθαιρέω, ῶ, f. ήσω, aor. 2. καθεῖλον (κατὰ et αἱρέω) 1) *detraho aliquid ex alto*, ich nehme herunter, *aufero*, *refigo*, v. c. corpus e cruce, Marc. 15, 36. 46. Luc. 23, 53. Act. 13, 29. LXX. hebr. הוריד. Jos. 8, 29. Philo in Flacc. p. 977. τετελευτηκότας ἐπὶ σταυρῶν καθαίρειν. Gen. 24, 18. τὴν ὑδρίαν. Judith. 13, 6. — 2) *violenter* detraho; — *dejicio*, v. c. de throno Luc. 1, 52. — *destruo*, *everto*, Luc. 12, 18. Prov. 21, 22. Judic. 6, 25. — Transfertur deinde ad gentes, Act. 13, 19. καθελὼν ἔθνη; Jer. 24, 6. 42, 10. 45, 4. — ad honorem, Act. 19, 27. καθ. τὴν μεγαλειότητα, majestatem diruere, delere; (Zach. 9, 6. καθ. (פרח) ὕβριν ἀλλοφύλων.) — ad consilia et molimina, *irrita facere*, 2 Cor. 10, 4. καθ. λογισμούς. (*Joseph.* Antiq. 6, 9. 1. καθαιρήσω τὴν ἀλαζονείαν τοῦ πολεμίου.) — Saepius non legitur.

Καθαίρω, f. αρῶ, praet. κεκάθαρκα, (κατὰ et αἴρω tollo, removeo) tollo inquinamenta, removeo sordes; *purgo*; v. c. triticum, 2 Sam. 4, 6. — Transfertur ad vinitores, vites amputantes: *amputo*, Joh. 15, 2. καθαίρει αὐτὸ, purgat amputando; sensus; magis idoneum reddit. *Philo* de Agric. p. 189.: δένδρον ὑποτεμνόμενα καθαίρεται. Plura habet *Loesnerus* in obss. ad h. l. — Tropice: purgare se a vitiis, Jer. 13, 27. hebr. הטהר; — purgare a culpa peccati, *expio*, Hebr. 10, 2.

Καθάπερ, (κατὰ, ἅ et περ) *quemadmodum*, *sicut*, Rom. 4, 6. 12, 4. 2 Cor. 3, 13. 18. 1 Thess. 2, 11. 3, 6. 12. 4, 5. Hebr. 4, 2. 5, 4. coll. Exod. 5, 13. *Joseph.* c. Ap. 1, 7. — *eo modo*, *quo*, ut respondeat τῷ οὕτω, 1 Cor. 12, 12. 2 Cor. 8, 11. (LXX. hebr. כאשר, Exod. 7, 6. 10.) quod interdum supplendum est, ut 2 Cor. 1, 14. Levit. 27, 8. Gen. 12, 4. — Saepius non legitur.

Καθάπτω, f. ψω, (κατὰ et ἅπτω) attingo, applico; et neutraliter: *applico me*, *invado*. Act. 28, 3. καθῆψε τῆς

χειρὸς, invasit manum. (*Joseph.* Antiq. 2, 6. 8. tropice: πολὺς ἦν αὐτῶν καθαπτόμενος, valde in eos invexit.)

Καθαρίζω, f. ίσω, 1) καθαρὸν ποιέω, *purum facio, purgo, amoveo sordes et inquinamenta;* a) de physica impuritate: vasa Matth. 23, 25. 26. Luc. 11, 39. (argentum Psal. 11, 7.) — homines purgare a lepra, i. e. *sanare, liberare a,* Matth. 8, 2 sq. 10, 8. 11, 5. Marc. 1, 40 sq. Luc. 4, 27. 5, 12 sq. 7, 22. 17, 14. 17. coll. Levit. 15, 27. ἐὰν δὲ καθαρισθῇ ἀπὸ τῆς ῥύσεως αὐτῆς. — b) de morali impuritate, *purgo a vitiis,* Act. 15, 9. καθαρίσας τὰς καρδίας αὐτῶν. Jac. 4, 8. καθαρίσατε χεῖρας, sensus: abstinete a malo. 2 Cor. 7, 1. Eph. 5, 26. (*Joseph.* Antiq. 11, 5. 4. Esdras, removendo mulieres e gentilibus, ἐκαθάριζε τὴν περὶ ταῦτα συνηθείαν.) — *libero a peccato,* Hebr. 9, 14. — a poenis peccatorum, scl. sanguine piaculari, 1 Joh. 1, 7. καθαρίζει ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας; ib. v. 9. ubi explicatur per ἀφιέναι τὰς ἁμαρτίας. Hebr. 9, 22. ubi καθαρίζεται et γίνεται ἄφεσις sibi respondent. LXX. pro hebr. סָלַח Num. 30, 6. 9. 13. et טָהַר Levit. 12, 8. 16, 30. Psal. 18, 13 sq. Sir. 23, 9. — 2) *purum declaro,* Act. 10, 15. 11, 9. et Levit. 13, 6. 23. 28. 34. — 3) i. q. ἁγιάζω, ab usu impuro et profano separo, et *Deo sacrum facio, sacro;* Tit. 2, 14. καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον. Eodem modo LXX. Exod. 29, 37. 30, 10. Levit. 18, 15. pro hebr. כִּפֵּר. — 4) interdum inquinamenta ipsa dicuntur καθαρίζεσθαι, ubi est *expurgari,* s. simpliciter *removeri, ejici;* Matth. 8, 3. ἐκαθαρίσθη αὐτοῦ ἡ λέπρα. (Luc. 5, 13. ἡ λέπρα ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ, quibus Marc. 1, 42. addit: καὶ ἐκαθαρίσθη.) Marc. 7, 19. καθαρίζον (pro καθαρίζοντα, vid *Matthiae* gramm. gr. §. 437 sqq.) πάντα τὰ βρώματα, qui alveus ejicit omnes cibos. Sic Deut. 19, 13. καθαριεῖς (hebr. בִּעַרְתָּ, removebis) τὸ αἷμα τὸ ἀναίτιον ἐξ Ἰσραήλ. *Philo* alleg. leg. lib. 1. p. 49. καθαίρεται τὴν ἀκροβυστίαν. Vid. *Kypkii* obss. s. 1, p. 44. Alii pro: ὅ ἐστι καθαρίζον, i. e. καθαρίζει, hoc purgat cibos, sic omnis generis cibi liciti sunt. — Saepius non extat.

Καθαρισμὸς, οῦ, ὁ, (a καθαρίζω) *purgatio.* Dicitur in N. T. a) de purgatione *physica,* s. de lotionibus ante et post cibum captum e more Judaeorum faciendis. Joh. 2, 6. κατὰ τὸν καθ. ut inservirent lotionibus. — b) de purgatione *levitica* leprosorum Marc. 1, 44. Luc. 5, 14. coll. Levit. 15, 13. — et puerperarum ac recens natorum, Luc. 2, 22. αἱ ἡμέραι τοῦ καθαρισμοῦ αὐτῶν, dies ubi sacrificio purganda erat mater cum recens nato. — c) de purgatione, intercedente baptismo instituenda Joh. 3, 25. — d) de purgatione a peccato et liberatione ab eius culpa, intercedente sanguine facta, Hebr. 1, 3. 2 Petr. 1, 9. coll. Exod. 30, 10. αἷμα τοῦ καθαρισμοῦ τῶν ἁμαρτιῶν. Job. 7, 20. Exod. 29, 36. 2 Macc. 2, 16. καθαρισμὸς, festum expiationis. — Saepius non legitur.

Hebr. 9, 15. 1 Petr. 2, 9. — item ad ſocietatem chriſtianam, 1 Cor. 1, 9. 7, 15 — 24. Gal. 5, 13. Quibus in locis, cum invitatio pendeat a Dei voluntate, inest ſimul notio *deſtinandi*, quae, ubi Deus dicitur vocare aliquem ad aliquid, haud raro potior eſt. Sic Matth. 22, 3. καλέσαι τοὺς κεκλημένους, invitare eos, quibus regnum a Deo deſtinatum eſt. — Similiter vocare ad munus, Gal. 1, 15. — ad ſalutem, pietatem, Col. 3, 15. 1 Theſſ. 4, 7. 2 Theſſ. 2, 14. 1 Petr. 1, 15. 1 Tim. 6, 12. — Cum Deus verbo (Gen. 1. Pſal. 33, 6. 9.) creare dicatur in V. T. καλέω 2) Deo tribuitur ita ut ſit: voco ut ſit, *jubeo eſſe*, ut noſtri: *zum Daſeyn, ins Daſeyn rufen*. Rom. 4, 17. καλοῦντος (2 Macc. 7, 28. ἐποίησε) τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα. cf. Jeſ. 41, 4. τίς ἐποίησε ταῦτα; ἐκάλεσεν αὐτὴν ὁ καλῶν αὐτὴν ἀπὸ γενεῶν ἀρχῆς. ib. 48, 13. coll. 2 Reg. 8, 1. κέκληκε κύριος λιμόν. Jeſ. 22, 12. Sap. 11, 26. πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι εἰ μὴ σὺ ἠθέλησας; ἢ τὸ μὴ κληθὲν ὑπὸ σοῦ διετηρήθη; — 3) nomen voco, *nomino*; et quidem a) de *nomine* ipſo: *nomino, nomen indo*, Matth. 1, 21. 23. 25. 27, 8. Luc. 1, 59. et ſaepiſſime. — Καλεῖσθαι ἔν τινι, nomen ab aliquo accipere, ex hebr. נִקְרָא ſeq. ב, Rom. 9, 7. ἐν Ἰσαὰκ κληθήσεταί σοι σπέρμα, i. e. poſteri tui Iſaacidae vocabuntur. Hebr. 11, 18. Gen. 21, 12. — Etiam *cognomino*, Matth. 2, 23. [10, 25. ubi Griesb. ἐπεκάλεσαν]. Luc. 6, 15. 8, 2. coll. 2 Macc. 10, 12. 1 Macc. 3, 1. *Joſeph.* bell. 1, 1. 1. Ἀντιοχος ὁ κληθεὶς ἐπιφανής. — b) de *attributo*, quod alicui tribuitur, *appello*, Matth. 22, 43. κύριον καλεῖ. ib. 45. 23, 9, 10. Luc. 1, 36. 6, 46. 20, 44. 22, 25. Act. 14, 12. 1 Petr. 3, 6. Apoc. 19, 11. — *ſaluto*, Matth. 23, 7. καλεῖσθαι ῥαββί. ib. v. 8. — Cum qui attributum alicui tribuunt, illum talem habeant, qualem praedicant, καλέομαι ex adjuncto eſt 4) *habeor aliquis, ſum, fio* ſcl. ex aliorum ſententia. Matth. 5, 19. ἐλάχιστος κληθήσεται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. 21, 13. Marc. 11, 17. (Jeſ. 56, 7.) Luc. 1, 76. 2, 23. 15, 19. 1 Cor. 15, 9. Hebr. 3, 13. Matth. 5, 9. Jac. 2, 23. Hoſ. 1, 10. Fortaſſe etiam Act. 8, 10. ἡ δύναμις τοῦ θεοῦ ἡ καλουμένη μεγάλη. vid. e V. T. Jeſ. 4, 3. Jeſ. 19, 18. 41, 1. ib. 49, 6. μέγα σοι ἐστὶ, τοῦ κληθῆναί (hebr. הָיָה) σε παῖδά μου. Sir. 5, 14. μὴ κληθῇς ψίθυρος.

Καλλιέλαιος, ου, ἡ, (καλὸς et ἐλαία) *olea bona, generoſa*, (cui opponitur ἀγριέλαιος, quod vid.) Semel Rom. 11, 24. tanquam imago populi Deo ſacri (Judaeorum) ab antiquis temporibus.

Καλλίων, ονος, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, *melior*, comparativus a καλός. Sap. 14, 19. Sir. 36, 18. Jer. 18, 11. — Κάλλιον adverbialiter: *optime, bene*, Act. 25, 10.

Καλοδιδάσκαλος, ου, ὁ, ἡ, (καλὸς et διδάσκαλος) honeſta tradens, honeſtatis magiſter. Semel Tit. 2, 3.

Καλοὶ λιμένες, (καλὸς et λιμὴν) *bonus portus, por-*

tus pulcher; locus Cretae, insulae, a nautis ita dictus, quia commodus erat ad appellendum. Act. 27, 8.

Καλοποιέω, ῶ, f. ήσω, i. e. τὸ καλὸν f. καλῶς ποιέω, *recte facio, honeste ago.* Semel 2 Thess. 3, 13. de iis, qui honesto modo victum quaerunt. Alii: *benefacere*, coll. Gal. 6, 9.

Καλὸς, ἡ, ὸν, latinor. *bonus*, hebr. טוב, proprie: ita comparatus, ut esse debet, bene compositus; itaque 1) de externa specie: *pulcher, formosus*, Gen. 6, 2. Esth. 2, 3. Gen. 12, 14. 2 Sam. 14, 25. 2) de interno rei pretio: *pretiosus, praestans*; μαργαρίται Matth. 13, 45. λίθοι Luc. 21, 5. καρπὸς Matth. 3, 10. 7, 19. 7, 17 sq. Luc. 3, 9. 6, 43. — οἶνος, Joh. 2, 10. θεμέλιον, 1 Tim. 6, 19. — (στολὴ καλὴ, חמוד Gen. 27, 15.) — 3) de interna rei rectitudine, bene comparatus, natura sua *bonus*, v. c. δένδρον, Matth. 12, 33. Luc. 6, 43. σπέρμα Matth. 13, 24. 27. 37. 38. νόμος Rom. 7, 16. 1 Tim. 1, 8. ἔργον 1 Tim. 3, 1. κτίσμα θεοῦ, 1 Tim. 4, 4. — γῆ καλὴ i. e. apta frugibus ferendis, Matth. 13, 8. 23. Marc. 4, 8. 20. Luc. 8, 15. (Sic טוב et καλὸν Gen. 1, 4—25. 31.) — Ex adjuncto: *utilis*, Matth. 13, 48. Marc. 9, 50. Luc. 14, 34. (Sir. 14, 3. 42, 8. Gen. 2, 9. καλὸν εἰς βρῶσιν.) — 4) de sentiendi agendique ratione: *bonus*, legibus divinis humanisque conveniens, igitur: *honestus, probus, bonus*; καλὰ ἔργα, bene, recte facta, Matth. 5, 16. 26, 10. Marc. 14, 6. Joh. 10, 32. 33. 1 Tim. 5, 10. 25. 6, 18. Tit. 2, 7. 14. 3, 8. 14. Hebr. 10, 24. 1 Petr. 2, 12. (Jes. 1, 17.) Vid. praeterea Rom. 7, 18. 21. 12, 17. 14. 21. 1 Cor. 5, 6. 2 Cor. 8, 21. 13, 7. (Prov. 3, 4.) Gal. 4, 18. 6, 9. Hebr. 5, 14. Jac. 4, 17. 1 Petr. 2, 12. (2 Chron. 14, 2. 31, 20. Prov. 17, 27.) συνείδησις καλὴ, conscientia bona, l. recti, Hebr. 13, 18. — Ratione officii l. muneris: *probus, fidus*; ποιμὴν, Joh. 10, 11. 14. στρατιώτης 2 Tim. 2, 3. διάκονος 1 Tim. 4, 6. οἰκόνομος 1 Petr. 4, 10. — Ex adjuncto 5) *honorabilis, laudabilis, honestus*; στρατεία 1 Tim. 1, 18. ἀγὼν 1 Tim. 6, 12. 2 Tim. 4, 7. ὁμολογία 1 Tim. 6, 12. 13. vid. 1 Tim. 3, 7. 13. Jac. 2, 7. — 6) de eo quod cognoscitur; *verum, bonum*, adjecta notione honesti et utilis, 1 Thess. 5, 21. τὸ καλὸν κατέχετε 1 Tim. 4, 6. 2 Tim. 1, 4. Jac. 3, 13. Hebr. 6, 5. coll. Sap. 10, 8. — 7) ratione numeri: *magnus, largus*; Luc. 6, 38. μέτρον καλόν (nisi hic est *justa* mensura). Sic in Vet. T. γῆρας καλὸν, 1 Chron. 29, 28. Gen. 25, 8. et saepius). — Denique 8) καλόν ἐστι a) *decet*, Matth. 15, 26. Marc. 7, 27. Gal. 4, 18. Hebr. 13, 9. Eodem sensu *Joseph.* Ant. 19, 1. 1. καλῶς ἔχει. — b) *placet*, Matth. 7, 4. Marc. 9, 5. Luc. 9, 33. 1 Tim. 2, 3. [5, 4.] Vid. Deut. 6, 18. 2, 28. Num. 24, 1. c) καλὸν ἐστί τινι, *conducit*, Matth. 18, 8. 9. 26, 24. Marc. 9, 42 sq. 45. 47.

14, 21. 1 Cor. 7, 1. 8, 26. 9, 15. (Gen. 2, 18. Jon. 4, 4.) — Saepius non legitur.

Κάλυμμα, ατος, τὸ, (a καλύπτω), *tegumentum, velamen;* 2 Cor. 3, 13. de velamine, quo Moſes faciem tegebat (Exod. 34, 33 ſqq.). Ib. v. 14. eodem velamine dicitur lex moſaica quaſi obvoluta, quo minus eam recte intelligant Judaei. — Ib. v. 15. 16. κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν κεῖται, tropice: mens ad verum videndum inepta, obcoecata. 1 Cor. 11, 4. in verbis κατὰ κεφαλῆς quidam κάλυμμα ſubaudiendum eſſe putant, ut Eſth. 6, 12.

Καλύπτω, f. ψω, 1) *operio, tego*, λύχνον σκεύει, Luc. 8, 16. (Num. 4, 9. 12.) Luc. 23, 30. (Hoſ. 10, 8.) — καλύπτεσθαι de navi: a fluctibus tegi, i. e. *ſubmergi*, Matth. 8, 24. vid. Num. 16, 33. Job. 22, 11. Pſal. 78, 58. 106, 12. coll. Exod. 15, 5. 10. — 2) *tegumento*, l. *velamine operio, occulto*, Deut. 23, 13. — tropice: cognitioni aliorum ſubduco, *occulto, abſcondo*, Matth. 10, 26. 2 Cor. 4. 3. — Idem eſt ſenſus formulae καλύπτειν τὰς ἁμαρτίας, velamine obtegere peccata, ne alii videant et puniant; quae ſignificare poteſt, vel: negare peccata ſua, ut Pſal. 32, 5. vel: *efficere ut non puniantur, veniam eorum adipiſci.* Poſteriori modo Jac. 5, 20. 1 Petr. 4, 8. καλ. πληθ. ἁμ. efficiet, ut homines alia vitia multa ei ignoſcant. Vid. Pſal. 32, 1. 2. ubi ἀποκαλύπτ. τὰς ἁμ. explicatur per ἀφιέναι, μὴ λογίζεσθαι. Pſal. 85, 2. Neh. 4, 5. μὴ καλ. ἐπὶ ἀνομίαν, impietatem punire.

Καλῶς, adv. latinor. *bene, optime;* a καλὸς, quod vid. — 1) *bene, optime*, i. e. a) *recte, ut decet, honeſte*, Joh. 18, 23. 1 Cor. 7, 37 ſq. Gal. 5, 7. Phil. 4, 4. Hebr. 13, 18. Jac. 2, 8. 19. 2 Petr. 1, 19. 3 Joh. v. 6. — de officio: *ſtrenue, fideliter*, 1 Tim. 3, 4. 12 ſq. 5, 17. 1 Macc. 8, 23. — b) *recte, vere, apte, rei convenienter*, Matth. 15, 7. Marc. 7, 6. 12, 28. 32. Luc. 20, 39. Joh. 4, 7. 8, 48. 13, 13. Act. 28, 25. Rom. 11, 20. Jer. 1, 12. — c) *bene, utiliter*, ratione conditionis externae; καλῶς ποιεῖν τινι, benefacere alicui, Matth. 5, 44. 12, 12. Luc. 6, 27. (Zach. 8, 15. Zeph. 3, 21.) — Marc. 7, 37. καλῶς (κατὰ) πάντα πεποίηκε, omni modo beneficus fuit. — Καλῶς ἔχειν, *valere, convaleſcere*, Marc. 16, 18. — καλῶς ἐποίησας, noſtrum: du haſt wohl gethan, Act. 10, 33. — 2) *honorifice, magnifice*, Jac. 2, 3. Tob. 14, 10. θάψον με καλῶς. Eſth. 2, 9. ἐχρήσατο αὐτῇ καλῶς. — 3) *ſincere, vere*, Gal. 4, 17. — 4) καλῶς, ſimpliciter: *bene! placet!* eius eſt, qui annuit, promittit, conſentit. Sic Luc. 6, 26. καλῶς ὑμᾶς (pro ὑμεῖς) εἴπωσι οἱ ἄνθρωποι, ſi vobis dicunt τὸ καλῶς, *placet.* Vid. 1 Reg. 2, 18. καὶ εἶπεν, καλῶς, ἐγὼ λαλήσω. — 5) ironice: *bene ſcilicet, recte ſcilicet*, Marc. 7, 9. — *lubentiſſime ſcilicet*, 2 Cor. 11, 4. coll. 2 Sam. 3, 13. καλῶς ἐγὼ διαθήσομαι. — 6) 1 Cor. 14,

17. καλῶς videtur esse vel: *multum*, vel *licet*; ut Jes. 23, 16. καλῶς κιθάρισον, πολλὰ ᾄσον. — Saepius non extat.

Κἀμὲ, vid. Κἀγώ.

Κάμηλος, ου, ὁ, ἡ, *camelus*, hebr. גָּמָל. Matth. 3, 4. Marc. 1, 6. — Proverbium, quod legitur Matth. 19, 24. Marc. 10, 25. Luc. 18, 25., id, quod fere impossibile, difficillimum est, indicat; cujus etiam mentio fit apud Rabbinos. Vid. *Buxtorf.* lexic. chald. talm. p. 1722. Alii perperam malunt κάμηλος in his locis de *rudente* intelligere. Phavor. quidem, κάμηλος καὶ τὸ παχὺ σχοινίον, ἐν ᾧ δεσμεύουσι τὰς ἀγκύρας οἱ ναῦται. ὡς τὸ ἐν εὐαγγελίῳ κ. τ. λ.; sed rectius *Suidas*: κάμηλος· τὸ ἀχθοφόρον ζῶον. κάμιλος δὲ παχὺ σχοινίον. — Aliud proverbium: camelos bibendo deglutire, Matth. 23, 24. dicitur de iis, quorum mens a gravissimis vitiis ac sceleribus non abhorret, sive quorum conscientia graviter peccando non turbatur. cf. Διυλίζω.

Κάμινος, ου, ὁ, ἡ, *caminus*, *fornax*, et quidem fornax vel *liquatoria*, vel *figlina*, vel etiam *furnus*. (LXX. כִּבְשָׁן Exod. 19, 18. כּוּר Jer. 11, 3. אַתּוּן Dan. 3, 6—27.) — Matth. 13, 42. 50. Apoc. 1, 15. 9, 2.

Καμμύω, f. ύσω, (κατὰ et μύω, claudo), ex seriori et vulgari dicendi ratione contracte pro καταμύω scl. ὀφθαλμοὺς, quod saepe additur, (vid. *Fischer* de vitiis lex. N. T. p. 678. *Sturzius* de dialecto macedonica et alex. p. 173 sq.) *oculos claudo*; deinde *conniveo*. — In N. T. bis Matth. 13, 15. Act. 28, 27. καμμύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, oculos oblinere, calce obducere; hoc enim significat טָחָה quod Jes. 6, 10., e quo haec deprompta sunt, legitur, (LXX. τοὺς ὀφθ. ἐκάμμυσαν); sensus: veritati cognoscendae proterve adversari. (Legitur Jes. 29, 10. Thren. 3, 44. connivendi autem significatione apud Philon. de Somn. p. 589.)

Κάμνω, f. καμῶ, perf. κέκμηκα, 1) laborando comparo, erarbeiten, Test. XII. Patr. p. 624. — 2) labore defatigor; — *languesco*, *deficio*, [Apoc. 2, 3. in text. vulg.] Hebr. 12, 3. μὴ κάμητε ταῖς ψυχαῖς. Job. 10, 1. κάμνω τῇ ψυχῇ μοῦ. *Joseph.* Antiq. 2, 13. 4. ib. 10, 2. 1. Phil. de migr. Abr. p. 422. — 3) valde *aegroto*, Jac. 5, 15.

Κἄμοὶ, vid. Κἀγώ.

Κάμπτω, f. ψω, *flecto*, *incurvo*; cum transitive, tum intransitive: flecto me, incurvo me. In N. T. tantum in formula κάμπτω τὰ γόνατα s. τὸ γόνυ, cuius sensus est: religiose colere, adorare aliquem; a) transitive, κάμπτειν γόνυ τινι, Rom. 11, 4. (1 Reg. 19, 18.) et πρός τινα Eph. 3, 14. — intransitive: ἐμοὶ κάμψει πᾶν γόνυ, mihi, in mei adorationem incurvent se genua, me quisque adoret, Rom. 14, 11. (Jes. 45, 23.). — Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ πᾶν γόνυ κάμψῃ, Phil. 2, 20.

Κἂν, contracte 1) pro *καὶ ἐὰν*, quod pro ratione significationis *τοῦ καὶ* (quod vid.) est a) *et si*, *et ubi*, ac ut *καὶ* simpliciter copulat, Matth. 16, 18. Joh. 10, 38. Hebr. 12, 20. Jac. 5, 15. — b) *si vel*, i. q. *ἐὰν καὶ*, Matth. 21, 21. 26, 35. — c) *etsi*, *quanquam*, Joh. 8, 14. 11, 25. — 2) pro *καὶ ἄν*, a) *vel*, *modo*, *wenigstens*, Act. 5, 15. 2 Cor. 11, 16. — b) *quo fortasse*, (*καὶ* pro *ἵνα*, et *ἄν* fortasse, vid. *Καὶ* et *Ἄν*) Luc. 13, 9. *καὶ βαλῶ κόπρια, κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν*, et ille (quo ille) fortasse fructum faciat. (Ponitur etiam pro *καὶ ἐν*, ut *Joseph.* Antiq. 4, 7. 3. *κἂν τούτῳ* scl. *χρόνῳ*, eodem tempore.) — Saepius non legitur.

Κανᾶ, ἡ, *Cana*, nom. pr. indecl. vici in Galilaea, (*εἰς κανᾶ κώμην*, *Joseph.* Antiq. 13, 15. 1. bell. 1, 17. 5. *ἐν κώμῃ τῆς γαλιλαίας, ἣ προσαγορεύεται κανᾶ*, idem de vita sua §. 16.). — Joh. 2, 1. 11. 4, 46. 21, 2.

Καναναῖος, codd. Matth. 10, 4. pro *κανανίτης*, quod vid.

Κανανίτης, ου, ὁ, *zelotes*, ab hebr. קַנָּא formatum. Cognomen Simonis apostoli, Matth. 10, 4. Marc. 3, 18. (Lucas Evang. 6, 15. Act. 1, 13. rectius ὁ *ζηλωτής*. Vid. *Ζηλωτής*.)

Κανδάκη, ης, ἡ, *Candace*, nomen reginis et matribus regum Aethiopiae Jesu temporibus commune. *Strabo* XVII. *Plin.* Hist. Nat. 6, 29. Dio Cass. lib. 57. — Legitur Act. 8, 27.

Κανὼν, όνος, ὁ, proprie lignum rectum s. baculus ad regendum et metiendum, *regula*, Richtscheit, (Test. XII. Patr. p. 662. *σταθμῷ γὰρ καὶ μέτρῳ καὶ κανόνι* [Sap. 11, 20. *ἀριθμῷ*] *πᾶσα κτίσις ὑψίστου*.) — Inde 2) tropice: *doctrina*, *morum ac vitae regula*, *praecepta*, Gal. 6, 16. [Phil. 3, 16.] (4 Macc. 7, 1. *πρὸς τὸν τῆς φιλοσοφίας κανόνα εὐσεβῶς φιλοσοφῶν*.) — 3) *fines* mensura circumscripti, *limites*; tropice: limites provinciae demandatae, 2 Cor. 10, 13. 15. 16.

Καπερναούμ, ἡ, *Capernaum*, nom. pr. indecl. urbis, quae in V. T. non commemoratur, ideoque post exilium condita putatur, in N. T. autem dicitur *πόλις τῆς γαλιλαίας* (Luc. 4, 31.), describitur sita ad mare Galilaeum s. lacum Genezareth (Joh. 6, 17. 24.), in finibus tribuum Zabulon et Nephthalim (Matth. 4, 13.), laudaturque *ὑψωθεῖσα ἕως τοῦ οὐρανοῦ* (Matth. 11, 23. Luc. 10, 15.) i. e. vel florentissima, vel etiam valde superbiens. Commemoratur praeterea Matth. 8, 5. 17, 24. Marc. 1, 21. 2, 1. 9, 33. Luc. 4, 23. 7, 1. Joh. 2, 12. 4, 46. 6, 59. In libris optimae notae scribitur *Καφαρναούμ*, quod praeferendum videtur, cum in *Καφαρ* hebr. כְּפַר, *pagus*, *villa*, lateat, et *Josephus* (bell. 3, 10. 8.) in descriptione regionis fertilissimae, lacum Galilaeum adjacentis, commemoret fontem uberrimum, totamque regionem largiter alentem, *καφαρναούμ* ab indigenis appellatum. Videtur igitur aut fons a pago, aut pagus a fonte nomen accepisse. Caeterum Jose-

phus *urbem καπερναούμ* l. *καφαρναούμ* non, ſed tantum ſemel *κώμην κεφαρναούμην λεγομένην* (de vita, §. 72.), laudat, quae Capernaum novi teſt. eſſe videtur.

Καπηλεύω, f. *εύσω*, a *κάπηλος*, quod primum *caupo, propola.* Deinde, quia propolae, quaeſtus quippe cupidiſſimi, merces, potiſſimum vinum et quae ad victum pertinent, adulterare, et lucrum inhoneſto modo quaerere ſolent, (quare Siracides c. 26, 29. *μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας, καὶ οὐ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας*), *κάπηλος* quoque eſt corrumpens, quaeſtum inhoneſto modo quaerens. Inde *καπηλεύω* 1) cauponem, propolam ago; 2) *vendo aliquid ita ut quaeſtum inhoneſtum quaeram*, ſcl. adulterando merces, vel alio modo. Sic 2 Cor. 2, 17. *οὐ γάρ ἐσμεν ὡς οἱ πολλοί, καπηλεύοντες* (i. e. *οὐ καπηλεύομεν*) *τὸν λόγον*, non enim, ut multi alii facere ſolent, cauponamur doctrinam divinam, ſ. cauponum more lucrum inhoneſtum in tradenda doctrina quaerimus. Saepius ita apud profanos. Philo de Carit. p. 707.: *ἑτάῖρα τὸ τῆς ὥρας καπηλεύσουσα.* Idem legat. ad Caj. p. 1021. Tibull. I, 13. 51. formam cui vendere cura eſt. Sic Ennius: *bellum cauponantes* de iis, qui ob quaeſtum pugnant. Vid. *Kypkius*, *Loesnerus* et *Wolf.* ad h. l.

Καπνὸς, *οῦ*, *ὁ*, 1) *fumus, vapor.* *Ἀτμὶς καπνοῦ*, vapor fumi, Rauchdampf, Act. 2, 19. Joel. 2, 30. — Fumus fornacis ſ. gehennae, Apoc. 9, 2. 3. 14, 11. Exod. 19, 18. *Ὁ κάπνος αὐτῆς*, fumus ignis, quo cruciatur, Apoc. 19, 3. Jeſ. 34, 10. — *καπνὸς καὶ θεῖον*, Apoc. 9, 17. 18. vid. *θεῖον.* — fumus urbis incenſae Apoc. 18, 9. 18. — vapor *τῶν θυμιαμάτων*, Apoc. 8, 14. — 2) *nubes*, Rauchwolke, quae erat ſymbolum praeſentiae Dei, *τῆς δόξης τοῦ θεοῦ*, et interna templi implebat, Apoc. 15, 8. vid. Exod. 40, 34. 35. Levit. 16, 2. 1 Reg. 8, 10. 11. 1 Chron. 5, 13. 14. 7, 1. 2. Jeſ. 6, 4. coll. Exod. 24, 16. Levit. 9, 15.

Καππαδοκία, *ας*, *ἡ*, *Cappadocia*, regio Aſiae minoris, pontum Euxinum inter et Armeniam minorem, Ciliciam, Pamphyliam et Galatiam, a qua amne Cappadoce ſeparatur. Act. 2, 9. 1 Petr. 1, 1. (*Joſeph.* Antiq. 16, 2. 2. bell. 4, 11. 1.)

Καρδία, *ας*, *ἡ*, hebr. לב, 1) *cor*, propr. 1 Sam. 1, 8. — tropice de eo quod *in medio latet*; Matth. 12, 40. *καρδία τῆς γῆς*, pro *κοιλία*, ut etiam Sir. 51, 21. *κοιλία* pro *καρδία*, Ezech. 27, 4. *ἐν καρδίᾳ θαλάσσης.* Pſal. 46, 2. Jon. 2, 4. — 2) *mens, animus*, quatenus eſt fons ac ſedes cogitationum, ſtudiorum, deſideriorum, cupiditatum; a) univerſe Matth. 5, 8. 13, 19. 15, 8. 4, 15. 7, 6. 19. Luc. 1, 51. 6, 45. et ſaepiſſime; b) ad cognitionem refertur, Matth. 13, 15. Marc. 8, 17. Eph. 1, 18. *ὀφθαλμοὶ τῆς καρδίας.* Jeſ. 6, 10. Bar. 2, 31. — c) ad ſenſus, Marc. 3, 5. 6, 52. Luc. 24, 32. Gen. 50, 21.

— d) ad ſtudia et appetitus, Matth. 6, 21. 9, 4. 12, 34. [35.] Marc. 7, 21. Luc. 1, 17. 12, 34. Matth. 5, 28. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, pravo appetitu, quo trahitur, adulterii reus eſt. — Inde interdum de *voluntate*, Act. 4, 32. καρδία μία, una mens, ſummus voluntatis conſenſus (2 Chron. 30, 12.) Act. 13, 22. ἀνὴρ κατὰ τὴν καρδίαν μου, 2 Sam. 7, 21. — de *conſcientia*, ſ. ſenſu recti et boni, 1 Sam. 3, 20. 21. Rom. 2, 15. 1 Sam. 24, 6. 2 Sam. 24, 10. Sir. 35, 23. 37, 13 ſq. — Huc et referendae ſunt formulae: ἀναβαίνειν εἰς τὴν καρδ. τινὸς, animum ſubire, Luc. 24, 39. Act. 7, 23. (Jer. 3, 16. Jeſ. 65, 11.) — βάλλειν εἰς τὴν καρδ. τινὸς, conſilium alicui ſuggerere, Joh. 13, 2. Hebr. 8, 10. Apoc. 17, 17. (Nehem. 7, 5.) — τιθέναι εἰς τὴν καρδίαν ſ. ἐν τῇ καρδίᾳ, animo infigere, alta mente repoſitum habere, animo volvere Luc. 1, 66. 21, 14. Act. 5, 4. (2 Sam. 13, 20. 33. Hag. 2, 19. εἰπεῖν ſ. λέγειν, διαλογίζ. ἐν τῇ καρδίᾳ, ſecum cogitare, reputare, Matth. 24, 48. Marc. 2, 6. 8. Rom. 10, 6. Apoc. 18, 7. Luc. 3, 15. 5, 22. (Deut. 9, 4. 8, 17.) — 3) ex hebraismo καρδία opponitur actioni externae, indicatque aliquid peragi non invito vel fucato, ſed potius *lubenti* vel *ſincero animo*. Sic καρδίᾳ, *ſincere*, 2 Cor. 5, 12. 1 Theſſ. 2, 17. ἐκ καρδίας Rom. 6, 17. ἀπὸ καρδιῶν ὑμῶν, Matth. 18, 35. ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ſ. ἐξ ὅλης τῆς καρδ. toto animo i. e. ſumma ſinceritate et veritate, Matth. 23, 37. Marc. 12, 30. 33. Luc. 10, 27. Act. 8, 37. Deut. 6, 5. 26, 16. Pſal. 119, 34. — 4) ex hebraismo καρδία τινὸς, pro *homine ipſo*, quatenus cogitat, ſentit, appetit; Act. 14, 17. τὰς καρδίας ἡμῶν, Jac. 5, 5. i. e. nos; non *ventriculum*, ut quidam voluerunt. Rom. 16, 18. τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων i. e. τοὺς ἀκάκους. — Sic LXX. (hebr. לְבַב) Gen. 18, 5. Jud. 19, 5. 16, 26. Exod. 9, 24. coll. Sir. 3, 26. καρδία σκληρὰ, homo audax ib. 2, 12. καρδίαι δειλαί.

Καρδιογνώστης, ου, ὁ, (καρδία et γνωστὴς, ſcrutator) *ſcrutator animi*, i. e. qui intimas hominis cogitationes eiusque ſtudia et conſilia occulta adcurate intelligit. Act. 1, 24. 15, 8. hebr. חֹקֵר לֵב LXX. ἐτάζων καρδίας, Jer. 17, 10. Job. 7, 20.

Καρπὸς, οῦ, ὁ, hebr. פְּרִי, 1) *fructus*; a) proprie arborum, agri, vitium etc. Matth. 3, 10. 7, 17 ſqq. Luc. 3, 9. Matth. 13, 8. Luc. 12, 17. Jac. 5, 17 ſq. Matth. 21, 34. 41. Marc. 12, 2. Luc. 20, 10. Joh. 15, 2. 5. 1 Cor. 9, 7. Joh. 12, 24. et pluries. — καρπὸν διδόναι, ποιεῖν, ut Jer. 12, 2. Pſal. 1, 3. — καιρὸς τῶν καρπῶν, tempus vindemiae, Matth. 21, 34. — Transfertur etiam ex hebraismo ad *homines*: καρπὸς τῆς κοιλίας, *foetus*, Luc. 1, 42. καρπὸς τῆς ὀσφύος, *liberi*, *poſteri*, Act. 2, 30. vid. Gen. 30, 2. Pſal. 127, 4. 132, 11. Mich. 6, 7. Pſal. 21, 10. τὸν καρπὸν αὐτῶν — τὸ σπέρμα αὐτῶν, poſteros. — Adeoque ad labia et καρπὸς χειλέων (verba

Prov. 12, 14.) dicitur Hebr. 13, 15. ut Hos. 14, 3. de *laudibus*, quae Deo tanquam frugum primitiae (Hos. 10, 1.) offeruntur, coll. Prov. 31, 31. 18, 20. — b) tropice, ut nostrum *Frucht*, *de eo, quod efficitur, quod prodit ex aliqua re;* α) i. q. ἔργον, *effectus, opus*, Matth. 3, 8. καρπὸς ἄξιος τῆς μετανοίας, ib. 7, 16. 20. Luc. 3, 8. Matth. 21, 43. ποιεῖν καρπὸς τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ. — καρπὸν φέρειν, fructum ferre, multa efficere ad religionis propagationem, Joh. 15, 8. 16. — Gal. 5, 22. καρποὶ τοῦ πνεύματος, i. q. v. 19. ἔργα. Hebr. 12, 11. Jac. 3, 17. Eph. 5, 9. καρπὸς τοῦ φωτός. Phil. 1, 11. καρπὸς τῆς δικαιοσύνης. coll. v. 22. cf. Jer. 17, 10. δοῦναι ἑκάστῳ κατὰ τοὺς καρποὺς τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτοῦ. Mich. 7, 13. Prov. 10, 16. ἔργα δικαίων ζωὴν ποιεῖ, καρποὶ δὲ (hebr. תבואת) ἀσεβῶν ἁμαρτίας. Sir. 11, 3. mel dicitur apium καρπός. — Ex adjuncto β) *praemium, beneficium, utilitas percepta*, Rom. 2, 30. καρπὸν ἔχειν ἔν τινι. ib. 6, 21. 22. 15, 28. Phil. 4, 17. Hebr. 12, 11. — Joh. 4, 36. καρπὸν εἰς ζωὴν αἰώνιον συνάγειν. cf. Psal. 58, 11. Prov. 19, 22. 31, 20. καρπὸν (hebr. יד) ἐξέτεινε πτωχῷ. — 2) *semen*, quia fructus semen est, vel illud continet, καρπὸς σπέρματος, ut dicitur Gen. 1, 29. — a) propr. *granum*, Matth. 13, 26. ὁ κόκκος ἐποίησε καρπὸν, semen grana fecit, setzte Körner an. Marc. 4, 7. 8. 29. Luc. 8, 8. — β) tropice pietas comparatur cum semine, e quo salus nascitur; Jac. 3, 18. καρπὸς τῆς δικαιοσύνης σπείρεται τοῖς ποιοῦσιν εἰρήνην. Prov. 11, 30. ἐκ καρπῶν δικαιοσύνης φύεται δένδρον ζωῆς. Interdum omittitur, v. c. Matth. 13, 23. post ποιεῖν. Matth. 6, 26. post συνάγειν.

Κάρπος, ου, ὁ, Carpus, nomen viri, 2 Tim. 3, 14. commemorati, praeterea ignoti.

Καρποφορέω, ῶ, f. ήσω, (a καρποφόρος) 1) *fructum fero*, Marc. 4, 28. (Hab. 3, 16. Sap. 10, 7. — 2) ut καρπὸς tropice de factis, sic etiam καρποφορ. est: *fructus pietatis fero, factis pietatem monstro*, Matth. 13, 23. Marc. 4, 20. Luc. 8, 15. Col. 1, 10. καρποφοροῦντες ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, honesta quaeque facientes. — τῷ θεῷ — τῷ θανάτῳ fructus colligere Deo — morti, i. e. praemiis divinis — miseria mortis dignum se reddere, Rom. 7, 4. 5. — 3) medium: semen spargo mihi, *augeor, propago me;* Col. 1, 6. εὐαγγέλιον καρποφορούμενον καὶ αὐξανόμενον, doctrina christiana propagata et aucta, scl. cum interna vi, tum ambitu.

Καρποφόρος, ου, ὁ, (a καρπὸς et φέρω) *frugifer; frugibus ferendis aptus;* Act. 14, 17. (Jer. 2, 21. Psal. 117, 34.)

Καρτερέω, ῶ, f. ήσω, (a καρτερός, potens, fortis, compos; fortiter luctans, patienter ferens) *fortem me gero, fortiter luctor*, Hebr. 11, 27. τὸν γὰρ ἀόρατον ὡς ὁρῶν ἐκαρτέρησε, fortiter egit secundum (κατὰ) voluntatem invisibilis

Dei, quasi eum conspiceret. (LXX. Jes. 42, 14. 44, 14. 2 Macc. 7, 17.)

Κάρφος, εος, τὸ, (a *κάρφω*, ficco, arefacio) *palea, festuca, stipula,* Gen. 8, 1. *Hesych. κάρφος· ἄχυρον, χόρτος, κεραία ξύλου λεπτὴ, ξύλον λεπτὸν καὶ ξυρόν.* Matth. 7, 3—5. Luc. 6, 41. 42. ubi est imago vitii levioris.

Καρχηδὼν, όνος, ἡ, — Carthago, Jes. 23, 1. 10. — *carbunculus,* Apoc 21, 19. in codd. pro *χαλκηδών.*

Κατὰ, praepositio, quae jungitur

I) cum *genitivo,* ubi indicat

1) *motum e loco* superiori in inferiorem: *super, de, in; κατὰ τοῦ κρημνοῦ εἰς θάλασσαν,* de monte praeceps, Matth. 8, 32. Marc. 5, 13. Luc. 8, 33. (*Joseph.* bell. 1, 8. 5. *κατὰ τῶν κρημνῶν ἐρρίπτουν ἑαυτούς.* ib. 2, 3. 3. *κατὰ τοῦ τείχους κατεκρημνίζοντο.* 2 Macc. 6, 10.) — *Κατέχεεν αὐτοῦ κατὰ τῆς κεφαλῆς,* Marc. 14, 3. in caput eius effudit scl. manu elata. (*Joseph.* bell. 2, 3. 2. „conscensis porticibus *κατὰ κεφαλῆς αὐτῶν ἠφίεσαν τὰ βέλη.*) — *κατὰ κεφαλῆς ἔχων,* velamen habens de capite dependens, 1 Cor. 11, 4. — *κατὰ βάθους,* in profundum, 2 Cor. 8, 2. *ἡ κατὰ βάθους πτωχεία,* summa paupertas. — 2) motum per locum: *per, in.* Luc. 4, 14. *φήμη ἐξῆλθε καθ' ὅλης τῆς περιχώρου.* c. 23, 5. *διδάσκων καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας.* Act. 9, 31. 42. 10, 37. cf. 2 Macc. 3, 17. *τὸ κατὰ καρδίας ἐνεστὸς ἄλγος.* *Joseph.* bell. 4, 9. 7. *τὸ κατὰ νώτου,* per regiones a tergo. Id. Antiq. 14, 15. 1. *ὑπολείπειν κατὰ νώτου,* a tergo relinquere. — 3) motum adversus aliquid, et quidem sensu hostili: *adversus, contra, in, in damnum;* Matth. 5, 11. 23. 10, 35. 12, 14. 25. 30. 32. 26, 59. Marc. 3, 6. 9, 40. 11, 25. 14, 55 sqq. Luc. 9, 50. 11, 23. 23, 14. Joh. 18, 29. Act. 4, 26. 6, 13. 14, 2. 19, 16. *ἴσχυσε κατ' αὐτῶν,* praevaluit illis. c. 25, 3. *κατ' αὐτοῦ* in Pauli damnum. c. 27, 14. Rom. 11, 2. 1 Cor. 4, 6. 2 Petr. 2, 11. Jud. v. 15. *ποιεῖν κρίσιν κατὰ πάντων.* — et passim. cf. Sap. 4, 16. *Joseph.* Antiq. 4, 2. 3. *αἱ κατ' Ἀαρῶνος διαβολαί.* Idem de bell. 1, 31. 1. et c. 32, 7. (Habetur etiam sensu bono. Test. XII. Patr. p. 641. *εὐσπλαγχνία κατὰ παντὸς ἀνθρώπου.* Sap. 12, 12. *ἔκδικος κατὰ ἀδίκων,* in gratiam improborum.) — 4) In *formulis jurandi,* asseverandi *κατά τινος* est *per* aliquem, vel quia manus superimponebatur rei in testimonium aut pignus veritatis adhibitae, vel, ubi legitur *κατὰ θεοῦ,* quia Deus de coelo quasi evocabatur aut testis veritatis aut ultor mendacii. Matth. 26, 63. *ἐξορκίζω σε κατὰ τοῦ θεοῦ.* — Hebr. 6, 13. 16. Nec aliter 1 Cor. 15, 15. *ἐμαρτυρήσαμεν κατὰ τοῦ θεοῦ,* per Deum testati sumus. cf. Judith. 1, 12. *ὤμοσε κατὰ τοῦ θρόνου.* Jes. 45, 23. *καθ'* (hebr. ב) *ἐμαυτοῦ ὀμνύω.* Amos. 4, 2.

II) *cum accusativo,* et refertur

1) ad *locum,* et indicat a) ambitum per quem aliquid

diffunditur l. extenditur: *per, in;* Luc. 8, 39. *καθ' ὅλην τὴν πόλιν κηρύσσων.* c. 9, 6. *κατὰ τὰς κώμας διήρχοντο.* Act. 21, 21. *τοὺς κατὰ τὰ ἔθνη Ἰουδαίους.* 22, 19. 27, 2. — Luc. 15, 14. *ἐγένετο λιμὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην.* Act. 8, 1. (*Joseph.* bell. 1, 7. 6. *τὰ κατὰ τὴν χώραν πλῆθος.* ib. 4, 11. 2. *κατὰ Μυσίαν*, per Mysiam.) — b) *motum in locum* f. regionem, *versus, in, ad,* Luc. 10, 32. *γενόμενος κατὰ τὸν τόπον.* ib. v. 33. Act. 5, 15. *κατὰ τὰς πλατείας ἐκφέρειν.* ib. v. 3. *κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπορευόμενος.* ib. c. 16, 7. *ἐλθόντες κατὰ τὴν μυσίαν.* ib. 27, 7. Phil. 3, 14. *κατὰ σκοπὸν διώκω.* cf. Levit. 4, 6. (hebr. אֶת־פְּנֵי). *Joseph.* Ant. 5, 5. 4. *κατὰ πρόσωπον τῶν χαναναίων* adversus Chanan. — Etiam de situ, f. de loco, regione, in quam aliquid spectat; Act. 27, 12. *λιμένα βλέποντα κατὰ λίβα.* ib. v. 7. *πέλαγος τὸ κατὰ τὴν κιλικίαν.* Act. 2, 10. *λιβύης τῆς κατὰ κυρήνην*, Libyae cyrenaicae. cf. Ezech. 40, 6. *πύλη κατὰ ἀνατολάς.* ib. v. 25. 43, 1. 4. ubi in textu hebr. est דֶּרֶךְ. — c) *locum ubi*, et quidem α) *locum proprium: in*, Act. 24, 14. *τοῖς κατὰ τὸν νόμον καὶ ἐν τοῖς προφήταις γεγραμμένοις.* Luc. 10, 4. *κατὰ τὴν ὁδὸν*, in itinere. Act. 8, 36. 25, 3. 26, 13. (*Joseph.* Ant. 3, 8. 2. *κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν.*) — ib. 11, 1. *ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν.* (*Joseph.* bell. 2, 4. 2. *κατὰ τὴν περαίαν.* ib. 3, 9. 5.) Act. 13, 1. 15, 23. 36. Rom. 16, 5. — Act. 5, 42. *κατ' οἶκον* intra privatos parietes. 2 Macc. 1, 1. *οἱ κατ' Αἴγυπτον Ἰουδαῖοι.* Huc et pertinet *κατ' ἰδίαν* scl. *χώραν*, loco separato, *seorsim;* vid. *Ἴδιος.* — β) locum improprium de personis: *coram, ante*, Gal. 3, 1. *κατ' ὀφθαλμοὺς*, ante oculos. Rom. 8, 27. *κατὰ θεὸν ἐντυγχάνει*, coram Deo, apud Deum. Hinc ex hebraismo *κατὰ πρόσωπον, coram, praesens*, 2 Cor. 10, 1. 7. Gal. 2, 11. *κατὰ προσ.* in faciem, sensus: audacter. — Luc. 2, 31. *κ. προσ. πάντων τῶν λαῶν ἡτοίμασας.* Act. 3, 13. 25, 16. cf. Job. 33, 5. Exod. 30, 6. Esth. 2, 11. לִפְנֵי; et Exod. 28, 33. Lev. 8, 9. — de subjecto ipso, cum relativo: *inter, apud;* Act. 17, 28. *οἱ καθ' ὑμᾶς ποιηταί*, vestri poetae. ib. 18, 15. *νόμος ὁ καθ' ὑμᾶς.* Eph. 1, 15. *τὴν καθ' ὑμᾶς πίστιν.* (*Joseph.* c. Apion. 1, 7. *τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις*, nostris temporibus). — Act. 28, 16. *καθ' ἑαυτόν*, solus, privatis in aedibus. Rom. 14, 22. *κατὰ σεαυτὸν ἔχειν*, solum habere, aliis non obtrudere. (*Joseph.* Antiq. 3, 12. 4. *κατὰ νοῦν ἔχειν*). Jac. 2, 17. *νεκρὰ καθ' ἑαυτήν*, mortua est si sola sit, sine operibus. cf. *Loesneri* obss. e Philon. ad h. l. — Refertur

2) *ad tempus*, ubi a) indicat tempus quod est, et respondet nostro: *während, um, zu.* *κατὰ τὴν ἑορτήν*, festo illo die, Matth. 27, 15. *κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρόν*, sub idem tempus, eodem tempore, Act. 12, 1. 19, 23. (2 Macc. 12, 15. *Joseph.* Antiq. 8, 11. 1. bell. 1, 7. 7.) *κατὰ πᾶν σάββατον.* Act. 13, 27. 15, 21. (3 Macc. 2, 19.) *καθ' ὅν* scl. *χρόνον*, quo tempore,

Hebr. 9, 9. *κατὰ τὸ μεσονύκτιον*, circa mediam noctem, Act. 6, 25. 27, 27. *κατὰ καιρὸν*, tempestive, Rom. 5, 6. vid. *Kypkii* obss. ad h. l. Apoc. 22, 2. *κατὰ μῆνα ἕκαστον*. (*Joseph.* Ant. 6, 5. 3. *κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν*, proximo die.) Act. 14, 1. *κατὰ τὸ αὐτὸ*, uno tempore, simul. *Hesych.* ὁμοῦ. cf. Exod. 26, 24. 1 Sam. 11, 11. — b) tempus, quod fuit; Hebr. 1, 10. *κατ' ἀρχὰς*, *olim*, *quondam* (LXX. Psal. 102, 26. hebr. לְפָנִים). Rom. 9, 9. *κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον*, pro *μετὰ*, *post*, (ut Jer. 13, 6. pro *μεθ'* quod est in textu vaticano, in aliis codd. est *καθ' ἡμέρας πολλὰς*.) cf. Gen. 18, 10. Prolog. Sir. *προφητῶν τῶν κατ' αὐτοὺς ἠκολουθηκότων*.

3) de tempore aeque ac de loco dicitur *distributive*, ita ut ordinem partium et vices indicet; a) de *loco*; *κατὰ τόπους*, in singulis locis, Matth. 24, 7. Luc. 13, 8. *κατὰ πόλιν*, per singulas urbes, *oppidatim*, Stadt für Stadt, *κατὰ κώμην*, *vicatim*, Luc. 8, 1. 4. 13, 22. Act. 15, 31. Tit. 1, 5. (*Joseph.* Antiq. 6, 5. 2.) *κατ' ἐκκλησίαν*, per singulos coetus, Act. 14, 23. *κατὰ μέρος*, per partes, Stück für Stück, Hebr. 9, 5. *κατ' οἶκον* Act. 2, 46. (*Joseph.* Antiq. 7, 5. 3. *κατὰ χώραν*, singulis in locis. Idem Antiq. 6, 4. 5. *κατ' ἄνδρα* viritim.) — b) de tempore: *καθ' ἡμέραν*, quotidie, et *τὸ καθ' ἡμέραν*, Luc. 11, 3. 19, 47. vid. *Ἡμέρα*. *Κατ' ἔτος* quotannis, Luc. 2, 41. vid. *Ἔτος*. *Κατ' ἐνιαυτὸν*, Hebr. 9, 25. 10, 1. 3. 1 Sam. 7, 16. *κατὰ μίαν σάββ.* quovis die, quoties redit, 1 Cor. 16, 2. *κατὰ ἑορτὴν*, quoties dies paschatos rediret, Luc. 23, 17. Marc. 15, 6. *κατὰ καιρὸν*, certis vicibus, Joh. 5, 4. — c) de partibus quibuscunque: *καθ' ἓν ἕκαστον*, singula quaeque Act. 21, 19. Eph. 5, 33. Vid. *Εἷς* in fine. *καθ' ἕν* scl. *ἕκαστον*, sigillatim, Joh. 21, 25. *κατὰ δύο ἢ τὸ πλεῖστον τρεῖς*, bini vel trini, 1 Cor. 14, 27. — *κατὰ πάντα*, in omnibus ac singulis, *omnino*, Act. 17, 22. Col. 3, 20. 22. Hebr. 2, 17. 4, 15. Sap. 19, 22. *κατὰ πάντα τρόπον*, Rom. 3, 2. *κατὰ μηδένα τρόπον*, 2 Thess. 2, 3. — Refertur

4) ad *modum* quo aliquid fit, ad *statum* s. *conditionem*, in qua est aliquis vel agit, ubi maxime περιφράζει adverbium vel participium, et respondet nostro *in*, *mit*. *κατ' ὄναρ*, per somnum, Matth. 1, 20. 2, 12. 13. (*Joseph.* Antiq. 1, 19. 1. *κατὰ τοὺς ὕπνους*.) *Κατ' ἐξουσίαν*, *κατὰ κράτος*, magna vi, fortiter, Marc. 1, 27. Act. 19, 20. (*Joseph.* Antiq. 8, 11. 3.) *Κατὰ συγκυρίαν*, casu, fortuito, Luc. 10, 31. *Κατ' ὄνομα*, nominatim, Joh. 10, 3. 3 Joh. v. 15. *Οἱ κατ' ἐξοχὴν ὄντες*, proceres, Act. 25, 23. *Οἱ κατὰ φύσιν κλάδοι*, rami naturales, Rom. 11, 21. 24. *Καθ' ὑπερβολὴν*, summe, gravissime, Rom. 7, 13. 1 Cor. 12, 31. 2 Cor. 1, 8. 4, 17. *Κατὰ τάξιν*, ex ordine, 1 Cor. 14, 39. *Καθ' ὑπεροχὴν* pro *ὑπερέχων*, 1 Cor. 2, 1. *Κατὰ ἐρίθειαν*, Phil. 2, 3. *Κατὰ ζῆλον* Phil. 3, 6. *Κατ'*

ἀνάγκην, Philem. 14. Κατὰ γνῶσιν prudenter, 1 Petr. 3, 7. Κατὰ λόγον, recte, jure, Act. 18, 14. — Exprimit

5) *rationem rei ad rem, die Beziehung, das Verhältniß*, et quidem a) rationem simpliciter, ubi est: *quod attinet ad, quantum ad, ratione;* τὸ κατ' ἐμὲ, quod me attinet, Rom. 1, 15. (*Joseph.* bell. 4, 4. 3. κατ' ἐμαυτὸν, quantum ad me.) Κατὰ σάρκα, ratione τῆς σαρκὸς, Rom. 1, 3. 4. 4, 1. 9, 3. 5. Κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, Rom. 7, 22. Vid. etiam Phil. 3, 6. Hebr. 9, 9. 1 Petr. 4, 6. ἵνα κριθῶσι μὲν κατὰ ἀνθρώπους σαρκὶ, ζῶσι δὲ κατὰ θεὸν πνεύματι, ratione rerum humanarum mortui quidem sunt, ratione rerum divinarum autem vivunt. ib. v. 14. (*Joseph.* bell. 1, 30. 3. κατὰ τοῦτο, quod attinet ad hanc rem.) — Huc et pertinet dicendi ratio: τὰ κατά τινος, *res alicuius*, Act. 24, 22. 25, 14. Eph. 6, 21. Phil. 1, 12. Col. 4, 7. — b) rationem *similitudinis*, ubi comparat: *secundum, in similitudinem;* κατὰ ταῦτα, simili modo, Luc. 6, 23. 26. 17, 30. κατὰ Ἰσαὰκ, ad exemplum Isaaci, Gal. 4, 28. κατὰ θεὸν κτισθείς. Οὐ κατὰ τὴν διαθήκην, Hebr. 8, 9. Καθ' ὃν τρόπον, quemadmodum, sicut, Act. 15, 11. 27, 25. καθ' ὅσον, sicut, Hebr. 7, 20. 9, 27. quanto, Hebr. 3, 3. κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, ad eorum exemplum, Matth. 23, 3. cf. LXX. Job. 1, 8. 9, 32. ubi כמו, et Job. 42, 15. Thren. 1, 12. ubi כ. Sir. 17, 3. — c) rationem *dependentiae*, ubi est *ex, pro, secundum, convenienter, adcommodate ad;* et quidem dicitur α) de *congruo*, et est: *convenienter pro ratione, convenienter*, Matth. 2, 16. κατὰ τὸν χρόνον, 9, 24. 16, 27. 25, 15. Luc. 1, 38. Act. 13, 22. 23. Rom. 2, 2. κατὰ ἀλήθειαν, veritati congruum. ib. 14, 15. 15, 5. 1 Cor. 3, 8. 2 Cor. 8, 3. — β) de *more*, Luc. 1, 9. κατὰ τὸ ἔθος. Joh. 2, 6. κατὰ τὸν καθαρισμόν. Rom. 3, 5. κατὰ ἄνθρ. more humano. 1 Cor. 3, 3. — γ) de *praecepto, voluntate*, Luc. 2, 22. 24. 27. 29. 22, 22. Act. 3, 12. 23, 3. Marc. 7, 5. 2 Cor. 11, 17. κατὰ κύριον, secundum domini praeceptum. 2 Chron. 23, 8. Esdr. 6, 9. — δ) de *argumento* ex quo, *causa* ex qua, *ex, secundum*, nostrum: *aus;* Luc. 1, 18. κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο. Act. 3, 17. κατ' ἄγνοιαν, ex ignorantia. Rom. 4, 4. κατὰ χάριν. ib. v. 16. Rom. 10, 2. ζῆλον ἔχουσιν ἀλλ' οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ex cognitione veri ortum. 1 Cor. 7, 6. κατὰ συγγνώμην οὐ κατ' ἐπιταγήν, aus Meinung nicht aus Befehl. ib. v. 40. 2 Cor. 8, 8. Eph. 6, 6. κατ' ὀφθαλμοδουλείαν. 1 Tim. 5, 21. κατὰ πρόσκλισιν. Vid. etiam Rom. 8, 28. 9, 11. 11, 5. 1 Cor. 3, 10. 12, 8. Gal. 2, 2. et passim. cf. *Kypkii* obss. II, p. 255. — ε) *de causa propter quam: propter*, Matth. 19, 3. ἀπολῦσαι τὴν γυναῖκα κατὰ πᾶσαν αἰτίαν. (*Joseph.* Antiq. 4, 8. 23. κατὰ τοιαύτην αἰτίαν.) Rom. 2, 5. 2 Cor. 7, 9. λύπη κατὰ θεὸν, i. e. λύπη, quae propter res divinas nobis evenit. ib. v. 10. Phil. 4, 11. καθ' ὑστέρησιν, ratione penuriae, qua laborem. (2 Macc. 6, 11.

κατὰ τὴν δόξαν. Sir. 29, 9.) — Quum consilium s. finis saepius sit causa agendi, dicitur etiam ζ) de *consilio* et est: *gratia, in*; 2 Cor. 11, 21. κατ' ἀτιμίαν, in dedecus. 1 Tim. 6, 3. ἡ κατ' εὐσέβειαν διδαχὴ, doctrina quae ad pietatem ducit. Tit. 1, 1. ἐπίγνωσις τῆς ἀληθείας τῆς κατ' εὐσέβειαν. (*Joseph.* Antiq. 3, 11. 4. κατὰ τὴν τιμὴν τοῦ θεοῦ τοῦτο ποιῶν, in honorem Dei hoc faciens. Idem de bell. 4, 8. 4. καθ' ἱστορίαν, visendi gratia. et Ant. 2, 9. 5. κατὰ θεωρίαν, spectatum.) — Interdum omittitur, v. c. 2 Tim. 3, 8. Sap. 3, 5. 3 Macc. 6, 9. — In compositione verborum saepius notionem auget, ut nostrum: *ver — zer.*

Καταβαίνω, f. βήσομαι, aor. 2. κατέβην, imperat. κατάβα l. κατάβηθι, (κατὰ et βαίνω) 1) gradior e loco superiori in inferiorem, *descendo*, hinabschreiten, herabsteigen, ἀπὸ τοῦ ὄρους Matth. 8, 1. Marc. 9, 9. ἐκ Matth. 17, 9. (Exod. 19, 14. 32, 1. 14.) ἀπὸ τοῦ πλοίου Matth. 14, 29. vid. etiam Matth. 24, 17. 27, 40. Luc. 18, 14. 19, 5. 6. Act. 8, 38. — Inde: *iter facio e loco superiori in inferiorem, venio de, descendo*; v. c. ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ, Marc. 3, 22. Luc. 10, 30. Joh. 2, 12. Act. 7, 15. et saepius. — Semel Act. 8, 26. de via ipsa, καταβαίνουσα ἀπὸ Ἱερουσαλ. εἰς, ducente Hierosolymis Gazam. cf. יָרַד Prov. 7, 27. ubi LXX. ὁδοὶ καταγουσαι εἰς. et Ezech. 47, 15. θαλάσσης τῆς καταβαινούσης, hebr. דֶּרֶךְ. — 2) omissa notione gradiendi, ut latinor. *descendo* est simpliciter: *venio de, deferor, delabor*; — καταβ. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, de divinis naturis de coelo venientibus, Joh. 3, 13. 5, 17. 6, 33. 38—54. Act. 14, 11. Apoc. 12, 12. — Matth. 3, 16. Marc. 1, 10. Luc. 3, 22. Joh. 1, 32 sq. 5, 4. Act. 7, 34. — de aliis rebus de coelo delabentibus, v. c. imbre Matth. 7, 25. 27. (Num. 11, 9.) — igne Luc. 9, 54. Apoc. 13, 13. 20, 9. — vase, Act. 10, 11. 11, 5. (Notandum est, constanter dici καταβ. ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, et non nisi Luc. 9, 54. 1 Thess. 4, 16. Dan. 4, 10. legi ἀπό.) — καταβ. ἀπὸ τοῦ θεοῦ Jac. 1, 17. coelitus donantur. Jes. 63, 14. καταβ. παρὰ κυρίου. — Luc. 8, 23. κατέβη λαῖλαψ scl. de coelo, vel de littore in mare. — Luc. 22, 44. θρόμβοι αἵματος καταβαίνοντες, delabentes scl. de facie. (Sir. 32, 15. δάκρυα ἐπὶ σιαγόνα καταβαίνει.)

Καταβάλλω, f. αλῶ, (κατὰ et βάλλω) 1) *dejicio*, Apoc. 12, 10. coll. v. 13. Sir. 14, 18. — *humi prosterno*, 2 Cor. 4, 9. καταβαλλόμενοι, humi prostratus, imagine deducta ab athleta l. pugnatore. (Inde saepius est occido, 2 Reg. 19, 7. Jer. 19, 7. — destruo 2 Sam. 20, 15.) — 2) medium: *construo, fundamenta jacio*; Hebr. 6, 1. θεμέλιον καταβαλλόμενοι. *Joseph.* Antiq. 15, 11. 3. ἀνελὼν δὲ τοὺς ἀρχαίους θεμελίους, καταβαλλόμενος ἑτέρους. 2 Macc. 2, 13. καταβαλλόμενος βιβλιοθήκην. cf. Καταβολή.

Καταβαρέω, ῶ, f. ήσω, (κατὰ et βαρέω) 1) pondere

impofito deprimo; — 2) *moleftus fum, moleftiam facio.* 2 Cor. 12, 6. Sic καταβαρύνω 2 Sam. 13, 25. cf. 1 Tim. 5, 6.

Καταβαρύνω, f. υνῶ, (κατὰ et βαρύνω) i. q. καταβαρέω. Semel Marc. 14, 40. in codd. καταβαρυνόμενοι pro βεβαρημένοι. Vid. Βαρέω.

Κατάβασις, εως, ἡ, (καταβαίνω) 1) defcenfio, defcenfus, i. e. actus defcendendi; 2) *locus, via, qua defcenditur,* Luc. 19, 37. ἐγγίζοντος πρὸς τῇ καταβάσει τοῦ ὄρους cum ad locum montis, ubi defcenfus erat, appropinquaffet. — Vid. Ezech. 48, 1. (hebr. דֶּרֶךְ). Jof. 10, 11. ἐπὶ τῆς καταβάσεως βηθωρῶν. Mich. 1, 4. (*Xenoph.* Anab. 3, 4. 23.)

Καταβιβάζω, f. άσω, (κατὰ et βιβάζω, fcandere facio) defcendere facio (LXX. הוֹרִיד Jud. 7, 5.); *dejicio, detrudo* — ἕως ᾅδου, fub tartara, Matth. 11, 23. Luc. 10, 15. — εἰς ᾅδου Ezech. 31, 16. εἰς ἀπώλειαν, Ezech. 28, 8.

Καταβολή, ῆς, (καταβάλλω) 1) dejectio, 2) *fundatio, ftructura,* de aedibus 2 Macc. 2, 30. — In N. T. καταβολὴ κόσμου, mundi creatio, mundus conditus, Matth. 13, 35. 25, 34. Luc. 11, 50. Joh. 17, 24. Eph. 1, 4. Hebr. 4, 3. 9, 26. 1 Petr. 1, 20. Apoc. 13, 7. 17, 8. — Hebr. 11, 11. καταβολὴ σπέρματος, τὸ *prolem facere, foetum edere,* (σπέρμα ποιεῖν Sir. 10, 19.) foetum emittere ex matrice. Igitur δύναμις εἰς κατ. σπ. eft facultas prolis faciendae. (1 Sam. 2, 20. ἀποτίσαι σοι κύριος σπέρμα ἐκ τῆς γυναικὸς ταύτης. Hof. 14, 6. βάλλειν τὰς ῥίζας. Jer. 17, 8.) Alii: injectio feminis fcl. virilis, et vertunt: ad femen injectum fcl. recipiendum, i. e. ad concipiendum.

Καταβραβεύω, f. εύσω, (κατὰ et βραβεύω, quod vid.) proprie: brabeo l. certaminis praemio indignum pronuntio aliquem; 2) *palma fraudo,* Col. 2, 18. καταβρ. eripiat vobis praemia futura fcl. abducendo vos a veritate. — Alii: infidiofe circumveniat, judicis partes fibi arroget in vos; alii: damnet vos, ut legitur Demofth. Mid. c. 25. vid. *Elsneri* obff. II, p. 263.

Καταγγελεύς, έως, ὁ, (καταγγέλλω) i. q. ὁ καταγγέλλων, *nuntius, annuntiator.* Semel Act. 17, 18.

Καταγγέλλω, f. ελῶ, (κατὰ et ἀγγέλλω nuntio) 1) annuntio, Act. 13, 38. διὰ τούτου ἄφεσις ἁμ. καταγγ. annuntiatur, i. e. promittitur, offertur. — 2) *trado, doceo, expono de aliqua re,* Act. 4, 2. 17, 13. — λόγον, Act. 13, 5. 15, 36. εὐαγγέλιον, 1 Cor. 9, 14. — ὁδὸν τῆς ἀληθείας, docendo commendo, Act. 16, 17. ib. v. 21. ἔθη, mores fuadere. — καταγγελλ. τινα, Act. 17, 3. 23. 26, 23. 1 Cor. 2, 1. Phil. 1, 16. 18. Col. 1, 28. — 3) ex adjuncto: *laudo, celebro, praedico,* Rom. 1, 8. 1 Cor. 11, 26. (Apud LXX. non habetur.) Saepius non legitur.

Καταγελάω, ῶ. f. άσω, (κατὰ et γελάω) *derideo,*

ludibrio habeo; seq. genitivo Matth. 9, 24. Marc. 5, 40. Luc. 8, 53. coll. Job. 21, 3. Prov. 17, 5. 30, 17. Job. 5, 22.

Καταγινώσκω, f. γνώσομαι, (κατὰ et γινώσκω) 1) observo, noto aliquid, et quidem aliquid, quod alteri dedecori est; etwas abmerken. Sic. Prov. 28, 11. ubi in textu hebr. חָקַר. 2) καταγ. τινὸς, statuo contra aliquem, *reprehendo;* et ex adjuncto: *accuso*; 1 Joh. 3, 20. 21. cf. Sir. 14, 2. μακάριος ἀνὴρ οὗ οὐ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτοῦ. Test. XII. Patr. p. 681.: δίκαιος αἰδεῖται ποιῆσαι ἄδικον, οὐκ ὑπὸ ἄλλου καταγινωσκόμενος. ἀλλὰ ὑπὸ τῆς ἰδίας καρδίας. ib. p. 536.: καταγινώσκει τῶν ἀγαπώντων αὐτόν. vid. etiam Deut. 25, 1. Sir. 19, 5. — Nec aliter Gal. 2, 11. κατεγνωσμένος ἦν, accusatus erat, scl. conquesti fuerant de Petro Christiani e gentilibus apud Paulum. Alii: *reprehendendus* erat; ut Test. XII. Patr. p. 734.: μὴ καταγνωσθῆναι ὑπὸ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, nec Dei nec hominum reprehensionem incurrere.

Καταγνύω, l. κατάγνυμι, f. κατεάξω, aor. 2. pass. κατέαγην, (κατὰ et ἄγω s. ἄγνυμι) *confringo.* Matth. 12, 20. Joh. 19, 31—33. cf. Jer. 48, 25. Psal. 69, 21.

Κατάγω, f. άξω, (κατὰ et ἄγω) 1) deorsum duco, *deduco*, Rom. 10, 6. χριστὸν scl. de coelo. Vid. Gen. 43, 11. Psal. 31, 22. — deduco, *abduco* aliquem, vel adjecta vel omissa notione altitudinis loci e quo, Act. 9, 30. 22, 30. 23, 15. 20. 28. — 2) cum mare altum videatur, κατάγειν etiam dicitur de navibus, quae ex alto ad littus ducuntur, ubi est *subduco* navem, Luc. 5, 11. et passivum: nave ex alto ad littus deducor, i. e. *appello, devenio in*, Act. 21, 3. 27, 3. 28, 12. *Joseph.* Antiq. 14, 14. 3. κατάγεται εἰς Βρεντήσιον, Brundusium appulit. — Saepius non legitur.

Καταγωνίζομαι, f. ίσομαι, (κατὰ et ἀγωνίζομαι) in certamine vinco; — *vinco, debello.* Hebr. 11, 33. (*Joseph.* Antiq. 4, 6. 12. 7, 2. 2.)

Καταδέω, f. ήσω, (κατὰ et δέω) *obligo, alligo.* — Luc. 10, 34. κατέδησε τραύματα, obligavit vulnera. Sir. 27, 21. cf. Ezech. 30, 21. 34, 4. 16.

Κατάδηλος, ου, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (κατὰ et δῆλος) *maxime perspicuus, evidens.* Hebr. 7, 15. (*Xenoph.* Mem. 1, 4. 14.)

Καταδικάζω, f. άσω, (κατὰ contra, et δικάζω, judico) *sententiam contra aliquem fero, damno, reum facio, condemno.* Dicitur cum de justo judicio, Matth. 12, 37. Luc. 6, 37. Sap. 11, 11. 17, 10. *Joseph.* Antiq. 4, 3. 2. — tum de injusto, Matth. 12, 37. Luc. 6, 37. Psal. 94, 21. Sap. 2, 20.

Καταδίκη, ης, ἡ, (κατὰ et δίκη) *sententia damnatoria, condemnatio.* Legitur Act. 25, 25. in codd. καταδίκην pro δίκην. (*Joseph.* bell. 4, 5. 2. Sap. 12, 27.)

Καταδιώκω, f. ώξω, (κατὰ et διώκω) *insequor, per-*

sequor; de hostili persecutione saepissime, LXX. v. c. Gen. 14, 15. Exod. 14, 9. hebr. רָדַף; rarius bono sensu: *sequor* aliquem praeeuntem, *ei me jungo.* Ita semel in N. T. Marc. 1, 36. Sic LXX. 1 Sam. 30, 22. οὐ κατεδίωξαν μεθ' ἡμῶν. Psal. 22, 6. τὸ ἔλεός σου καταδιώξει με.

Καταδουλόω, ῶ, f. *ώσω,* (*κατὰ* et *δουλόω*) activ. et med. *in servitutem redigo, servitutis jugum impono, servum facio;* 2 Cor. 11, 20. Gal. 2, 4. Test. XII. Patr. p. 614. υἱοὺς ἐλευθέρους καταδουλώσουσιν. Exod. 6, 5. 1 Macc. 8, 10.

Καταδυναστεύω, f. *εύσω* (*κατὰ* et *δυναστεύω,* dominor) potentia utor adversus aliquem eumque vinco; *subigo, severum imperium exerceo, severe opprimo,* Act. 10, 38. καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, subacti a diabolo. — seq. genitivo personae: subigo, opprimo, severe tracto, Jac. 2, 6. 2 Sam. 8, 12. Ezech. 18, 16. (seq. accusativo saepius, v. c. Exod. 1, 13. Jer. 18, 7. Jer. 22, 3. coll. Neh. 5, 5. Sap. 2, 10.

Κατάθεμα, ατος, τὸ, quod apud exteros non occurrit, recte *Griesbachius* Apoc. 22, 3. restituit pro *καταράθεμα,* ex quo ortum esse videtur per contractionem aliquam vulgarem. Verba enim repetita sunt e Zach. 14, 11. ubi חֵרֶם (LXX. ἀνάθεμα) res exsecrabilis, impura, abstractum pro concreto: *homo impurus, abominandus.*

Καταθεματίζω, ίσω, ex contractione vulgari (vid. *κατάθεμα*) pro *καταναθεματίζω, valde execror, diris devoveo.* Semel Matth. 26, 74. ubi *Griesb.* recte restituit pro *καταναθεματίζειν,* quod debetur interpretamento. Caeterum nec hoc verbum apud exteros legitur.

Καταισχύνω, f. *υνῶ,* (*κατὰ* et *αἰσχύνω*) hebr. בּוֹשׁ f. הוֹבִישׁ, 1) *pudore suffundo, erubescere facio,* Jer. 7, 18. — Dicitur in N. T. de iis qui erroris convicti erubescunt et tacent; *confundo,* Luc. 13, 17. 1 Cor. 1, 27. 2 Cor. 7, 14. 1 Petr. 3, 16. cf. Psal. 40, 19. — de iis, qui, quia infirmi, imperfecti cognoscuntur, pudefiunt; *pudefacio,* 1 Cor. 11, 22. 2 Cor. 9, 4. cf. Jes. 3, 14. Jer. 7, 18. — 2) *fallo, spe frustror* aliquem; per metonymiam causae pro effectu, quoniam, quos opinio fefellit, sive spes frustrata est, pudore afficiuntur; ex usu hebr. בּוֹשׁ. Rom. 5, 5. ἐλπὶς οὐ καταισχύνει. (Psal. 22, 5. 25, 20.) Rom. 9, 33. 10, 11. 1 Petr. 2, 6. (Jes. 28, 16. vid. Sir. 2, 10. Tob. 10, 2.) — 3) *deturpo, deformo,* 1 Cor. 11, 4. 5. καταισχύνει τὴν κεφαλήν, dedecorat caput, laedit decorum, sive sensum honesti ratione capitis. (*Joseph.* Antiq. 20, 4. 2. σποδῷ τὴν κεφαλὴν καταισχύνας.) Saepius non legitur.

Κατακαίω, f. *αύσω,* (*κατὰ* et *καίω*) *igne consumo, comburo, concremo,* Matth. 3, 12. 13, 30. [40.] Luc. 3, 17. Act. 19, 19. 1 Cor. 3, 15. Hebr. 13, 11. 2 Petr. 3, 10. Apoc.

8, 7. (*κατεκάη*, aor. 2. pass. pro *κατεκαύθη*). 17, 16. 18, 8. Saepius non extat. — Exod. 3, 2. 3. 12, 10. Lev. 6, 30. — Interdum etiam est igne destrui, igne liquefieri, ut Psal. 83, 14. *ὡσεὶ φλὸξ κατακαύσαι* (תְּלַהֵט) *ὄρη*. lib. Hen. (*Fabric.* Cod. Pseudep. I, p. 197.): *τὸ ὄρος — κατακαυθήσεται, ταπεινωθήσεται, καὶ ἔσται κατακαιόμενον καὶ τηκόμενον ὡς κηρὸς ἀπὸ πυρός*. Sic quoque 2 Petr. 3, 10. *κατακαήσεται* esse potest: igne plane dissolventur. coll. Psal. 102, 27 sq. Hebr. 1, 11 sq.

Κατακαλύπτω, f. *ύψω*, (*κατὰ* et *καλύπτω*) *prorsus obtego*. Medium: *obvelo me, obtego*. 1 Cor. 11, 6. 7. — Gen. 38, 15. Jes. 6, 2. Susann. v. 31.

Κατακαυχάομαι, *ῶμαι*, f. *ήσομαι*, (*κατὰ* et *καυχάομαι*) *adversus aliquem me jacto, effero me supra alium*, seq. genitivo Rom. 11, 18. et seq. *κατὰ* Jac. 3, 14. — ex adjuncto: *contemno, nihili facio*; Jac. 2, 13. — (LXX. pro עָלַי, Jer. 50, 10. et הִתְהוֹלֵל Jer. 50, 38.)

Κατάκειμαι, f. *είσομαι*, (*κατὰ*, nostrum *darnieder*, et *κεῖμαι*) prostratus jaceo, *decumbo*, (Prov. 6, 9. Judith. 13, 15.); — de aegrotantibus, Marc. 1, 30. 2, 4. Luc. 5, 25. Joh. 5, 3. 6. Act. 9, 33. 28, 8. — de mensae accumbentibus, *accumbo*, Marc. 2, 15. 14, 3. Luc. 5, 29. 1 Cor. 8, 10. *ἐν εἰδωλείῳ κατακείμενον*, in sacrario ad mensam accumbentem. (Diog. Laërt. 7, 1.: *ἐν συμποσίῳ κατακείμενος*.)

Κατακλάω, l. *κατακλάζω*, f. *άσω*, (*κατὰ* nostrum *zer*, et *κλάω* s. *κλάζω*) confringo; — *frango*, Marc. 6, 41. Luc. 9, 16.

Κατακλείω, f. *είσω*, (*κατὰ* et *κλείω*) *includo*; Luc. 3, 20. *ἐν τῇ φυλακῇ*, (Jer. 32, 3. *ἐν ᾗ κατέκλεισεν αὐτόν*.) — Act. 26, 10. *φυλακαῖς*, (Sap. 17, 2. *κατακλεισθέντες ὀρόφοις*.). coll. Sap. 18, 4. et 17, 16.

Κατακληροδοτέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*κατὰ* quod hic habet vim distributivam, et *κληροδοτέω*, sorte distribuo) sorte distribuo, — *distribuo ad possidendum*, ut simplex *κληροδοτέω* Deut. 1, 38. Jos. 19, 49. Sir. 17, 8. — Sic semel Act. 13, 19. in textu vulg. ubi Griesb. reposuit *κατεκληρονόμησεν*. — Legitur pro הִנְחִיל, *possidere fecit*, Deut. 21, 16. et Jos. 19, 51. in edit. Ald. et Compl. pro *κατακληρονομέω*. 1 Macc. 3, 36. *κατακληροδοτῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν*.

Κατακληρονομέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (i. e. *κατὰ κλῆρον νέμω*) *sorte distribuo*, tanquam sortem, portionem debitam, *possidendum trado*; Act. 13, 19. in textu Griesbach. *κατεκληρονόμησεν αὐτοῖς τὴν γῆν*. (Num. 34, 18. *κατακλ. ὑμῖν τὴν γῆν*. 1 Sam. 2, 18. Judic. 11, 24.) — Hoc verbum, quo exteri non usi esse videntur LXX. saepius usurparunt pro hebr. יָרַשׁ f. הוֹרִישׁ et pro הִנְחִיל l. הִתְנַחֵל, iisque dicitur cum in significatione activa: possidendum trado, tum in media: occupo, Deut. 2, 21. 22. Num. 33, 54.

Κατακλίνω, f. *ινῶ*, (*κατὰ* et *κλίνω*) deorſum flecto, recubare facio, 3 Macc. 1, 4. — in N. T. de accumbentibus ad coenandum; *discumbere* ſive *accumbere facio*; Luc. 9, 14, Sic *Joſeph.* Antiq. 6, 4. 1. *κατακλίνει αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑστίασιν.* — Medium: flecto me, recubo, Num. 24, 9. Exod. 21, 18. — de coenantibus: *accumbo*, Luc. 14, 8. 24, 30. Judith. 12, 14. *εἰς τὸ ἐσθίειν κατακλινομένην. Joſeph.* Antiq. 6, 4. 1. *κατακλιθῆναι εἰς τὸ δεῖπνον.*

Κατακλύζω, f. *ύσω*, (*κατὰ* et *κλύζω*, abluo, lavo) *ſubmergo, aqua obruo*, 2 Petr. 3, 6. Job. 14, 19. Jer. 47, 2. Sap. 10, 4. 19.

Κατακλυσμὸς, *οῦ*, *ὁ*, (ab antecedente) *inundatio, diluvium.* De diluvio Noachi tempore, Matth. 24, 38. 39. Luc. 17, 27. 2 Petr. 2, 5. Gen. 6, 17. 7, 6 ſqq. 9, 11. 27. Sir. 40, 12. 4 Macc. 15, 31. 32. — cf. Pſal. 32, 8. Sir. 39, 27.

Κατακολουθέω, *ῶ*, f. *ήσω*, (*κατὰ* et *ἀκολουθέω*) *ſubſequor*; ſeq. dativo; Luc. 23, 55. Act. 16, 17. (Ut *ἀκολουθέω*, transfertur quoque ad obedientiam, v. c. Jer. 17, 16. 1 Macc. 6, 23. *Joſeph.* Ant. 6, 7. 4. *κατακολ. ταῖς ἐντολαῖς.*)

Κατακόπτω, f. *όψω*, (*κατὰ* et *κόπτω*), 1) abſcindo, exſcindo, 2 Chron. 15, 16. — 2) *contundo, percutio, caedo*, Marc. 5, 5.

Κατακρημνίζω, f. *ίσω*, (*κατακρημνός*, praeceps) *deorſum praecipito, dejicio, praecipito.* Luc. 4, 29. 2 Chron. 25, 12. 2 Macc. 14, 34. *Joſeph.* Ant. 6, 6. 2. *φεύγοντες κατὰ τῶν πετρῶν ὠδούμενοι κατεκρημνίζοντο.*

Κατάκριμα, *ατος*, *τὸ*, (*κατακρίνω*) *ſententia, damnatio ad ſupplicium.* In N. T. de ſententia Dei, qua homines peccatores morti ſubjecit. Rom. 6, 16. *τὸ μὲν γὰρ κρίμα ἐξ ἑνὸς εἰς κατάκριμα*, poena enim ex unius peccato orta (multorum) damnationem effecit. ib. v. 18. ubi *κρίμα* e verſu 16. ſupplendum eſſe videtur. Rom. 8, 1. *οὐδὲν ἄρα νῦν κατάκριμα τοῖς ἐν χριστῷ ἰησοῦ*; nulla jam ad mortem aeternam (vid. v. 2. 5.) damnatio homini Jeſu fideliter adhaerenti metuenda eſt, eum nulla poena manet. Alii minus recte: nil quod damnum ſit, nihil criminationis eſt in chriſtianis.

Κατακρίνω, f. *ινῶ*, (*κατὰ* et *κρίνω*) 1) *poena dignum judico aliquem, condemno*, Rom. 14, 23. *κατακέκριται* ſcl. a conſcientia ſua. [Jac. 5, 9.] — Potiſſimum de judice qui reum *capitis damnat*, Matth. 27, 3. Joh. 8, 10. 11. Rom. 8, 34. (Vid. *Ἐγκαλέω*) 2 Petr. 2, 6. — *κατακρ. θανάτῳ*, Matth. 20, 18. Marc. 10, 33. Luc. 14, 64. cf. Suſann. v. 41. 48. — De damnatione ad mortem aeternam Marc. 16, 16. Rom. 2, 1. (coll. c. 1, 32.) 1 Cor. 11. 32. — De iis qui obedientia ſua erga Deum efficiunt, ut aliorum inobedientia videatur excuſari non poſſe, quorum igitur mores meliores aliorum mores pejores accuſant damnantque; Matth. 12, 41. 42. Luc. 11, 31.

32. Hebr. 11, 7. Sap. 4, 16. καταμαρτυρεῖ δὲ δίκαιος καμὼν τοὺς ζῶντας ἀσεβεῖς. Joseph. Antiq. 3, 15. 4. ψευδολογίαν κατακρίνειν τοῦ θεοῦ, de iis, qui Numer. 14, 1—4. promissionibus Dei fidem non habebant. — 2) ex adjuncto: *supplicium sumo*, Rom. 8, 3. κατέκρινε τὴν ἁμαρτίαν ἐν τῇ σαρκὶ in Christi corpore supplicium sumsit de peccato i. e. de peccatoribus. Saepius non legitur.

Κατάκρισις, εως, ἡ, (a κατακρίνω) 1) *condemnatio*, 2 Cor. 3, 9. διακονία τῆς κατακρίσεως, dicitur de administratione legis mosaicae, peccatoribus poenas graves minantis. — 2) *accusatio*, *incusatio*, 2 Cor. 7, 2. οὐ πρὸς κατάκρισιν λέγω.

Κατόρθωμα, ατος, τὸ, a κατορθόω, (ex κατὰ et ὀρθὸς, erectus, rectus) rectum facio, erigo, stabilio, 1 Chron. 16, 3. 2 Chron. 23, 16. (unde κατόρθωσις stabilimentum Psal. 107, 2.); deinde: restituo rem; maxime de rebus bellicis, feliciter gero, ut *Joseph.* c. Apion. 1, 12. κατορθ. πράξεις πολεμικάς, Idem Ant. 6, 5. 3. — denique: recte ordino, bene disponо, feliciter gero, de rebus quibuscunque, maxime publicis; ut Test. XII. Patr. p. 678. τῷ κατορθοῦντι φθονεῖ, res suas feliciter gerenti invidet. Etiam de homine recte agente sensu morali, Prov. 14, 11. Psal. 119, 9. — Hinc κατόρθωμα 1) *quae bono ordine statuta, bene disposita sunt*, 3 Macc. 3, 23. καταστρέψαι τὰ κατορθώματα. (Etiam recte facta sensu morali, vid. *Cicer.* de offic. 1, 3. et de finib. 3, 7.) 2) *victoria, qua res restituitur*, *Joseph.* de bell. 1, 1. 4. 3) *feliciter, praeclare gestum*. — In N. T. semel Act. 24, 3. ubi κατορθώματα non videntur esse feliciter, praeclare gesta, sed potius *bona instituta, quae in utilitatem reipublicae instituta, disposita, emendata sunt*.

Κάτω, comparativ. κατωτέρω, adverbium 1) *loci:* a) *deorsum*, motum in locum indicans; βάλλειν κάτω, Matth. 4, 6. Luc. 4, 9. πίπτειν κάτω, Act. 20, 9. κύπτειν κάτω, Joh. 8, 6. 8. cf. Deut. 28, 43. — b) *inferius*, *infra*, locum ubi indicans; Marc. 14, 66. — ἕως κάτω, *ad imum*, Matth. 27, 51. Marc. 15, 38. (Ezech. 1, 27. ἀπὸ ὁράσεως ὀσφύος καὶ ἕως κάτω. ib. 8, 2.) — τὰ κάτω, terra quatenus coelo opponitur, Joh. 8, 23. Act. 2, 19. ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. coll. Cohel. 3, 21. *Joseph.* de bell. 4, 9. 11. ἡ κάτω πόλις, urbs inferior. — 2) adv. *temporis; infra, inferius;* Matth. 2, 16. ἀπὸ διετοῦς καὶ κατωτέρω, bimulos hisque minores. Sic 1 Chron. 27, 23. ἀπὸ εἰκοσαετοῦς καὶ κάτω. Prolog. Sirac. ἐν χρόνοις κάτω. *Aelian.* Var. Hist. 3, 17. καὶ ἔτι κάτω τοῦ χρόνου. — Saepius non habetur.

Κατώτερος, α, ον, comparat. a κάτω, *inferior*. Semel Eph. 4, 9. τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς in inferiores terrae partes, i. e. in haden, qui putabatur esse locus subterraneus. Sic Neh. 4, 13. τὰ κατώτατα τοῦ τόπου, loci infimae partes. Psal. 139, 15. ἐν τοῖς κατωτάτω τῆς γῆς. cf. Deut. 32, 22. Psal. 86, 12. Sir. 51, 6. ἡ ζωή μου ἦν σύνεγγυς ᾅδου κάτω. — Alii Eph. 4, 9. de terra omnino explicant.

Κατωτέρω, vid. Κάτω.

Καῦμα, ατος, τὸ, (a καίω) *aestus*, calor cum ignis tum maxime solis. 2 Sam. 4, 5. *Joseph.* de bell. 3, 7. 32. Saepius aestus solis noxius et perniciosus, ut Apoc. 16, 9. Jer. 17, 8. (hebr. חם) et Prov. 10, 6. (hebr. קיץ). Apoc. 7, 16. autem καῦμα est imago vel morborum lethiferorum, vel calamitatis atrocis et perniciosae, ut Sir. 14, 27. σκεπασθήσεται ὑπ' αὐτῆς ἀπὸ καύματος. coll. Psal. 121, 6. Jes. 49, 10. οὐδὲ πατάξει αὐτοὺς ὁ καύσων, οὐδὲ ὁ ἥλιος. (Graecos, sagittis Apollinis, i. e. aestu solis, pestem effici, esse arbitratos, satis notum est.)

Καυματίζω, f. ίσω, *aestu aduro;* de solis aestu Matth. 13, 6. Marc. 4, 6. — et quidem perniciosо, Apoc. 16, 8. 9. cf. Καῦμα.

Καῦσις, εως, ἡ, (a κέκαυσα verbi καίω) *exustio, concrematio.* Semel Hebr. 6, 8. ἧς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, quae terra, i. e. quae plantae e terra enatae deinde igne comburuntur. — LXX. 2 Sam. 27, 7. Dan. 7, 11. Jes. 40, 16.

Καυσόω, ῶ, f. ώσω, (a καῦσις) *incendo, concremo;* bis tantum 2 Petr. 2, 10. 12.

Καύσων, ωνος, ὁ, *aestus* solis, Matth. 20, 12. Luc. 12, 55. Sir. 18, 6. — Jac. 1, 11. ubi autem plurimi intelligunt *Eurum*, ventum vehementer urentem, ut legitur in LXX. versione pro קדים Jer. 18, 17. Ezech. 17, 10. Hos. 13, 15.

Καυτηριάζω, f. άσω, (a καυτήριον sol. σιδήριον, in-

ſtrumentum, quo ſtigmata inurebantur; deinde ſtigma inuſtum) *ferro ſtigmata inuro, cauterio noto, notam inuro*, brandmarken. Semel 1 Tim. 4, 2. *καυτηριασμένοι τὴν ἰδίαν συνείδησιν*, qui conſcientiam ſuam notis delictorum inſigniunt; ſ. qui ſauciam ſcelerum conſcientia habent mentem. Similiter Teſt. XII. Patr. p. 612. *ἐμπεπύρισται ὁ ἁμαρτήσας ἐκ τῆς ἰδίας καρδίας*. — Alii: qui, ratione conſcientiae, occalluerunt ſ. callum obducentes conſcientiae; cf. *Reitz.* ad Lucian. T. 1, p. 645.

Καυχάομαι, ῶμαι, f. *ήσομαι*, (*καυχᾶσαι* 2 perf. ſing. praeſ. indic. contracte pro *καυχάεσαι*, attice *καυχάῃ* ſ. *καυχᾷ*) LXX. pro hebr. הִתְהַלֵּל, עָלַז 1) *glorior, jacto; laudo, praedico*, cum in malam tum in bonam partem. (In N. T. potiſſimum Paulo frequentatum.) 1 Cor. 1, 29. 4, 7. 2 Cor. 10, 6. 11, 16. 30. 12, 1. 6. [11.] Eph. 2, 9. 1 Sam. 2, 3. *μὴ καυχᾶσθε καὶ μὴ λαλεῖτε ὑψηλά*. — Res de qua gloriatur aliquis, ſive quam praedicat, indicatur a) per *ἐν*, Rom. 2, 17. *ἐν θεῷ*, de Dei veri cognitione, cultu, eiusque beneficiis. v. 23. *ἐν νόμῳ*. 1 Cor. 1, 31. *ἐν κυρίῳ*. ib. 3, 21. 2 Cor. 5, 12. 10, 15. 17. 11, 12. 12, 9. Gal. 6, 13. 14. Phil. 3, 3. 2 Theſſ. 1, 4. Jac. 4, 16. Jeſ. 9, 22. 23. 1 Chron. 16, 35. — b) per *περί*, 2 Cor. 10, 8. — c) per *ὑπέρ*, 2 Cor. 7, 14. 12, 5. — d) per *κατά*, 2 Cor. 11, 18. — e) per accuſativum, ubi omiſſum eſſe videtur *κατά*, 2 Cor. 9, 2. *ἣν ὑπὲρ ὑμῶν καυχῶμαι μακεδόσιν*, quam in vobis laudavi Macedonibus. 2 Cor. 11, 30. *τὰ τῆς ἀσθενείας μου καυχήσομαι*. Prov. 27, 1. *μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον*. ib. 20. 9. — f) ſeq. *ἐπί*, Judic. 7, 2. Pſal. 49, 6. ubi autem in N. T. eſt 2) ex adjuncto: *laetor, felicem me praedico*, Rom. 5, 2. *καυχώμεθα ἐπ' ἐλπίδι*. Prov. 25, 14. *ὁ καυχώμενος ἐπὶ δόσει ψευδεῖ*. Sir. 30, 2. — ſeq. *ἐν*, Rom. 5, 3. 11. Jac. 1, 9. — Saepius non legitur.

Καύχημα, ατος, τό, (*καυχάομαι*) 1) *gloriatio, jactatio*, 2 Cor. 5, 12. 9, 3. cf. Deut. 33. 29. — gloriandi materia ſ. cauſa Rom. 4, 2. 1 Cor. 9, 15. 16. coll. Jer. 17, 14. (תְּהִלָּה). — 2) *gloria, laus, honor*, 1 Cor. 5, 6. *οὐ καλὸν τὸ καύχημα ὑμῶν*, laudes veſtrae praeclarae non ſunt. Gal. 6, 4. 2 Cor. 1, 14. Phil. 2, 16. (LXX. תִּפְאָרָה, Prov. 17, 6. 1 Chron. 29, 11. Zach. 12, 7. שם Deut. 26, 19.) — 3) *gaudium*, Phil. 1, 26. Hebr. 3, 6. *καύχημα τῆς ἐλπίδος*, laetitia ſpei, i. e. ſpes de qua laetamur. (LXX. Prov. 10, 28. pro תוֹחֶלֶת, ſpes.) In utroque loco *καύχημα* vero etiam eſſe poteſt *fiducia*, qua qui gloriatur, plenus eſſe ſolet. vid. *Καυχάομαι* in locis Prov. 27, 1. 25, 14. — Saepius non extat.

Καύχησις, εως, ἡ, (ab eodem), LXX. pro תִּפְאָרָה, 1) *gloriatio*, 2 Cor. 7, 4. Jac. 4, 16. *laudatio*, 2 Cor. 8, 24. 7, 14. [9, 4.] 11, 10. 17. — gloriandi materia, Rom. 3, 27. 15, 17. 1 Cor. 15, 31. 2 Cor. 1, 12. — 2) *honor, laus*,

1 Theſſ. 2, 19. Prov. 16, 31. στέφανος καυχήσεως γῆρας. Ezech. 16, 2. — Videtur autem in locis quibusdam Pauli eſſe *fiducia laeta*, quae eſſe ſolet in gloriatione, ſcl. Rom. 15, 17. 1 Cor. 15, 31. νὴ τὴν ὑμετέραν καύχησιν, quod affirmo per fiduciam de vobis (de veſtra ſalute) conceptam. 2 Cor. 1, 12. ἡ γὰρ καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, τὸ μαρτύριον τῆς συνειδήσεως ἡμῶν, conſcientia recti mihi fiduciam inſpirat. 2 Cor. 7, 14. ἡ καύχησις ἡμῶν ἡ ἐπὶ Τίτου ἀλήθεια ἐγενήθη. Vid. Καύχημα.

Καφαρναούμ, ἡ, *Capharnaum*. Vid. Καπερναούμ.

Κεγχρεαὶ, ῶν, αἱ, *Cenchreae*, portus Corinthiacus et urbs in iſthmo Peloponneſi, verſus orientem, ubi appellebant ex Aſia advecti. Vid. *Plin.* Hiſt. Nat. 4, 4. *Strabo* lib. 8. — Legitur Act. 18, 18. Rom. 16, 1. [24.]

Κέδρος, ου, ἡ, *cedrus*, arbor, hebr. אֶרֶז, Judic. 9, 15. Jeſ. 2, 13. Cant. 5, 16. — Num. 24, 6. ὡσεὶ κέδροι παρ' ὕδατα. Joh. 18, 1. in textu vulg. ubi χείμαῤῥος τῶν κέδρων, torrens cedrorum mendoſe legitur pro χειμ. τοῦ κεδρὼν, *torrens Cedron*. Rabbinos et Talmudiſtas pro antiquo אֶרֶז recepiſſe graecum קְדְרוֹס f. קִדְרוֹס, cedrus, indeque formaſſe adject. קְדְרִינוֹן, *cedrinum*, docet *Buxtorf.* in lex. talm. p. 1976. Aut igitur interpres, libro aramaeo vel ſyriaco uſus קִדְרוֹס et קִדְרוֹן, Cedron, non bene diſtinxit, aut librarii graeci, textum ex inſcitia emendaturi, τοῦ κεδρὼν in τῶν κέδρων mutarunt, opinati, torrentem cedris conſitum fuiſſe et ab iisdem nomen accepiſſe. Eadem lectionis varietas habetur in verſione LXX. 2 Sam. 15, 23. 2 Reg. 23, 6.

Κεδρὼν, ῶ, *Cedron*, (indeclinabile in verſione LXX. et N. T., *Joſephus* autem κεδρὼν, ῶνος,) hebr. קִדְרוֹן, ater, obſcurus, a) *vallis* profunda prope Hieroſolymam; *Joſeph.* Antiq. 9, 7. 3. εἰς τὴν φάραγγα τοῦ κεδρῶνος. Id. de bell. 5, 2. 3. φάραγξ βαθεῖα, ἣ κεδρὼν ὠνόμασται. ib. 5, 4. 2. et 5, 6. 1. — b) *torrens* per hanc vallem delabens et in mare mortuum influens, aquis non plenus niſi poſt pluviam largam. Joh. 18, 1. in textu Griesb. τοῦ χειμάῤῥου τοῦ κεδρὼν, 2 Reg. 23, 6. εἰς τὸν χειμάῤῥον κεδρών. 2 Sam. 15, 23. (*Joſeph.* Ant. 8, 1. 5. τὸν χειμάῤῥον κεδρῶνος.)

Κεῖμαι, f. κείσομαι, 1) *jaceo*, — de homine decumbente Luc. 2, 12. 16. — de mortuo, Matth. 28, 6. Luc. 23, 53. [Joh. 11, 41.] Joh. 20, 12. Exempla e profanis vid. apud *Elsner.* I, p. 282. Sap. 17, 2. — de fundamento 1 Cor. 3, 11. — 2) *poſitus ſum*, Luc. 24, 12. Joh. 20, 6. 7. — *appoſitus ſum*, Joh. 2, 6. 19, 29. 21, 9. Apoc. 4, 2. θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ. Jer. 24, 1. Joſ. 4, 6. — de urbe: *ſitus ſum*, Matth. 5, 14. (2 Macc. 4, 33. δάφνης τῆς πρὸς Ἀντιοχίαν κειμένης.) — Κεῖσθαι πρός τι *appoſitum*, *admotum eſſe*, Matth. 3, 10. κεῖται πρὸς τὴν ῥίζαν. Luc. 3, 9. — Κεῖσθαι ἐπί τι, *incumbere*, *impoſitum eſſe*, 2 Cor. 3, 15. κάλυμμα κεῖται ἐπὶ τὴν

καρδίαν. Jes. 9, 4. ζυγὸς ὁ ἐπ' αὐτῶν κείμενος. (Metonym. κεκαμμένος κεῖται ἐπὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ, incumbit diligenter operi, Sir. 38, 29.) — *repositus, reconditus sum*, Luc. 12, 19. 3 Esdr. 6, 23. 26. Xenoph. oecon. 7, 16. — 3) *destinatus sum*; seq. εἰς, a fato s. Deo quasi positus ad aliquid; Luc. 2, 34. κεῖται εἰς πτῶσιν πολλῶν. Phil. 1, 17. κεῖμαι εἰς ἀπολογίαν τοῦ εὐαγγελίου. 1 Thess. 3, 3. — seq. dativo: 1 Tim. 1, 9. δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, lex non *scripta* est. (Sic κεῖσθαι de legibus saepissime apud profanos, vid. *Elsner*. II, p. 288. *Phil.* de Abr. p. 350. 2 Macc. 15, 18. ἀγὼν κείμενός τινι. — 4) *versor, sum*; de conditione et ratione, Apoc. 21, 16. πόλις τετράγωνος κεῖται. — Sequente ἐν: *sum, versor in aliqua re, obnoxius sum*; 1 Joh. 5, 19. ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται, peccato, vel diabolo est obnoxius, sub eius potestate est. cf. 2 Macc. 4, 33. ἐν ὑποψίᾳ κείμενος, suspicioni obnoxius. ib. 3, 11. ἐν ὑπεροχῇ κείμενος, valde eminens. v. 31. ib. 4, 31. 3 Macc. 5, 26. κεῖσθαι ἐν ἑτοίμῳ, praesto esse. cf. *Raphel.* obss. e Polyb. p. 711. — Saepius non legitur.

Κειρία, ας, ἡ, *vinculum, fascia*, qua infantes involvi solent; deinde fasciae, quibus similiter involvebantur cadavera hominum; fasciae sepulcrales, τὰ ἐνταφιαζόμενα δεσμά, ut *Etym.* M. explicat. *Hesych.*: κειρίαι· ἐνειλιγμένα ἐπιθανάτια. Sic semel Joh. 11, 44. — (Deinde etiam funiculi, quibus lecti intendebantur et subsellia, Prov. 7, 16. vid. *Biblii* thes. phil. s. h. v.)

Κείρω, f. ερῶ, *rado, tondeo*; — oves Act. 18, 32. Jes. 53, 7. Test. XII. Patr. p. 601. κεῖραι τὰ πρόβατα. (gramen Prov. 27, 25.) — Κείρομαι, *tondeo me, tondendum me curo*; potissimum de coma capitis, 1 Cor. 11, 6. Act. 18, 18. (vid. Num. 6, 18.) — et in V. T. Job. 1, 20. 2 Sam. 14, 26.

Κέλευσμα, ατος, τὸ, (a κελεύω, — attici κέλευμα); jussum, mandatum; *clamor excitatorius*, et dicebatur cum de aurigis equos excitantibus, de venatoribus canes acclamando instigantibus (Xenoph. de venat. 6, 20.) tum de signo quod hortator (κελευστής, Xenoph. oec. 21, 3.) dat remigibus (Philo de Abr. p. 366. κέλευσμα τοῦ κυβερνήτου. Lucian. Tyr. c. 19.), tum de duce, milites provocante et exhortante, Prov. 30, 27. Thucyd. 2, 92. — In N. T. semel 1 Thess. 4, 16. ubi ἐν κελεύσματι, explicatur per verba sequentia: ἐν φωνῇ ἀρχαγγέλου καὶ ἐν σάλπιγγι θεοῦ. Κέλευσμα igitur est clamor excitatorius, quasi classicum, quo undique congregantur homines. vid. Matth. 24, 31. 25, 31. 32. — Philo de praem. et poen. p. 928.: ἀνθρώπους ἐν ἐσχάταις ἀπωκισμένους ῥᾳδίως ἂν ἑνὶ κελεύσματι συναγάγοι θεὸς ἀπὸ περάτων.

Κελεύω, f. εύσω, (a κέλλω s. κελέω, incito, impello), *jubeo, facio ut*, seq. infinit. Matth. 8, 18. 14, 9. 19. 28. 18, 25. 27, 58. 64. Luc. 18, 40. Act. 4, 15. 8, 38. et passim in

Actis Apost. Judith. 12, 1. 1 Macc. 11, 23. — seq. dativo Matth. 15, 35. ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν. *Joseph.* Antiq. 20, 6, 2. κελεύει τοῖς τῶν σαμαρέων πρέσβεσι. Tob. 8, 14. 3 Esdr. 9, 54.

Κενοδοξία, ας, ἡ, (κενὸς et δόξα) vana quam quis sovet, de se opinio; vana gloria; — *studium gloriae inanis, honoris vani cupiditas;* Phil. 2, 3. 4 Macc. 8, 18. Sap. 14, 14. *Suid.* κενοδοξία· ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις.

Κενόδοξος, ον, ὁ, ἡ, — ον, τὸ, (ab iisdem), *vanae gloriae cupidus, vana gloria inflatus;* Gal. 5, 26. (Polyb. 27, 6, 12. 29, 1. 14.)

Κενός, ή, όν; hebr. רִיק f. רֵיק, 1) *vacuus, inanis;* proprie de rebus, v. c. vasis, quibus nihil ineſt, v. c. ὑδρία, Judic. 7, 16. λάκκος, Gen. 37, 23. — deinde de hominibus, qui nihil accipiunt, nihil habent; ἀπέστειλαν κενὸν (ſcl. τοῖς χεροὶν, ut additur Pſalt. Sal. 4, 19.) Marc. 12, 3. Luc. 20, 10, 11. ἐξαπέστειλε κενοὺς, Luc. 1, 53. Eadem lege Gen. 31, 42. Deut. 15, 13. coll. Deut. 16, 16. Sir. 32, 4. — Jac. 2, 20. κενὸς dicitur homo, qui non habet fructus pietatis et fidei. — 2) *vanus, inutilis, qui eventu deſtituitur; fruchtlos, vergeblich,* 1 Cor. 15, 10. 14. 58. 1 Theſſ. 2, 1. 2 Sam. 1, 22. Jeſ. 55, 11. Deut. 32, 47. Sap. 1, 11. (Dicitur etiam de eo, quod nihil eſt omnino, v. c. Job. 15, 35. λήψεται ὀδύνας, ἀπαθήσεται δὲ αὐτῷ κενά, hebr. אָוֶן. Job. 7, 6. κενὴ ἐλπὶς, ſpes nihili, hebr. אֶפֶס.) — Εἰς κενὸν, *fruſtra, inceſſum,* ſine eventu et utilitate, 2 Cor. 6, 1. Gal. 2, 2. Phil. 2, 16. 1 Theſſ. 3, 5. Jeſ. 65, 23. εἰς κενὸν ἐκοπίασεν. Jer. 6, 29. 18, 15. Levit. 26, 20. Hab. 2, 3. — Cum eventu deſtitui, vana ſpe duci ſit ſtultitiae, eſt 3) *ſtultus, falſus, mendax,* adjecta notione *pernicioſi,* quare apud LXX. interdum reſpondet hebr. רֵיקָם, שָׁוְא, אָוֶן. Act. 4, 25. (Pſal. 2, 1.) ἐμελέτησαν κενά. Eph. 5, 6. κενοὶ λόγοι. Col. 2, 8. κενὴ ἀπάτη. — Exod. 5, 9. μὴ μεριμνάτωσαν ἐν λόγοις κενοῖς. Job. 6, 6. Jeſ. 59, 4. Hoſ. 12, 1. Teſt. XII. Patr. p. 665. μὴ σπουδάζετε ἐν λόγοις κενοῖς ἀπατᾶν τὰς ψυχὰς ὑμῶν. — Saepius non legitur.

Κενοφωνία, ας, ἡ, (κενὸς et φωνὴ) *vana diſputatio, diſputatio de rebus vanis inutilibusque;* 1 Tim. 6, 20. 2 Tim. 2, 16. *Heſych.* Κενοφωνίας· ματαιολογίας. *Suid.* κενοφωνία· ματαιοφωνία, ἀσέβεια, ἤχοι τὰ αἱρετικά.

Κενόω, ῶ, f. ώσω, (a κενὸς) 1) *vacuum facio, exinanio; auslleeren; ſpolio;* *Joseph.* Antiq. 8, 10. 3. τοὺς θησαυροὺς ἐκένωσε. In N. T. Phil. 2, 7. ἐκένωσε ἑαυτὸν, ſe ipſe ſpoliavit ſcl. honoribus divinis. (Alii humilem ſe geſſit, ita ut conveniat cum ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, v. 9. coll. Judic. 9, 4. 11, 3. Neh. 5, 13.) 2) *vi ſua privo,* Rom. 4, 14. κεκένωται ἡ πίστις, καὶ κατήργηται ἡ ἐπαγγελία. 1 Cor. 1, 17. ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ χριστοῦ. — 3) *vanum, falſum.* (menda-

cem) *declaro; vanum deprehendo;* 1 Cor. 9, 15. „citius mori velim, quam ab ullo vanus deprehendi f. mendax in illis, quae de me laudavi.“ 2 Cor. 9, 3. ἵνα — κενωθῇ, ne quae in laudem vestram dixerim, vana deprehendantur. — Saepius non extat. (Apud LXX. bis pro אֶמְלָל Jer. 14, 2. 15, 9.)

Κέντρον, ου, τὸ, (a κεντέω, pungo) *aculeus, stimulus*, Stachel, Spitze. Dicitur a) de *aculeo* apium, scorpionum etc., venenum pungendo immittentium; Apoc. 9, 10. — Cum ex veneno oriatur mors puncti, LXX. Hos. 13, 14.: ποῦ ἡ δίκη σου, θάνατε; ποῦ τὸ κέντρον σου, ᾅδη; posuerunt κέντρον, pro hebr. קֹטֶב, excidium, *lues*, et δίκη in priori membro pro דֶּבֶר, pestis. Quae verba Paulus 1 Cor. 15, 55. repetiit ita: ποῦ σου, θάνατε, τὸ κέντρον; ποῦ σου, ᾅδη, τὸ νίκος; Tribuitur τῷ θανάτῳ poëtice aculeus, quo venenum pungendo immittit et mortem infert. Ib. v. 55. τὸ δὲ κέντρον τοῦ θανάτου ἡ ἁμαρτία, vis mortis est peccatum, venenum lethale est in peccato. cf. Hos. 5, 12. ubi pro רָקָב, putredo. — b) dicitur de *stimulo*, quo equi (Psalt. Sal. 16, 4.), boves (Sir. 38, 25.) concitantur; inde proverbium: πρὸς κέντρα λακτίζειν, Act. [9, 5.] 26, 14. *adversus stimulum calcitrare*, de iis dicitur, qui acriter repugnando contra ea, quae evitari, removeri non possunt, se ipsi laedunt. *Hesych.* explicat: παροιμία ἐπὶ τοῦ κατὰ τῶν ἐναντίων τι λέγειν ἢ πράττειν. Legitur etiam apud profanos (*Pindar.* Pyth. 2, 173. *Eurip.* Bacch. 791. *Aeschyl.* Prometh. 323.) et latinos (*Terent.* Phorm. 1, 2. 27. *Ammian. Marc.* 18, 5.).

Κεντυρίων, ωνος, ὁ, vox latina *Centurio*, praefectus centum militum, qui graecis ἑκατόνταρχος dicitur. Marc. 15, 39. 44. 45.

Κενῶς, (a κενὸς) adv. *temere, frustra.* Jac. 4, 5. — Jes. 49, 4. κενῶς (לָרִיק) ἐκοπίασα. *Aquila* Psal. 2, 1. pro רִיק.

Κεραία, ας, ἡ, (a κέρας, cornu) corniculum; rei extremitas; e. g. insulae (Philostrat. vit. Sophist. 1, 21. 2.), antennae (*Nicet.* in Andron. Comnen. 2, 4.) — De literis: *apex*, lineola f. particula literae. Matth. 5, 18. Luc. 16, 17. vid. Ἰώτα. *Hesych.*: κεραία· ἀρχὴ γράμματος. — *Philo* in Flacc. p. 984.: — — κατὰ συλλαβὴν, μᾶλλον δὲ καὶ κεραίαν ἑκάστην κ. τ. λ. *Procopius Gazaeus* in 1 Sam. 21, 2.: ὅμοια γὰρ τὰ στοιχεῖα (ב et כ) βραχυτάτης κεραίας μόνης ἐναλλαττούσης. cf. *Schneideri* lex. gr. s. h. v.

Κεραμεύς, έως, ὁ, *figulus;* Matth. 27, 7. 10. Rom. 9, 21. — LXX. pro יוֹצֵר, 1 Chron. 4, 23. Psal. 2, 9.

Κεραμικός, ἡ, ὸν, a figulo factus, *figlinus, fictilis*, pro κεράμιος, Apoc. 2, 27.

Κεράμιος, ία, ιον, *figlinus, fictilis.* Jes. 30, 13. ἐν κεραμίου λεπτά. — τὸ κεράμιον scil. σκεῦος, substantive: vas

fictile, amphora, urceus. Κεράμιον ὕδατος, Marc. 14, 13. Luc. 22, 20. urceus aquarius. *Hesych.:* κεράμιον· τὸ τοῦ οἴνου ἢ ὕδατος σταμνίον. Jer. 35, 5. κεράμιον οἴνου pro בְּנֵי (Jes. 5, 10. pro בַּת, bathus.)

Κέραμος, ου, ὁ, 1) terra figularis, 2 Sam. 17, 28. σκεύη κεράμου. 2) vas fictile; — *tegula;* κεραμοὶ, *tegulae* (*Gell.* Noct. Att. 10, 15.) quibus tectum tegitur, *tectum.* Luc. 5, 19. διὰ τῶν κεράμων. vid. Marc. 9, 4. (*Athenaeus*, 13, 2. *Herodian.* 1, 12. 16. vid. *Kypkius* in obss. f. I, p. 230.)

Κεράννυμι f. κεραννύω, f. κεράσω, 1) *misceo, immisceo;* potissimum de eo, qui vinum cum aqua miscet. — 2) *potum paro, infunda ad bibendum;* sic nostris scriptoribus a) proprie, Apoc. 14, 10. κεκερασμένου ἀκράτου ἐν τῷ ποτηρίῳ, vini, quod paratur non mixtum (fervens) in poculo. ibid. 18, 6. LXX. pro מָסָךְ, Prov. 9, 2. ἐκέρασεν εἰς κρατῆρα τὸν ἑαυτῆς οἶνον. ib. 5. οἶνον, ὃν κεκέρακα ὑμῖν. Drac. v. 14. — b) tropice: Jes. 19, 14. ἐκέρασεν αὐτοῖς πνεῦμα πλανήσεως. Eadem leguntur in Psalt. Sal. 8, 15.

Κέρας, ατος, τὸ, 1) *cornu* animalium, Apoc. 5, 6. 12, 3. 13, 1. 11. 17, 3. 7. 12. 16. — Gen. 22, 13. Dan. 7, 24. — 2) ex usu hebr. קֶרֶן imago est *roboris*, (Deut. 33, 17.) quia robur taurorum in cornubus est, et non solum *robur, fortitudinem* indicat, Sirac. 47, 5. 7. 12. Psal. 75, 5. sed etiam transfertur ad fortes homines, qui tuentur, vindicant alios. Inde Luc. 1, 69. κέρας σωτηρίας est *vir fortis salutifer, vindex salutis* populi. 2 Sam. 22, 3. ὑπερασπιστής μου καὶ κέρας σωτηρίας μου. Psal. 18, 3. Ezech. 29, 21. ἀγατελεῖ κέρας παντὶ τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ. — 3) quaevis prominentia s. extremitas cornu figuram referens; *ansula prominens;* Apoc. 9, 13. Exod. 29, 8. Levit. 4, 7. 18. 16, 18. Amos. 3, 14. cf. *Joseph.* bell. 5, 5. 6.: ὁ βωμὸς τετράγωνος ἵδρυτο, κερατοειδεῖς προανέχων γωνίας, cf. eiusdem uberiorem descriptionem Ant. 3, 6. 6. (De extremitate phalangis 2 Macc. 15, 29.)

Κεράτιον, ου, τὸ, diminutiv. a κέρας, *corniculum;* deinde fructus τῆς κερατείας, *siliquae*, des Johannisbrodbaums, Bockshorns, corniculi speciem referens; *siliqua* (Rabbinis et Talmudistis חַרּוּבָא s. חַרּוּבָא dicta, vid. *Buxtorf.* lex. p. 821.) qua et sues saginabantur et homines inferioris conditionis alebantur. Luc. 15, 16. cf. *Plin.* H. N. 15, 24. (Horat. ep. 2, 1, 123.: — „vivit siliquis et pane secundo." Juvenal. 11, 58.)

Κερδαίνω, f. ανῶ, aor. 1. apud seriores ἐκέρδησα, formatus a κερδάω, (a κέρδος) *lucrum facio, lucror, acquiro;* 1) *active*, et quidem a) sensu proprio de rebus; κόσμον ὅλον, omnes mundi divitias, Matth. 16, 26. Marc. 8, 36. Luc. 9, 25. — negotiando lucror, Matth. 25, 17. 20. 22. Jac. 4, 13. — b) sensu improprio de personis: *favorem alicuius acquiro;*

χριστὸν, Phil. 3, 8. τὸν ἀδελφὸν, Matth. 18, 15. — *aliquem ad partes meas traho*, ut noſtrum: einen gewinnen, 1 Cor. 9, 19. 20. 21. 22. 1 Petr. 3, 1. — 2) neutraliter, et quidem ſenſu improprio: lucror libertatem ab aliqua re, *evito, ſuperſedeo*; Act. 27, 21. κερδῆσαι τὴν ὕβριν ταύτην καὶ τὴν ζημίαν. Similiter *Joſeph.* Antiq. 3, 3. 2. τό γε μιανθῆναι τὰς χεῖρας κερδαίνειν, fratricidii crimen evitare. Plura exempla collegerunt *Kypkius* et *Elsner.* ad h. l. — Saepius non legitur.

Κέρδος, εος, ους, τὸ, *quaeſtus, lucrum, commodum*, Phil. 1, 21. 3, 7. Tit. 1, 11.

Κέρμα, τος, τὸ, (κείρω, in minuta fruſta concido) *nummi minuti, nummuli*, kleine Münze, Scheidemünze, (cf. Eiſcher de vitiis Lexic. N. T. p. 264 ſq.) quos nummularii (κερματισταὶ) permutabant nummis majoribus. Semel Joh. 2, 15. ἐξέχεε τὸ κέρμα, effudit nummos menſariorum ad permutandum appoſitos, *Suid.* κέρματα· τὰ λεπτότατα. *Joſeph.* de bell. 2, 14. 6. ἐπήτουν κέρμα, nummulum in ſtipem mendicabant.

Κερματιστὴς, οῦ, ὁ, (a κερματίζω, in fruſta concido) *menſarius, nummularius, argentarius*, qui nummos majores minutis permutat. Joh. 2, 14. Judaei, quae aerario templi debebant, nummis judaicis ſolvere tenebantur, ſcl. annuatim dimidium ſicli, vid. Exod. 30, 13—15; quare argentarii in atrio templi ſedentes nummos graecos vel latinos judaicis permutabant. Vid. Κέρμα.

Κεφάλαιον, αίου, τὸ, (a κεφαλὴ) 1) proprie neutrum a κεφαλαῖος, ad caput pertinens; 2) *caput* rei, i. e. *primarium, maximum*, Hebr. 8, 1. cf. Pſal. 119, 160. רֹאשׁ דְּבָרְךָ (LXX. ἀρχὴ τῶν λόγων σου). — 3) ſumma, quae computando efficitur, vid. exempla e profanis in *Kypkii* obſſ. II, 116, coll. Sir. 35, 8. κεφαλαίωσον λόγον, ἐν ὀλίγοις πολλά. — Inde *pecunia* ipſa, ſumma *pecuniae*, ut noſtrum: *eine Summe*; Act. 22, 28. πολλοῦ κεφαλαίου multa pecunia comparavi. Sic bis apud *Joſeph.* Antiq. 12, cap. 2, 2. et cap. 4, 1. et in verſ. LXX. Levit. 6, 4. Num. 5, 7. 31, 6. ubi hebr. רֹאשׁ.

Κεφαλαιόω, ῶ, f. ώσω, (a κεφάλαιον) in capita, in ſummam redigo; — ſummatim, breviſſimis dico, Sir. 35, 8. Vid. Κεφάλαιον. — In N. T. ſemel Marc. 12, 4. κἀκεῖνον λιθοβολήσαντες ἐκεφαλαίωσαν, καὶ ἀπέστειλαν ἠτιμωμένον. Plurimi interpretes κεφαλαιοῦν explicant: *caput vulnerare, ferire*. „Sicut γναθόω, a γνάθος, eſt, auctore Heſychio, εἰς „γνάθους τύπτω, caedo in malas, et γαστρίζω eſt γαστέρα τύ„πτω, cf. ſchol. ad Ariſtoph. Equit. v. 173. add. Ariſtoph. „Veſp. V. 1519. Diog. Laërt. 7, 172. et *Caſaubonus* ad h. l.; „ita quoque κεφαλαιοῦν, cum verba deſinentia in οζω et οω „eandem ſere vim et rationem obtineant (ut καταποντοῦν et

„καταποντίζειν) omnino per analogiam significare potest, „mergere, caput.“ Verba *Kuinoelii* in comment. ad h. l. Esset igitur λιθοβ. ἐκεφαλ. dictum pro ἔβαλον λίθους ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Sed cum Luc. 20, 12. habeat καὶ τοῦτον τραυματίσαντες ἐξέβαλον, ubi τραυματ. respondet τῷ λιθοβολησ. et ἐξέβαλον conveniat cum ἐκεφαλ., mallem hic vertere: *brevissimis repulerunt eum* lapidibus in eum conjectis, ut respondeat nostro: *kurz abfertigen.*

Κεφαλή, ῆς, ἡ, 1) *caput* hominum Matth. 6, 17. 27, 30. Luc. 7, 38. et saepius; — caput abscissum, Matth. 14, 11. Marc. 6, 27. 1 Reg. 17, 54. 2 Sam. 4, 7. Judith. 8, 15. — caput bestiarum Apoc. 9, 17. 19. Formulas κλίνειν, ἐπαίρειν τὴν κεφαλὴν vid. in *Κλίνω*, *Ἐπαίρω*. — 2) pars pro toto, ut latinor. caput et nostrum Kopf pro singulis; de hominibus Exod. 16, 16. 38, 25. Num. 1, 3. κατὰ κεφαλὰς, Kopf für Kopf. *Joseph.* Antiq. 9, 8. 2. (etiam de animalibus, ubi est nostrum, ein Stück, 2 Reg. 6, 25.) Inde ex hebraismo *ventura in caput alicuius* dicuntur, quae coelitus alicui immittuntur, aliquem superveniunt, cum mala, tum etiam bona. Sic τὸ αἷμα ὑμῶν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ὑμῶν, Act. 18, 6. 2 Sam. 1, 16. 1 Reg. 2, 33. 34. 38. i. e. culpa caedis vos manet, poena vos corripiet. Similia lege Judic. 9, 57. 1 Sam. 25, 39. 2 Sam. 3, 29. Hab. 3, 12. ἔβαλες εἰς κεφαλὰς ἀνόμιον θάνατον. Susann. v. 54. — (bono sensu Prov. 10, 6. εὐλογία κυρίου ἐπὶ κεφαλὴν δικαίου. ib. 11, 26. Jes. 35, 10. εὐφροσύνη αἰώνιος ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῶν. Test. XII. Patr. p. 537.) — Non autem κεφαλή τινος his in locis simpliciter est pro τινὰ s. αὐτὸν, sed gravitatem rei indicat, qua aliquis *totus* (Psal. 38, 4. αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῴραν τὴν κεφαλήν μου) tenetur, et quasi obruitur. — Idem est statuendum de proverbio. Rom. 12, 20. Prov. 25, 23. vid. *Ἄνθραξ*. — 3) *summitas, pars prominens*, — de rebus, κεφαλαὶ τῶν ὀρέων, Judic. 9, 25. κεφαλαὶ τῶν στύλων, 1 Reg. 7, 16. Sic in N. T. κεφαλὴ γωνίας, *lapis angularis*, Matth. 21, 42. Marc. 12, 10. Luc. 20, 17. Act. 4, 11. 1 Petr. 2, 7. Psal. 98, 22. — de hominibus dictum indicat eum, qui eminet inter alios, dominatur: *dominus, princeps, caput*, 1 Cor. 11, 3. Eph. 1, 22. 4, 15. 5, 23. Col. 1, 18. 2, 10. 19. LXX. (ראש) Judic. 10, 18. 11, 8. 11. 2 Sam. 22, 44. (Test. XII. Patr. p. 643.: μὴ σχισθῆτε εἰς δύο κεφαλὰς, in duo regna).

Κεφαλίς, ίδος, ἡ, (κεφαλὴ) profanis est *capitulum*, das Köpfchen, s. quod capitis formam refert; capitulum, das Kapital einer Säule, summitas rei. LXX igitur interpretes usi sunt pro צֹרֶן, Exod. 38, 27. 28. pro וָו uncinus, qui capitulorum formam haberent, Exod. 26, 32. 37. 27, 17. 36, 34. 36. 38, 17. 19. pro כֹּתֶרֶת, capitulum columnae 1 Reg. 7, 19. 30. רֹאשׁ, idem 2 Chron. 3, 14. pro ראש Exod. 26, 24. 36, 36. 38, 29. 2 Chron. 3, 15. 4, 12. — lidem vero inter-

pretes usurparunt quoque pro hebr. מְגִלָּה *volumen*, Buchrolle, Esdr. 6, 2. Ezech. 3, 1. 2. sive ut plenius dicitur *κεφαλὶς βιβλίου* pro מְגִלַּת־סֵפֶר, Psal. 40, 7. Ezech. 2, 9. Quaeritur quo sensu? Plurimi putant *κεφαλίδα* dici volumen, ab extrema parte baculorum s. cylindrorum, quibus membranae librorum circumvolutae fuerint, quique baculi in extrema parte habuerint capitella, i. e. figuras capitum formas referentes. Alii deducunt ab hebr. כָּפַל ut *κεφαλὶς* sit i. q. *διπλούμενον*, h. e. complicatum, convolutum. At cum Rabbini Talmudistaeque graecum *κεφαλὶς*, ut alias voces graecas, in suam ipsorum linguam recepissent, et capitulum columnae dixissent קִפְלָא, קוּפְלָא, קִיפְלוֹס, (vid. *Buxtorf.* lex. talm. rabb. p. 2091.) קָפַל vero etiam esset *complicare* et קֵפֶל et קוּפְלָא *complicatio*, suspicor, alexandrinos hanc posteriorem notionem transtulisse etiam in graecum *κεφαλὶς*, eaque de causa hac voce usos esse, pro hebr. מְגִלָּה, *volumen complicatum*. — Legitur in N. T. Hebr. 10, 7. quae e Psal. 40, 7. repetita sunt.

Κημόω, ῶ, f. *ώσω*, (a *κημὸς*, capistrum, fiscella, Psal. 32, 12. i. q. *φιμὸς*) *capistro os obturo, fiscella capistro*, i. q. *φιμόω*. 1 Cor. 9, 9. in codd. *κημώσεις* pro *φιμώσεις*.

Κῆνσος, ου, ὁ, vox latina *census*, i. e. actio censoris, qua opes, facultates, nomina civium eorumque familiam in tabulas publicas referebat; (*ἀπογραφὴ*, Luc. 2, 1. 2.) Nostris scriptoribus *κῆνσος* est *tributum* (Luc. 20, 22. *φόρος*) in capita singula imperatum secundum catalogum civium, et quotannis solvendum, i. q. *ἐπικεφάλαιον*, Kopfsteuer. Sic Matth. 17, 25. 22, 17. Marc. 12, 14. — Marc. 22, 19. *νόμισμα τοῦ κήνσου*, nummus qui in tributum solvebatur, i. e. *δηνάριον*, ut intelligitur ex Marc. 12, 14. 15. — *Hesych.*: *κῆνσος· εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον.*

Κῆπος, ου, ὁ, omnis terra sepe clausa; *hortus*, Luc. 13, 19. Joh. 18, 1. 26. (coll. Marc. 14, 32. Matth. 26, 36. ubi *χωρίον*). Joh. 19, 41. (2 Reg. 21, 18. 25. *Joseph.* Ant. 9, 10. 4. *ἐκηδεύθη δὲ μόνος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ κήποις*, pro quibus Antiq. 10, 3. 2. *θάπτεται ἐν τοῖς αὐτοῦ παραδείσοις.*) — In versione LXX. respondet hebr. גַּן s. גָּנָּה, Deut. 11, 10. Amos. 4, 9. 9, 14. Jes. 65, 3. Eccl. 2, 5.

Κηπουρός, οῦ, ὁ, i. e. *οὖρος τοῦ κήπου*, inspector horti, *hortulanus*, Joh. 20, 15. (*Arrian.* diss. Epict. III, 24. 44. *Polyb.* 17, 6. 4.)

Κηρίον, ου, τὸ, (a *κῆρος*, cera) *favus*, Wachskuchen der Bienen. Semel Luc. 24, 42. ubi favus intelligendus est cui adhuc inest mel. — LXX. 1 Sam. 14, 27. Prov. 24, 13. 16, 24. Cant. 4, 11. Psal. 19, 11.

Κήρυγμα, ατος, τὸ, (a *κηρύσσω*) 1) *praedicatio, praeconium*. 2) edictum publicum, LXX. 2 Chron. 30, 5. (קוֹל). — Proprie de praeconibus; in V. T. de prophetis edicta

Dei hominibus annuntiantibus: *praedicatio, oraculum*, Jon. 3, 2. (קְרִיאָה). Sic etiam in N. T. Matth. 12, 41. Luc. 11, 32. κήρυγμα Ἰωνᾶ, oraculum de interitu urbis à Jona (Jon. 3, 4.) prolatum; et κήρυγμα Ἰησοῦ χριστοῦ, Rom. 16, (in Griesb. c. 14.) 25. i. e. secundum oracula divina a Jesu nobis annuntiata. — Paulus transfert quoque ad munus apostolicum, ubi est a) *praedicatio salutis per Christum partae ac expectandae*, 1 Cor. 1, 21. 2 Tim. 4, 17. — Κήρυγμά μου praedicatio salutis a me facta, 1 Cor. 2, 4. 15, 14. — b) *munus praedicandi*, Tit. 1, 3. — Saepius non legitur.

Κῆρυξ, υκος, ὁ, *praeco*, Gen. 41, 43. Dan. 3, 4. Sir. 20, 14. — In N. T. transfertur ad prophetas, Dei mandata et oracula hominibus annuntiantes, dicitur que 2 Petr. 2, 5. de Noacho, et 1 Tim. 2, 7. 2 Tim. 1, 11. de apostolo, Jesum esse salvatorem nuntiante.

Κηρύσσω, f. ύττω, f. ύξω, (a κῆρυξ), LXX. pro קָרָא, הִרִיעַ, 1) praeconem ago, publica auctoritate annuntio, Gen. 41, 43. — 2) *publice annuntio*, Matth. 10, 27. 24, 14. 26, 13. Marc. 13, 10. 16, 15. 20. Luc. 12, 3. 24, 47. Act. 10, 42. Rom. 10, 8. 14. 15. Apoc. 5, 2. et passim. *Joseph.* Antiq. 14, 15. 2. Exod. 32, 5. Esth. 6, 9. 11. — de rebus futuris Luc. 4, 18. (Jes. 61, 1.) 4, 19. — In N. T. dicitur de vatibus ac doctoribus, qui viva voce vel mandata Dei ad homines referunt, vel viva voce publice docent. Sic tribuitur Joanni baptist. Matth. 3, 1. Marc. 1, 4. 7. Luc. 3, 3. Act. 10, 37. — Christo Matth. 4, 17. 23. 9, 35. Marc. 1, 38. 39. 45. Luc. 4, 44. 8, 1. 1 Petr. 3, 19. — Apostolis Matth. 10, 7. Marc. 3, 14. Luc. 9, 2. Act. 8, 5. 9, 20. Gal. 2, 2. Col. 1, 23. — Κηρύσσειν χριστὸν de Jesu vita et praeceptis publice exponere, Act. 8, 5. 9, 20. 19, 13. 1 Cor. 1, 23. 2 Cor. 1, 19. 11, 4. — Etiam simpliciter est *doceo*, Rom. 2, 21. 1 Cor. 9, 27. 15, 11. 12. Gal. 5, 11. — Act. 15, 21. κηρύσσοντας μωσῆν, legem Mos. tradentes. 2 Cor. 4, 5. οὐ γὰρ ἑαυτοὺς κηρύσσομεν, non mea doceo, meam doctrinam. coll. Prov. 8, 1. κηρ. τὴν σοφίαν. — 3) *divulgo*, Marc. 5, 20. 7, 36. Luc. 8, 39.

Κῆτος, ἔος, ους, τὸ, *caetus*, balaena; deinde: *bellua marina, piscis maximus quilibet*. Semel Matth. 12, 40. vid. LXX. Jon. 2, 1. κήτει μεγάλῳ, hebr. דָּג גָּדוֹל Gen. 1, 21. pro תַּנִּין.

Κηφᾶς, ᾶ, ὁ, (chald. כֵּיפָא, petra) *Cephas*, cognomen Simonis, apostoli. Joh. 1, 43. 1 Cor. 1, 12. 3, 22. 9, 5. 15, 5. Gal. 2, 9. coll. Matth. 16, 18.

Κιβωτὸς, οῦ, ἡ, *arca lignea*. — LXX. pro hebr. אָרוֹן saepissime usurpant de arca foederis (Lev. 16, 2. Num. 3, 31. Deut. 10, 1.) et pro תֵּבָה de arca s. navigio Noachi, Gen. 6, 14 sqq. 7, 1 sqq. 8, 6 sqq. — In N. T. a) de arca Noachi Matth. 24, 38. Luc. 17, 27. Hebr. 11, 7. 1 Petr. 3, 20. (4 Macc.

15, 31.) quam *Josephus* λάρνακα et μηχανὴν (Ant. 1, 3. 2 sqq.) appellavit; b) de arca foederis in templo Hierosolymit. Hebr. 9, 4. — in templo coelesti Apoc. 11, 19. quam etiam Josephus κιβωτὸν appellavit (Ant. 3, 6. 5.).

Κιθάρα, ας, ἡ, cithara, 1 Cor. 14, 7. Apoc. 5, 8. 14, 2. 15, 2. κιθάραι τοῦ θεοῦ, i. e. laudibus Dei dicatae. — LXX. pro hebr. כִּנּוֹר, (κινύρα, de qua *Josephus* Antiq. 7, 12. 3. ἡ μὲν κινύρα δέκα χορδαῖς ἐξημμένη, τύπτεται πλήκτρῳ. vid. tamen 1 Sam. 16, 5.) Gen. 31, 27. 2 Chron. 9, 11. et passim.

Κιθαρίζω, f. ίσω, (a κιθάρα) *citharam pulso, cithara cano*; 1 Cor. 14, 7. Apoc. 14, 2. — LXX. semel Jes. 23, 6. pro נִגֵּן fides pulso.

Κιθαρῳδός, οῦ, ὁ, (ᾠδός, cantor, et κιθάρα) qui citharam pulsat et succinit, *citharoedus*. Apoc. 14, 2. 18, 22. (*Varro* de re rust. 2, 1. 3.: „non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi.“)

Κιλικία, ας, ἡ, Cilicia, provincia Asiae minoris, quae terminabatur ad meridiem mari mediterraneo, ad orientem Syria, ad occidentem Pamphylia, ad septentrionem Cappadocia, Lycaonia et Isauria. Eius metropolis, Tarsus, Pauli apostoli fuit patria. Legitur Act. 6, 9. 15, 23. 41. 21, 39. 22, 3. 23, 34. 27, 5. Gal. 1, 21.

Κινάμωμον, f. κιννάμωμον, ου, τὸ, *cinamomum*, f. *cinnamomum*. Apoc. 18, 13. LXX. pro קִנָּמוֹן Exod. 30, 23. Prov. 7, 17. Cant. 4, 14. (Herod. 3, 111. *Joseph.* Antiq. 3, 8. 3.) De cinnamomo vid. *Plin.* Hist. Nat. 12, 19.

Κινδυνεύω, f. εύσω, (a κίνδυνος) *periclitor, in periculo versor*. Luc. 8, 23. (Jon. 1, 4.) 1 Cor. 15, 30. Act. 19, 40. Sir. 31, 12. ἕως θανάτου ἐκινδύνευσα. — Κινδυνεύει ἡμῖν, periculum est, ne, Act. 19, 27.

Κίνδυνος, ου, ὁ, periculum, discrimen. Rom. 8, 35. Sap. 18, 9. 2 Macc. 1, 11. — Genitivi 2 Cor. 11, 26. huic voci additi indicant id, e quo discrimen ortum fuerat. (Psal. 115, 3. κίνδυνοι ᾅδου.)

Κινέω, ῶ, f. ήσω, latinor. *moveo*; 1) efficio ut aliquid se moveat, *moveo, agito, quatio*; — φορτία κινῆσαι δακτύλῳ, Matth. 23, 4. digito movere onera. Κινεῖν τὴν κεφαλὴν, caput quassare, quod de irridentibus dicitur, Matth. 27, 39. Marc. 15, 29. LXX. pro הֵנִיעַ רֹאשׁ 2 Reg. 19, 21. Job. 16, 4. Psal. 22, 7. Jes. 37, 22. Thren. 2, 15. Sir. 12, 24. 13, 10. — (1 Reg. 14, 15. καθὰ κινεῖται ὁ κάλαμος ἐν τῷ ὕδατι. Job. 13, 25. φύλλον κινούμενον ὑπὸ ἀνέμου.) — 2) efficio ut locum aliquid mutet, *moveo de loco, dimoveo*, τὴν λυχνίαν, Apoc. 2, 5. ἐκ τῶν τόπων αὐτῶν, Apoc. 6, 14, coll. Jes. 41, 7. Gen. 11, 2. 20, 1. Bar. 2, 35. — 3) metaph. *moveo, excito, commoveo*; Act. 24, 5. κινοῦντα στάσιν. (*Joseph.* de bell. 2, 16. 4. μετὰ δὲ ταῦτα ταραχὴν ἑτέραν ἐκίνει.) ib. 21, 30. ἐκινήθη ἡ πόλις.

(Teſt. XII. Patr. p. 650. κινεῖσθαι εἰς θυμόν. — etiam perturbo Dan. 2, 3.) — 4) Medium: *moveo me*, de motu, quo vita ſeſe manifeſtat, Act. 17, 28. Sic apud LXX. pro רָמַשׁ non ſolum de reptilibus (Gen. 7, 14.), ſed etiam de animantibus quibuscunque, Gen. 7, 21. ἀπέθανε πᾶσα σὰρξ κινουμένη ἐπὶ τῆς γῆς. ib. 9, 2. Levit. 11, 6. — Saepius non legitur.

Κίνησις, εως, ἡ, (a κινέω) *motus*, (i. q. κίνημα, 4 Macc. 5, 35.) Joh. 5, 3. κιν. τοῦ ὕδατος. (*Xenoph.* de venat. 10, 12.)

Κὶς, ὁ, hebr. קִיס, *Kis*, nomen indecl. patris Sauli, 1 Sam. 9, 1. — Act. 13, 21.

Κλάδος, ου, ὁ, (a κλάω) *ramus*, proprie tener, (Hoſ. 14, 7.) qui frangitur, deinde ramus quivis; Matth. 13, 32. 21, 8. 14, 32. Marc. 4, 32. κλάδοι μεγάλοι. 13, 28. Luc. 13, 19. Dan. 4, 9. 11. 18. — metaph. *poſteri*, *ſoboles*, Rom. 11, 16. 17. 18. 19. 21. coll. Jeſ. 11, 1. ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαί.

Κλάζω, frango; vid. *Κλάω*.

Κλαίω, f. αύσω, *fleo*, *lacrymor*, hebr. בָּכָה, 1) lacrymas effundo, Matth. 26, 75. Marc. 5, 38 ſq. 14, 72. Luc. 7, 13. 38. 8, 51. 52. 22, 62. Apoc. 5, 4. 5. Gen. 33, 4. 42, 24. 43, 30. — 2) *ploro*, ita ut vel nude poſitum vel cum aliis verbis dolendi junctum non ſolum effuſionem lacrymarum ſed quodcunque aliud ſignum externum moeſtitiae maximae et doloris graviſſimi exprimat, Luc. 6, 21. 25. 16, 10, 7, 32. Joh. 11, 31. 33. 20, 11 — 15. 16, 20. Act. 9, 39. 21, 13. Rom. 12, 15. 7, 30. Phil. 3, 18. Jac. 4, 9. 5, 1. Apoc. 18, 11. 15. 19. Vid. e V. T. Num. 14, 1. 25, 6. Judic. 20, 23. 1 Sam. 11, 4. — *Κλαίειν τινα*, *deplorare* aliquem, Matth. 2, 18. [Apoc. 18, 9. ubi Griesb. αὐτὴν rejecit). Gen. 37, 34. Deut. 34, 8. Num. 20, 9. — *Κλαίειν ἐπί τινι* Luc. 19, 41. et ἐπὶ τινα, Luc. 23, 28. idem. vid. Judic. 14, 17. 2 Sam. 19, 1. Sir. 22, 9. 10. — Saepius non legitur.

Κλάσις, εως, ἡ, (a κλάω) *fractio*. Luc. 24, 35. Act. 2, 42. ἐν τῇ κλάσει τοῦ ἄρτου, cum panem frangeret. Vid. *Κλάω*.

Κλάσμα, τος, τὸ, (a κλάω) *fragmentum*, *fractum*; — de ciborum fragmentis Matth. 14, 20. 15, 37. Marc. 6, 43. 8, 8. 19 ſq. Luc. 9, 17. Joh. 6, 12 ſq. — Jud. 9, 53. 2 Sam. 11, 21. Levit. 6, 21. Judic. 19, 5. Ezech. 13, 9.

Κλαῦδη, ης, ἡ, *Claude* inſula parva prope Cretam. (Etiam κλαύδιον, γαῦλος et γαῦδος appellata) Act. 27, 16.

Κλαυδία, ας, ἡ, *Claudia*, mulier chriſtiana, 2 Tim. 4, 20.

Κλαύδιος, ίου, ὁ, *Claudius*. Duo huius nominis commemorantur; 1) *Tiberius Claudius Nero Germanicus*, quintus imperatorum Romanorum, Druſi filius. Act. 11, 28. (de fame ſub Claudii imperio orta non ſolum in Palaeſtina ſed

etiam in Italia vid. *Joseph.* Antiq. 3, 15. 3. et 20, 5. 2. *Tacit.* annal. 12, 43. *Sueton.* Claud. c. 28. *Dio Cass.* lib. 60.) Act. 18, 2. (*Sueton.* Claud. c. 25.) — 2) *Claudius Lysias*, tribunus romanus, Act. 23, 26.

Κλαυθμὸς, οῦ, ὁ, (a *κλαίω*) *fletus*, *ploratus*, Matth. 2, 18. 8, 12. 13, 42. 50. 22, 13. 24, 51. 25, 30. Luc. 13, 28. Act. 20, 37. — LXX. saepius pro בְּכִי, v. c. 2 Sam. 13, 36. Psal. 6, 8.

Κλάω, ῶ, (pro antiquiori *κλάζω*) f. *άσω*, *frango*. — In N. T. legitur in formulis a) *κλᾶσαι τὸν ἄρτον*, *panem* (qui erat Judaeis tenuis et durus nec diffecabatur sed frangebatur) *in partes frangere* ad distribuendum, quod dicitur *α*) de pane quovis ad comedendum distributo, Matth. 14, 19. 15, 36. Marc. 8, 6. 19. Act. 20, 11. 27, 35. Jer. 16, 6. — *β*) de pane qui frangebatur et distribuebatur in epulo sacro, ut symbolum esset corporis Christi in cruce fracti, Matth. 26, 26. Marc. 14, 22. Luc. 22, 19. 24, 30. Act. 2, 46. 20, 7. 1 Cor. 10, 16. 11, 24. — b) *κλᾶσαι τὸ σῶμα*, *frangere corpus*, i. e. interficere, 1 Cor. 11, 24.

Κλεῖς, *ειδὸς*, ἡ, accus. sing. *κλεῖν* pro *κλεῖδα*, accus. pl. *κλεῖς* pro *κλεῖδες*, (vid. *Wineri* Grammat. p. 29.) *clavis*; non solum ad claudendum, sed etiam ad aperiendum; Judic. 3, 25. — Clavis, quia dabat potestatem occludendi et aperiendi, jam *imago* est cujusvis *potestatis*, quae alicui tradita est; ut Jes. 22, 22. *τὴν κλεῖδα οἴκου Δαβὶδ* habere dicitur is, qui praefectus erat palatii regii. — Sic aliquoties in N. T. in formulis a) habere *τὰς κλεῖς τῆς βασιλ. τοῦ θεοῦ*, Matth. 16, 19. i. e. posse aliòs recipere in societatem christianorum et vero etiam non admittere ad eam. — b) habere *τὴν κλεῖδα τῆς γνώσεως*, Luc. 11, 52. i. e. posse imbuere alios cognitione legis. — c) habere *τὰς κλεῖς τοῦ θανάτου καὶ ᾅδου*, potestatem habere mortuorum ex hade ad vitam educendorum, Apoc. 1, 18. — c) *ἔχειν τὴν κλεῖν τοῦ Δαβὶδ*, i. e. regni Messiae, potestatem habere aperiendi aditum ad regnum Dei, Apoc. 3, 7. — d) *ἔχειν κλεῖς τοῦ φρέατος τῆς ἀβύσσου*, abyssum aperire posse, Apoc. 9, 1. coll. v. 2. — *ἔχ. τὴν κλεῖν τῆς ἀβύσσου*, potestatem habere occludendae abyssi, Apoc. 20, 1. — Saepius non legitur.

Κλείω, f. *είσω*, hebr. סָגַר, *claudo*, *occludo*, *τὴν θύραν*, Matth. 6, 6. 25, 10. Luc. 11, 7. Joh. 20, 19. 26. Act. 21, 30. Apoc. 3, 8. 2 Chron. 28, 24. — *πυλῶνες*, Apoc. 21, 25. Jos. 2, 7. — Act. 5, 23. Apoc. 3, 7. 20, 3. Gen. 7, 16. Jes. 22, 22. — *Κλείω τὴν βασιλείαν τοῦ θ.* impedio aditum ad regnum, Matth. 23, 13. et Apoc. 3, 7. ubi in posteriori loco de regno Dei cogitandum est. — *Κλείω τὸν οὐρανὸν*, i. e. coelestia aquarum receptacula (Job. 25, 8. 38, 8 — 10. 37. Gen. 7, 11.) claudo ne pluat. (Rabbini Deo tribuunt *clavem plu-*

nati ad salutem homines, electi a Deo ad felicitatem, 1 Petr. 5, 13. (Alii singulos coetus intelligunt.) Sic Israëlitae in V. T. saepius dicuntur κληρονομία τοῦ θεοῦ, i. e. populus quem sibi elegit, peculium Dei, v. c. Jes. 19, 25. Jer. 2, 7. 12, 8. Joel. 2, 17.

Κληρόω, ῶ, f. ώσω, 1) sortior, sortem mitto; 2) sorte eligo, *Joseph.* Antiq. 6, 4. 2. ταύτης (tribu Benjamin) δὲ κληρωθείσης, qua igitur sorte electa. — 3) *eligo* simpliciter, ut habeat, possideat aliquis, omissa notione sortis. Eph. 1, 11. ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν — εἰς τὸ εἶναι, per quem etiam electi sumus, cf. *Κλῆρος*, quod quoque de eo, quod ex Dei sive fati voluntate obtigit, dicitur.

Κλῆσις, εως, ἡ, (a καλέω, quod vid.) 1) appellatio, compellatio, Zuruf, Jer. 31, 6. — 2) *invitatio, vocatio.* — ad epulum 3 Macc. 5, 14. (etiam epulum ipsum Judith. 12, 10.) — *invitatio* s. *vocatio ad regnum Dei eiusque bona*, i. q. ἐκλογή 2 Petr. 1, 10. Vid. *Καλέω*. Sic Rom. 11, 29. Eph. 4, 1. 2 Thess. 1, 11. 2 Tim. 1, 9. Hebr. 3, 1. — ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως, Eph. 1, 18. 4, 4. vel: spes quae vocatione divina nititur (vid. Ἐλπίς), vel spes felicitatis promissae, ita ut κλῆσις dicatur pro bonis ipsis Dei cultoribus destinatis. Similiter Phil. 3, 14. βραβεῖον τῆς κλήσ. vel praemium quod nititur divina vocatione, vel praemium felicitatis ad quam vocati sumus. — 3) singulari modo Paulus 1 Cor. 1, 26. et 7, 20. κλῆσιν de *statu externo*, homini a Deo assignato usurpat: ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη μενέτω, quae v. 24. ita expressit: ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη ἐν τούτῳ μενέτω.

Κλητός, ή, όν, (a καλέω) 1) *vocatus, invitatus* — ad munus, κλητὸς (scl. a Jesu) ἀπόστολος, Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. coll. Gal. 1, 15. — ad epulum invitatus 1 Reg. 1, 41. 3 Macc. 5, 14. — invitatus, vocatus ad regnum Dei eiusque felicitatem, Matth. 20, 16. 22, 14. 1 Cor. 1, 24. Jud. v. 1. — κλητοὶ Ἰησοῦ χριστοῦ, a Christo vocati ad regnum suum, Rom. 1, 6. (1 Reg. 1, 49. οἱ κλητοὶ τοῦ Ἀδωνίου, invitati ab Adonia) Rom. 8, 28. — 2) *convocatus*, κλητοὶ *concio.* Sic intelligo κλητοὶ ἅγιοι Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. concio sanctorum, convocatus per Christum coetus ἁγίων; et Apoc. 17, 14. κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί, i. e. coetus electorum et fidelium. Similiter in V. T. dies septimus aliusve festus dicitur ἡμέρα κλητὴ ἁγία, dies concionis, dies ubi convocatur populus ad colendum Deum, hebr. מִקְרָא קֹדֶשׁ, Exod. 12, 16. Levit. 23, 2—4. 8, 24. 37.

Κλίβανος, ου, ὁ, (serioribus scriptoribus pro κρίβανος) 1) *testum, clibanus*, i. e. fornax, in qua coquuntur panes hordacei, hebr. תַּנּוּר, LXX. Exod. 8, 3. Levit. 2, 4. 26, 26. Hos. 7, 4. „Er besteht bey den Morgenlaendern häufig nur aus einem grossen, oben enger zugehenden Topfe, wel-

voluntate mihi competit, Apoc. 21, 7. — ζωὴν αἰῶν. Matth. 19, 29. Marc. 10, 17. Luc. 10, 17. 25. 18, 18. τὴν γῆν, Matth. 5, 5. — βασιλείαν τοῦ θεοῦ, Matth. 25, 34. 1 Cor. 6, 9. 10. Gal. 5, 21. 1 Cor. 15, 50. — ὄνομα, Hebr. 1, 4. (Sir. 6, 2.) ἐπαγγελίας, Hebr. 6, 12. σωτηρίαν, Hebr. 1, 14. εὐλογίαν, 1 Petr. 3, 9. coll. Gen. 15, 8. Deut. 1, 21. Psal. 37, 11. 23. — Saepius non habetur.

Κληρονομία (vid. κληρονομέω) LXX. pro מוֹרָשָׁה, יְרֻשָּׁה, נַחֲלָה, 1) *haereditas, portio haereditaria*, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 12, 13. 20, 14. Num. 27, 8. 9. 10. 11. — *Ἔχει κληρον. ἐν τῇ βασιλ.* accipio portionem in regno, i. e. particeps fio regni, Eph. 5, 5. — 2) *possessio* ex alterius voluntate s. lege tributa, destinata; sic potissimum terra canaanea dicebatur κληρονομία Israelitarum, Act. 7, 5. Hebr. 11, 8. Num. 18, 24. Thren. 5, 2. — Inde 3) etiam *bona regni divini*, sive *felicitas vitae futurae*, quae cum felicitate in terra promissa comparatur, dicitur κληρονομία, igitur: *destinata a Deo salus*, Act. 20, 32. Gal. 3, 18. Eph. 1, 14. 18. Hebr. 9, 15. 1 Petr. 1, 4. — Col. 3, 24. τὴν ἀνταπόδ. τῆς κληρον. i. e. salutem in praemium. cf. Ezech. 11, 15. 2 Macc. 2, 4. Saepius non legitur.

Κληρονόμος, ου, ὁ, (vid. *Κληρονομέω*) 1) qui sorte accipit; 2) *haeres*, Matth. 21, 38. Marc. 12, 7. Luc. 20, 14. Gal. 4, 1. — κληρονόμος θεοῦ, haeres Dei, i. e. bonorum divinorum; qui, quia est Dei filius etiam felicitatis apud Deum (in coelo) fit particeps, Rom. 8, 17. Gal. 4, 7. Sic quoque Gal. 3, 29. κληρονόμοι scil. τοῦ Ἀβραάμ, i. e. bonorum Abrahamo promissorum, quae non nisi filii eius accipere possunt. — LXX. pro יוֹרֵשׁ, Jer. 8, 10. 2 Sam. 14, 7. Sir. 23, 12. — 3) *possessor, dominus* ex alterius voluntate, Rom. 4, 13. 14. Tit. 3, 7. Hebr. 1, 2. 6, 17. 11, 7. Jac. 2, 5.

Κλῆρος, ου, ὁ, LXX. pro גּוֹרָל, נַחֲלָה, 1) *sors* i. e. instrumentum quo sortitio fit, v. c. lapilli, Psal. 68, 14. — Matth. 27, 35. κλῆρον βάλλειν. Marc. 15, 24. Luc. 23, 34. Joh. 19, 24. Act. 1, 26. Ezech. 24, 6. Jon. 1, 7. Psal. 22, 19. — 2) *id quod sorte tribuitur, sors, pars*, der Theil, Antheil, Act. 8, 21. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. (cf. Deut. 10, 9. 12, 12. Sir. 2, 9.) Sic etiam κλῆρον τῆς διακονίας accipere, i. e. participem esse muneris, Act. 1, 17. 25. — 3) *locus, conditio, sors*, quam destinatione habemus s. accipimus, ut nostrum *Loos*, de fato et conditione externa, Col. 1, 12. μερίδα τοῦ κλήρου τῶν ἁγίων particeps sortis, i. e. felicitatis sanctorum. Act. 28, 18. κλῆρον ἐν τοῖς ἡγιασμένοις. cf. Sap. 5, 5. ἐν ἁγίοις ὁ κλῆρος αὐτοῦ ἐστιν. ib. c. 3. 14. κλῆρος (locus) ἐν ναῷ κυρίου. Suid. κλῆρος· τόπος, κτῆμα, s. Psal. 31, 18. ἐν τοῖς χερσί σου οἱ κλῆροί μου. Dan. 12, 13. Ser. 13, 25. — Inde 4) metonymice οἱ κλῆροι dicuntur *desti-*

nati ad salutem homines, electi a Deo ad felicitatem, 1 Petr. 5, 13. (Alii singulos coetus intelligunt.) Sic Israëlitae in V. T. saepius dicuntur κληρονομία τοῦ θεοῦ, i. e. populus quem sibi elegit, peculium Dei, v. c. Jes. 19, 26. Jer. 2, 7. 12, 8. Joel. 2, 17.

Κληρόω, ῶ, f. ώσω, 1) sortior, sortem mitto; 2) sorte eligo, *Joseph.* Antiq. 6, 4. 2. ταύτης (tribu Benjamin) δὲ κληρωθείσης, qua igitur sorte electa. — 3) *eligo* simpliciter, ut habeat, possideat aliquis, omissa notione sortis. Eph. 1, 11. ἐν ᾧ καὶ ἐκληρώθημεν — εἰς τὸ εἶναι, per quem etiam electi sumus, cf. Κλῆρος, quod quoque de eo, quod ex Dei sive fati voluntate obtigit, dicitur.

Κλῆσις, εως, ἡ, (a καλέω, quod vid.) 1) appellatio, compellatio, Zuruf, Jer. 31, 6. — 2) *invitatio, vocatio.* — ad epulum 3 Macc. 5, 14. (etiam epulum ipsum Judith. 12, 10.) — *invitatio* s. *vocatio ad regnum Dei eiusque bona*, i. q. ἐκλογή 2 Petr. 1, 10. Vid. Καλέω. Sic Rom. 11, 29. Eph. 4, 1. 2 Thess. 1, 11. 2 Tim. 1, 9. Hebr. 3, 1. — ἡ ἐλπὶς τῆς κλήσεως, Eph. 1, 18. 4, 4. vel: spes quae vocatione divina nititur (vid. Ἐλπίς), vel spes felicitatis promissae, ita ut κλῆσις dicatur pro bonis ipsis Dei cultoribus destinatis. Similiter Phil. 3, 14. βραβεῖον τῆς κλήσ. vel praemium quod nititur divina vocatione, vel praemium felicitatis ad quam vocati sumus. — 3) singulari modo Paulus 1 Cor. 1, 26. et 7, 20. κλῆσιν de *statu externo*, homini a Deo assignato usurpat: ἕκαστος ἐν τῇ κλήσει ᾗ ἐκλήθη μενέτω, quae v. 24. ita expressit: ἕκαστος ἐν ᾧ ἐκλήθη ἐν τούτῳ μενέτω.

Κλητός, ή, όν, (a καλέω) 1) *vocatus, invitatus* — ad munus, κλητὸς (scl. a Jesu) ἀπόστολος, Rom. 1, 1. 1 Cor. 1, 1. coll. Gal. 1, 15. — ad epulum invitatus 1 Reg. 1, 41. 3 Macc. 5, 14. — invitatus, vocatus ad regnum Dei eiusque felicitatem, Matth. 20, 16. 22, 14. 1 Cor. 1, 24. Jud. v. 1. — κλητοὶ Ἰησοῦ χριστοῦ, a Christo vocati ad regnum suum, Rom. 1, 6. (1 Reg. 1, 49. οἱ κλητοὶ τοῦ Ἀδωνίου, invitati ab Adonia) Rom. 8, 28. — 2) *convocatus*, κλητοὶ *concio*. Sic intelligo κλητοὶ ἅγιοι Rom. 1, 7. 1 Cor. 1, 2. concio sanctorum, convocatus per Christum coetus ἁγίων; et Apoc. 17, 14. κλητοὶ καὶ ἐκλεκτοὶ καὶ πιστοί, i. e. coetus electorum et fidelium. Similiter in V. T. dies septimus aliusve festus dicitur ἡμέρα κλητὴ ἁγία, dies concionis, dies ubi convocatur populus ad colendum Deum, hebr. מִקְרָא קֹדֶשׁ, Exod. 12, 16. Levit. 23, 2—4. 8, 24. 37.

Κλίβανος, ου, ὁ, (serioribus scriptoribus pro κρίβανος) 1) *testum, clibanus*, i. e. fornax, in qua coquuntur panes hordacei, hebr. תַּנּוּר, LXX. Exod. 8, 3. Levit. 2, 4. 26, 26. Hos. 7, 4. „Er besteht bey den Morgenlaendern häufig nur aus einem grossen, oben enger zugehenden Topfe, wel-

:hier vorher erhitzt wird, und an dessen Seiten man die Brodkuchen anklebte." Vid. *Gesenius* sub v. חבר. Inde interdum *κλίβανος* ein Backtopf, Levit. 11, 35. Hos. 7, 6. 7. — 2) fornax major, *furnus*, i. q. *κάμινος*; sic in N. T. Matth. 13, 30. Luc. 12, 28. et Malach. 4, 1. e quo loco haec deprompta videntur. cf. etiam Psal. 21, 9. Gen. 15, 17. *Suid.* *κλίβανος· ἡ κάμινος, ἑστία.*

Κλίμα, τος, τὸ, (a *κλίνω*) 1) inclinatio; inclinatio coeli, plaga coeli, *Joseph.* Antiq. 14, 15. 2. — 2) *tractus terrae, regio*, Rom. 15, 23. 2 Cor. 11, 10. Gal. 1, 21. (*Joseph.* de bell. 5, 12. 2. *Polyb.* 5. 44. 6.)

Κλινάριον, ίου, τὸ, diminutiv. a *κλίνη*, *lectulus*. Act. 5, 15. in codd.

Κλίνη, ης, ἡ, (a *κλίνω*) hebr. מִטָּה, *lectus* in quo reclinare possumus. — Dicitur autem a) de lecto ad reclinandum quiescendumque idoneo quovis, Marc. 7, 30. Luc. 17, 34. 1 Sam. 19, 13. 2 Sam. 4, 7. Psal. 6, 6. (de lecto pretiosiore 2 Chron. 22, 11. 24, 25. Esth. 1, 7.) — b) de lecto triclinari, Marc. 4, 21. 7, 4. Luc. 8, 16. Ezech. 23, 41. Exod. 8, 3. — c) de lecto aegrotantium Apoc. 2, 22. *βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην*, pro: morbum infligam ei. 2 Sam. 13, 5. שְׁכַב עַל מִשְׁכָּב. — cf. Gen. 48, 2. 49, 32. — lectus portatu aptus, Matth. 9, 2. 6. Luc. 5, 18. Act. 5, 15. coll. Cantic. 3, 7. — Saepius non extat.

Κλινίδιον, ίου, τὸ, (diminut. a *κλίνη*) *lectulus*, i. q. *κλινάριον*, Luc. 5, 19. 24.

Κλίνω, f. *ινῶ*, 1) *inclino*, — *τὴν κεφαλήν*, de moribundo, Joh. 19, 30. — *τὸ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν*, vultum demitto ad terram, Luc. 9, 12. 24, 29. — *inclino me*; de die ad vesperam (*εἰς ἑσπέραν*, ut additur Judic. 19, 9.) inclinante, Luc. 9, 12. 24, 29. Judic. 19, 11. (יָרַד) Jer. 6, 4. (הָמָה). — 2) *reclino, τὴν κεφαλήν*, caput reclino i. e. recubo, Matth. 8, 20. Luc. 9, 58. — 3) *in fugam conjicio*, zum Weichen bringen, Hebr. 11, 34. *κλίνειν παρεμβολάς.* (*Joseph.* Antiq. 14, 15. 4. *κλίνεται τὸ κέρας τῆς φάλαγγος.*)

